This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

8
S
B
18
V.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OMNIA OPERA

QUÆ VULGO EXSTANT SUB NOMINE

L. A. SENECÆ

PHILOSOPHICA

DECLAMATORIA ET TRAGICA

Digitized by Google

EXCUDEBAT DONDEY-DUPRÉ.

Digitized by Google

22590

L. ANNÆI SENECÆ

PARS PRIMA

SIVE

OPERA PHILOSOPHICA

QUÆ RECOGNOVIT

ET SELECTIS TUM J. LIPSII, GRONOVII, GRUTERI, B. RHENANI, RUHKOPFII, ALIORUNQUE COMMENTARIIS

TUM SUIS ILLUSTRAVIT NOTIS

M. N. BOUILLET

IN SANCTÆ BARBARÆ COLLEGIO PHILOSOPHIÆ PROFESSOR

VOLUMEN TERTIUM

PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

M DCCC XXVIII

Digitized by Google

878
S2
B76
1827
V.3

Digitized by Google

L. ANNÆI SENECÆ

AD LUCILIUM

EPISTOLÆ MORALES.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVI EDITORIS

PRÆMONITIO.

In hac L. A. Senecæ Epistolarum editione, illam edendi rationem, quam in duobus prioribus voluminibus secuti eramus, paululum immutare necesse fuit. Quum enim nova harum Epistolarum recognitio edita fuisset a doctissimo J. Schweighæusero[1], ampla criticarum notarum novarumque lectionum collectione instructa, quumque ex hac recognitione multo puriorem contextum emersisse satis constaret, hunc textum hasque notas in nostra editione recipere et typis mandare placuit; non ita tamen ut Ruhkopfium nostrum, de nobis tam bene hactenus meritum, omnino desereremus. Plerasque enim exegeticas notas, quæ nullæ apud J. Schweighæuserum occurrunt, ex illo hausimus, criticas insuper notas asservantes ad ea loca quæ a novo editore neglecta fuerant; ita ut hæc duo quæ nunc in lucem prodeunt volumina, utriusque docti viri elucubrationes simul contineant. Quid ex hoc aut ex

[1] Hoc titulo : *L. Annæi Senecæ ad Lucilium Epistolæ Morales, ad fidem veterum librorum, in his trium manuscriptorum Argentoratensium, recognovit, emendavit notisque criticis illustravit Johannes Schweighæuser, Instituto Gallo-Franc. adscriptus, Græcarum litterarum in schola Argentoratensi professor;* 2 vol. Argentorati, ex typographia societatis Bipontinæ, 1809.

Digitized by Google

illo desumptum fuerit notandum curavimus his litteris *Schw.*, *Ruhk.* aut solummodo *S.*, *R.* (Quas autem ipsi adjecimus, nulla peculiari nota distinximus.)

Argumenta, quæ unicuique epistolæ præposuimus, Ruhkopfius suppeditavit.

Rationem quam uterque supra dictus editor in his recognoscendis, corrigendis aut illustrandis Epistolis tenuit, exponere supersedebimus; satius visum est ipsos loquentes inducere eorumque præfationes totas inserere. J. Schweighæuseri præfationem legere inprimis necesse erit, si illius notas criticas brevioraque quibus MSS. apud eum indicantur signa intelligere volueris.

Cæterum nostrum morem servavimus in illustrandis locis quæ satis multa superiores commentariorum scriptores obscura reliquerant, ea explicare sive perperam dedignati, sive infeliciter desperantes.

Digitized by Google

FRID. ERNESTI RUHKOPFII

AD L. ANNÆI SENECÆ

EPISTOLAS MORALES

PRÆFATIO.

Si in epistolis, quas nobis ex antiquitate græca vel romana transmissas gaudemus, reperiantur quæ magno honore dignæ sint, iis certe quæ Senecæ tribuuntur præcipuum locum assignandum esse, neminem opinor qui neget inveniri. Sive enim ad animi emendationem, quam inde nanciscaris, accurate legendo exsequens, spectaveris, sive ingenii expolitionem et culturam tractare malis, haud ulli veterum Epistolographorum Senecam virtute secundum statues. Tanta est dignitas gravitasque argumentorum, quæ sibi exponenda sumpsit, cuilibet cœlo, cuilibet hominum generi accommodatorum, quippe quæ philosophum amicumve semper, raro aut nunquam hominem romanum referunt. Summa enim cura id agi videmus, ut animus legentis a judiciorum vitiorumque anfractibus retractus in rectum virtutis, at quantæ virtutis? tramitem deducatur, et veris, magnis utilissimisque sententiis et præceptis instructus Deo dignum se præstare discat. Tanta vi et severitate de dignitate hominis, ejusque origine divina, atque de studio fineque philosophiæ recto lectorem admonet, ut hisce epistolis nihil facile efficacius cogitari ad

Digitized by Google

animum emendandum posse confidam. Quibus proinde curatius legendis nisi animo egregia suboriantur consilia vitæ bene agendæ, nisi recta, deterioribus calcatis et rejectis, probentur, et sola bona ideoque honesta enixissime expetenda et actu exprimenda videantur, ei verendum fuerit, ut ullus fructus ex aliorum librorum quamvis utilium lectione satis idoneus percipi queat. Atque si ingenii cultura in eo poni debet, ut facultates ingenii habeant, quo explicentur meditando, comparando, cogitando, inveniendo, profecto nec has epistolas materia carere dixeris egregia, qua illæ vires excolantur, formentur. Recte itaque nobis gratulamur, quod tam bene cesserit Senecæ consilium posteritati scribendi, haud semel ab eo declaratum[1], et quod nobis fortunæ quodam ludo transmissum sit istud epistolarum volumen per septemdecim, et quod excurrit, sæcula magni æstimatum[2].

Quod cum cæteris ex Antiquitate nobis relictis epistolis comparatum, omnes, si Ciceronem exceperis, epistolas facile superabit. Ciceronis enim epistolæ, præter multa præclara, tot tantaque ad historiam istius temporis spectantia indicia et documenta continent, aliunde vel non petenda, vel jam per se satis gravia, quippe ab homine tantæ auctoritatis tantique momenti ad res sui temporis profecta, ut jam eo nomine non postponendæ essent, nisi etiam elegantia aliæque sermonis dotes, quibus Cicero omnes suæ nationis scriptores superat, primas ei partes jure meritoque deferrent. Longe aliter judicandum est de Plinii jun. epistolis. Quas ut dem sermonis nitore et elegantia Senecæ palmam præripere, tamen res ipsæ, quas tractant, tantum absunt ut eamdem præstantiam præ se ferant, ut ne comparationem quidem permittant.

Accedit, quod Senecæ morales epistolæ unicum sui generis

[1] Vide v. c. Ep. XXI, 5. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, *hoc tibi promitto, Lucili. Habeo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere.*

[2] Nam non omnes Senecæ Epistolas morales ætatem tulisse patet ex Auli Gellii Noct. Attic. XII, 2, ubi laudat quædam ex lib. XXII. Epp. quæ in deperditis sunt. De divisione Epp. in libros cf. Fabricii Bibl. Lat. Vol. II, p. 107, not. *q.* ed. Ern.

Digitized by Google

exemplar ex antiquitate nobis transmissum haberi debeant. Quid? quod haud sciam, an Seneca primus et unus in tota antiquitate fuerit auctor talium epistolarum scribendarum. Nam etsi Platonem, Epicurum aliosque sciam epistolas philosophicas composuisse, tamen non id egisse eos patet, ut idem consilium ac Seneca inirent. Quæ observatio si voluptatem haud exiguam legenti afferat, altera ex parte non desunt quæ eidem quoque fiduciam aliquanto majorem instillent, intelligenti, senem atque adeo hominem summo loco constitutum, multoque rerum usu et hominum peritia instructum has epistolas composuisse, eo adeo consilio, ut posteris prodesse possent[1].

Temporis itaque in quo scriptæ sint definitionem certam si quis inde facile confici posse putaverit, haud scio an recte judicaverit, quanquam et Lipsius in præfat. ad has Epistolas huic opinioni calculum suum adjecerit, omnes eas, affirmans, intra biennium, Consulibus Memmio Regulo et Virginio Rufo, itemque Lecanio et Licinio, a. U. C. 816 et 817 i. e. haud longe ante Senecæ mortem, quæ incidit in annum U. C. 818, compositas esse. Unica tamen temporis finitio occurrit satis luculenta, cui fidere, et qua ad dirimendam hanc litem uti licet. In Ep. XCI, 4, agit Seneca de incendio, quo Lugdunensis colonia exstincta erat: « Huic coloniæ, addit, ab origine sua centesimus annus est. A Planco deducta in hanc frequentiam loci opportunitate convaluit. » Jam quum certum sit, Lugdunum in Gallia Celtica s. Lugdunensi, a Lepido et L. Planco conditum esse, ut Viennenses ab Allobrogibus e sedibus pulsi haberent ubi habitarent, a. U. C. 711; memorante Dion. Cass. XLVI, 50; nullum dubitationi locum esse putem, quin hæ epistolæ sex septemve annis ante Senecæ mortem scriptæ sint. Lubens omitto cætera temporis indicia, quippe leviora, quam ut iis uti possis[2].

Incidit igitur hoc litterarum commercium, si tamen verum

[1] Senem fuisse, ipse ait. Cf. Epp. XII, 1; XXVI, 1; XXXIV, 1; etc.

[2] Quum enim Ep. XXIII hiemis, Ep. LXVII init. veris, Ep. LXXXVI, 14 Junii, et Ep. LXX longi intervalli meminit, post quod Pompeios viderit, quos Ep. XLIX a se conspectos nunciat, nihil certi inde ad liquidum colligi potest.

Digitized by Google

commercium fuit, in id tempus, quo Nero malignitatem animi ostendere inciperet, et Seneca consuetudinis parum honestæ cum Agrippina, quanquam falso, insimulatus, gratiam, qua apud Neronem floruerat, sensim frigescere intelligeret. Cf. Dio Cass. LXI, 10. Unde factum esse videtur, ut omni fere reipublicæ administratione identidem omissa, tum otio litterario et philosophico magis magisque se traderet, tum itineribus, quibus delectabatur, faciendis, accedente quoque valetudine mala, ad Baianas thermas, Neapolin, Puteolos, ad villas suas Albanum, Nomentanum etc. secederet, animi relaxandi et corpus curandi causa. Quare plurimæ epistolæ Baiis, Neapoli, etc. scriptæ sunt.

De *Lucilio Juniore*, ad quem epistolas has scripsit Seneca, omnia vestigia historiæ et politicæ et litterariæ tam radicitus sublata et deleta sunt, ut nisi Senecæ vaticinatio supra adducta exitum habuisset, ideoque ejus libri de Providentia, hæ epistolæ, et naturales quæstiones Lucilio inscripti memoriam hujus viri conservassent, prorsus nihil de eo sciremus: quanquam magnus fuerit in provincia Sicilia (Ep. XLIII, 2), cujus procurator, quæ fuit nobilitas equestris (v. Taciti vit. Agricol. c. 4, et Dio Cass. LIII, 15), ex more a Cæsare electus erat. Locus classicus de origine et fatis ejus est Natur. Quæst. IV, procem. ex quo aliisque epistolarum locis videmus, eum humili loco natum, ut videtur, in Campania[1], studio litterarum bonarum et jurisperitia tantopere enituisse, ut eques Romanus factus esset (Ep. XLIV, 1: « Eques Romanus es, et ad hunc ordinem summa te produxit industria »), et mox pericula vitæ aulicæ feliciter eluctatus procurationem Siciliæ acciperet.

Mores ejus modestos, animi candorem, constantiam et hu-

[1] Nunc mihi incertum est, an Neapoli eum oriundum esse dicamus, quod ex Ep. LIII, colligitur. Ibi Seneca ad Lucilium scribit, *a Parthenope tua usque Puteolos*. Alibi autem Ep. XLIX, et *Pompeiorum tuorum conspectum* memorat, quæ repetit Ep. LXX, 1. Cæterum omnia quæ de eo scire licet, jam a b. Wernsdorfio Tom. IV, p. 11. sqq. Poet. Min. Latinorum collecta sunt.

Digitized by Google

manitatem, tum ingenii dotes egregias, doctrinam et studium poeseos sæpissime laudat Seneca. Philosophum eum fuisse Epicureum colligit Wernsdorf. cum Lipsio ex Ep. XXIII, 7 : *Possum enim vocem tibi Epicuri tui reddere :* cui judicio equidem assentior hactenus, ut eclecticæ philosophiæ deditum Epicuri, quem non sine judicio legit (v. Epp. IX, 1 ; X, XIII, 1); doctrinæ multum tribuisse colligam ex Epp. IX, XXII, CVII, CXIV. Facile itaque explicare est, quod procuratione abdicata, in otium philosophicum a Stoicis pariter ac Epicureis prælatum administrationi reipublicæ, secedere voluerit, accedentibus incommodis et inimicitiis, tristitiaque et gravitate mentis, ad quam exhilarandam itinera e. c. per Siciliam fecit. Videas Epp. XXII, XXIV, XXVIII, § 1 ; XLIV.

Juniorem eum Seneca fuisse non solum totus epistolarum tenor docet, sed epistola quoque XXVI, 7. *Junior es? quid refert? non dinumerantur anni.* Quem locum recte ad ætatem referas cum Lipsio, qui tamen quum diceret, Junior non fuisse Lucilii cognomen, non advertebat Nat. Qu. III, 1 : *Sive ut apud te, Junior carissime, invenio,* etc. et lib. IV, præf. *Ita est, mi Junior,* etc.[1].

Non præterire hoc loco licet fortunam eximiam, qua ornatus est hic Lucilius nostris demum temporibus a Viris duobus humanissimis et doctissimis, qui quum ex hisce epistolis rescivissent Lucilium nostrum poetam in animo habuisse memorabilia Siciliæ atque ideo Ætnam versibus suis celebrare, ambo eodem tempore at diversis locis, alter Jo. Christi. *Wernsdorf,* Prof. Helmstad. abhinc aliquot annis pie defunctus[2], alter Frid. Christi. *Matthiæ*, Gottinga oriendus ibique Sodalitio philologico, cui Deus faveat, mecum adscriptus, atque intima amicitia ex isto tempore mihi junctissimus, nunc Profess. antiq. litt. in Academia

[1] Cf. VVernsdorf. l. l. p. 12. Addi nunc potest Junioribus aliis a *W.* ibi allatis Junior poeta, cujus epigramma elegans nuper primus protulit Ennius Quirinus *Visconti* in libro docto : Lettera su due monimenti ne' quali e memoria d'Antonia Augusta, p. 20, et vindicavit M. Pompeio juniori, jam ex Anthologia (Brunk. Anal. II, p. 105) noto. Quo jure, alii viderint. Vide Gotting. gel. Anz. anni 1800. nu. 36, p. 360.

[2] Vide Poetarum Minorum Latin. Tom. IV, init.

Digitized by Google

Moguntina, animi et ingenii virtutibus vir insignis[1], eximia doctrina et summo studio id egerunt, ut Lucilium Juniorem poematis *Ætna* inscripti et Cornelio Severo tribui soliti, auctorem esse demonstrarent.

Argumenta quibus uterque usus est ad poema illud Lucilio Juniori vindicandum, ingeniose quidem inventa et eleganter exposita vidi, ut vi sua non destituantur ad persuadendum lectori: sed si curatius rem inspexeris, omnis illa assensio vereor ne animo elabatur. Hoc tantum inde certo sequi mihi persuadeo, Cornelium Severum hujus poematii auctorem esse non potuisse: sed an Lucilius Junior ejus auctor sit, incertum manere, quanquam Lucilius, si tamen auctorem certum anonymo præferas, is fortasse sit, cui aliqua verisimilitudine illud conjectando tribuere possis. Enimvero ex argumentis quæ a Wernsdorfio fusius exposita sunt, hoc nondum efficitur.

Totus autem cardo argumentationis in Senecæ Ep. LXXIX invertitur, unde videmus, Lucilium jam diu descriptionem ÆEtnæ parasse. Sed enim cupidius justo inde colligeremus, ergo consilium illud etiam confectum esse. Senecam autem ibi de majore carmine loquutum esse, qualia sunt Virgilii ÆEneis, Ovidii Metamorphoses, et Cornelii Severi epos nunc deperditum, Bellum Siculum (Octaviani cum Sext. Pompeio, cum Wernsdorfio l. l. p. 26, puto) inscriptum, nec singulare poema de ÆEtna intellexisse, verba ex Ep. laud. docere videntur, in margine apposita[2]. Jam vero ex hisce verbis colligere tantum licet, Senecam suasisse Lucilio, ut episodii loco ÆEtnæ descriptionem carmini de Sicilia s. Memorabilibus Siciliæ inserat. Si enim de singulari carmine cogitasset noster, certe dicere non potuit: *attingas*, quippe quo verbo episodia et similia designari solent. At enim totus poematii hujus tenor et compositio quemque le-

[1] Videas Gotting. gel. Anz. anni 1785, nu. 148, p. 1479.

[2] *Non est autem, quod istam curam imputes mihi: morbo enim tuo* (*enthusiasmo* poetico) *daturus eras etiamsi nemo mandaret tibi, donec ÆEtnam describas in tuo carmine, et hunc solemnem omnibus poetis locum attingas.*

Digitized by Google

ctorem ab ullo opinionis commento integrum docebit, non esse episodium, aut fragmentum ut Hesiodi scutum [1].

Reliquis argumentis a *W.* docte expositis non immoror. Nulla enim causa est, cur non omnia ea, quæ adhæc afferuntur ad poema illud Lucilio vindicandum in poetam alium quamvis seriorem cadere possint.

Paulo molestior esse videtur quæstio illa, quam et Lipsium in præf. ad has Epistolas attigisse video: Epistolas has ita scripsit et inscripsit, non quia veræ sint, et assidue missæ: non ego arbitror: sed placuit et ratio scribendi libera, in qua incipias, desinas quum lubet; inseras, varies, ut lubet; neque adstringeris ad ordinem aut materiem certam. Cui judicio cur non subscribendum sit, nulla causa subesse videtur.

Quum de consilio quod in hac editione sequendum ratus, et de subsidiis, quæ mihi se obtulerunt, jam in Præf. ad Vol. I, pluribus egerim, breviter hoc loco addenda sunt, quibus in his epistolis recognoscendis adjutum me sensi. Ac primum hic laudanda mihi est egregia illa benignitas, qua *Harlesius* Vir et meritis summis, quibus de litteris bonis inclaruit, et animi candore, quo nemini secundus est, vere Illustris, me sibi plane ignotum amplexus ad maximas quas possim gratias devinxit. Misit autem mihi Vir eximius collationes codd. Norimbergensis et Erfordiensis (diversi tamen ab illo, unde amicissimus Matthiæ varietatem lectionis enotatam mihi miserat) una cum editione vetere, quam ex auctione Bibliothecæ Gottl. Corttii Professoris quondam Lips. emerat, et editionem Variorum, cui passim notulas quasdam haud spernendas adscripserat, aliaque. Neapolitanæ quoque editionis, quæ primum locum inter edd. meretur, nondum collatæ, quam e bibliotheca Viri egregii Vindobonam migrasse audio, excerptas lectiones primæ epistolæ mihi mittendas curavit. Quibus omnibus me gratissimo animo usum esse publice profiteor. Quamvis illi codd. plerumque cum Gruterianis conspirarent, nec in locis dubiis aut corruptis quidquam auxilii præ-

[1] Quum in eo eram, ut hæc prælo pararem, intelligebam e litteris amicissimi Matthiæ ad me datis, sibi nunc eamdem sententiam probari.

Digitized by Google

berent, quippe e codice recentiore, ut videtur, descripti; sæpe tamen judicium meum rexerunt. Editio illa vetus est sine loco et anno, at e codice expressa. Præstitit illa interdum lectiones quibus reliquæ vett. edd. carent[1]. Scribebam Bielefeldæ, mense Maio ineunte MDCCC.

[1] Cf. de ea Acta Eruditorum a. 1725, p. 429, laudata ab Ernestio ad Fabricii Bibl. Lat. Vol. II, p. 108 not. Ibi vocatur editio Epistolarum pervetus, si non princeps, quæ eo nomine MSS. anteferri posset, quod integras περιοχὰς oppido elegantes habet, quæ in nullis edd. occurrunt, etc. Quasdam hic excerptas dabo: *Prima. De colligenda et sistenda fuga temporis, et quod pauper non est, cui quantulumcunque superest sat est. Tertia: De modo eligendi et colendi amicum, et quod tam vitium est, omnibus credere, quam nullis, sicut vel semper inquietum esse, vel semper quiescere.*

Digitized by Google

JOANNIS SCHWEIGHÆUSERI

AD L. ANNÆI SENECÆ

EPISTOLAS MORALES

PRÆFATIO.

Quæ mihi olim, quum in Græcorum Auctorum scriptis ad veterum librorum fidem exigendis essem occupatus, nata subinde erat suspicio, esse fortasse ex Romanorum etiam numero Scriptorum nonnullos, quorum libri, quales hodie in manibus hominum vulgo versantur, licet præstantissimorum virorum studio recogniti et illustrati, multum tamen absit ut ab eis sordibus, quas vel temporum injuria, vel male sedulorum hominum industria adspersisset, satis repurgati et genuino suo nitori restituti debeant haberi; illam suspicionem nuperrime in eo auctore, in quo minime exspectasses, miro quodam modo confirmatam deprehendi. Editores nacta erant *Senecæ Philosophi opera* viros, cum doctrinæ copia, tum acie ingenii, et judicii gravitate præstantissimos, *Erasmum*, *Muretum*, *Lipsium*, *Jo. Frid. Gronovium*. Horum unicuique non solum copia fuerat librorum manu exaratorum, aliorum ab his quibus usi erant superiores editores; verum insuper Mureto ad manus fuerant lectiones ex quindecim codicibus Hispanicis a *Pinciano* excerptæ; Lipsio vero et Gronovio cum ejusdem Pinciani lectiones præsto erant, tum hæ quæ a *Fr. Modio* e tribus insstis Herbipolitanis, ab *Opsopoeo* e tribus Parisiensibus et uno Ambiano, a *Grutero* e quatuor Palatinis et uno Coloniensi enotatæ erant; ut alias taceam a *Franc. Jureto* ex vetere codice depromptas, aut ex *Dalecampii* schedis a

Digitized by Google

Th. de Juges excerptas. Talibus præsidiis instructi tales viri operæ profecto pretium facere debuerunt; et, magna quidem ex parte, haud dubie fecerunt. Quo minus mirum videri debet, post Gronovium, per integrum sæculum et quod excurrit, interquievisse fere virorum doctorum operam Senecæ præstitam: quo temporis spatio nonnisi repetitum aliquoties reperias Gronovianum exemplum, adjecto subinde delectu eorum quæ a superioribus editoribus ad hunc auctorem erant adnotata. Recentissima demum memoria, provinciam ab aliis derelictam occupans *Frid. Ern. Ruhkopf*, Gymnasii Bielefeldensis Director, *Senecæ Philosophi opera* denuo *recognita et illustrata* edere cœpit *Lipsiæ* MDCCXCVII, sex voluminibus absolvenda; e quibus ad hunc quidem diem nonnisi quatuor in lucem prodiere (quorum secundo atque tertio, quæ annis MDCCC et MDCCCV prodierunt, *Epistolæ ad Lucilium* continentur). Reliqua duo volumina adhuc desiderantur[1]. Quæ quum ita sint, quoniam ex me quæri haud immerito posse videtur, quibus rationibus commotus, quave fretus fiducia, ego nunc maxime consilium ceperim earumdem *Epistolarum Senecæ*, quibus in emendandis expoliendisque iidem illi omnes, quos nominavi, doctissimi viri elaborarunt, denuo edendarum; consentaneum fuerit, ut et occasionem, quæ mihi ad suscipiendam hanc operam oblata est, et omnino consilii nostri rationem paucis exponam.

Inter reliqua Philosophi nostri opera multis nominibus eminere mihi semper visæ erant *Epistolæ hæ morales*, *ad Lucilium* scriptæ: quarum lectione ab ineunte adolescentia non modo singulariter me delectatum, sed in multis etiam deinde atque variis, quibus usus sum, temporum difficultatibus sæpenumero recreatum firmatumque meum animum esse, ultro profiteor. Quo magis optare subinde subierat, ut frequentior in manibus juvenum senumque liber iste versaretur: quod quidem olim fieri solitum esse, cum ex magno numero codicum manuscriptorum qui supersunt, quibus Senecæ Epistolæ continentur, tum ex pluribus

[1] Hæc scribebantur anno MDCCCIX; nunc autem quintum vol. in lucem prodiit, sextum adhuc expectatur, ut in præfatione nostra primo volumini præmissa monuimus. ED.

Digitized by Google

editionibus earumdem, quæ decimo quinto sæculo prodiere, intelligitur. Nam, ut incredibilem numerum omittam editionum omnia Senecæ opera complectentium, quæ intra duo proxima sæcula, ex quo primum typis excusa prodierant, certatim in lucem emissæ sunt, Epistolæ per se solæ uno eodemque anno MCDLXXV bis, primum Romæ, dein Parisiis, excusæ sunt: ac jam ante id tempus alibi, et quidem in Germania, ut videtur, absque anni locive notatione prodierant. Denique, quoniam illis temporibus non cujusvis erat, universum Epistolarum opus suo sibi ære comparare, in Epitomen etiam redactæ sunt eædem Epistolæ, atque ita iterum iterumque typis descriptæ[1]. Itaque quum jam pridem essem miratus, ab illis inde temporibus ad nostram usque ætatem neminem esse inventum, qui Epistolarum Senecæ in usum præsertim studiosæ juventutis seorsim edendarum consilium cepisset, haud vulgari adfectus sum gaudio, quum, cura studioque viri clarissimi *Frid. Christ. Matthiæ*, Francofurdani ad Mœnum gymnasii Rectoris et Professoris, superiore anno effectum id esse quod jam diu mihi in votis fuerat, ex ipsius Editoris litteris ad me datis intellexi. Ea editio quum *hac potissimum mente* a Viro de omni humanitatis studio præclare

[1] Hujus generis editiones duæ reperiuntur anni locique nota carentes; utraque quidem Lipsiæ, ut videtur, impressa: quarum alteram *Panzerus* recensuit, Ann. Typ. vol. IV, p. 192, alteram *Frid. Christ. Matthiæ*, in Programmate, superiore anno (1808) indicendis examinibus Gymnasii Francofurdensis conscripto, p. 8. Alia editio Lipsiæ excusa est (*Lipsi*) *per Arnoldum de Colonia anno salutis millesimo quadragentesimo nonagesimo tertio*: cujus notitiam *Kopio*, viro clarissimo, in Academ. Heidelb. Professori honorario, debeo. Rursus alia ibidem prodiit anno 1497, cujus *Fabricius* in Bibl. Lat. meminit. Denique rursus alia, quam ex Schœpflininna Bibliotheca ad manus habeo, in eadem urbe (*Lipsi*) impressa est *per Jacobum Thanner, anno Dei millesimo quingentesimo octavo*. Forma superiorum editionum quadrata est; major autem forma hujus, quam postremo commemoravi. Omnes autem istæ editiones titulum præferunt hujusmodi: *Lucii Annei Senece Cordubensis, maximi Latinorum magistri et institutoris honeste vite* (brevius duæ editiones vetustissimæ: *Annei Senece moralissimi*) *ad Lucillium Epistolarum liber de vivendi ratione, præclarus et auro* (superiores adjiciebant, *et jaspide*) *preciosior*. In omnibus quidem istis editionibus nonnisi octoginta novem priorum (sive, ex nostra numerandi ratione, jam pridem vulgo recepta, nonnisi octoginta octo) Epistolarum Epitomæ continentur.

Digitized by Google

merito *esset instituta*, *ut discipulis provectioribus*, *quibus nobilissimi Philosophi lectionem nec inutilem*, *nec injucundam fore sibi persuaserat Editor*, *exemplaria parabilia in manus tradi* [1] *possent*; illud imprimis sibi agendum ille putaverat, ut *nudum tantum contextum*, *ad novissimam editionem Lipsiensem* [2] *recognitum* (*ita quidem ut suum subinde judicium sequeretur*) *adcurate atque nitide describendum* curaret: idque ipsum fideliter præstitit, *duobus voluminibus* perelegantibus *Francofurti ad Mœnum apud Varrentrapp et Wenner* MDCCCVIII in lucem emissis. Jam vero *priore volumine fere absoluto quum petüissent* ab Editore *bibliopolæ*, *ut Commentario etiam scribendo animum adjiceret*; voluntati eorum obsecuturus, præter alia quæ sibi eum in finem procuranda intellexerat, *circumspicienda etiam nova subsidia putavit*, *quibus in vera lectione ex criticæ artis legibus indaganda et constituenda uteretur*. Eo consilio, quum ex Fabricii Bibliotheca Latina compertum Vir doctus haberet, servari in bibliotheca Academiæ Argentoratensis *codicem Epistolarum Senecæ longe veterrimum*, per litteras me, cui Bibliothecæ hujus curam demandatam nosset, adiit, sive ut ad se transmitterem illum codicem rogans, sin id minus fieri posset, ut eum cum impresso exemplo conferendum excerptasque lectiones secum communicandas curarem. Equidem honestissimo desiderio, quoad possem, lubens gratificaturus, negotium excutiendi codicis ultro suscepi, adhibitis etiam insuper *aliis duobus Codicibus*, quos possidet eadem Bibliotheca minime contemnendos; moxque specimen Lectionum ex quatuor prioribus Epistolis excerptarum ad doctissimum virum misi, adjuncta brevi epicrisi, qua, quid ex codicum nostrorum editionumque principium præscripto mutandum in vulgatis harum Epistolarum exemplis mihi videretur, ingenue exposui. *Matthiæ*, ex istis speciminibus haud ægre intelligens, quam multa in universo Epistolarum libro superessent etiamnunc expurganda et expolienda, partimque restituenda auctori, temere ei olim ablata, partim ejicienda,

[1] Ipsius Editoris verbis utor, quibus ille in Programmate paulo ante memorato de hac editione disseruit.

[2] Eamdem quam a *Ruhkopfio* adornatam paulo ante dixi.

Digitized by Google

inauspicato quippe ab interpolatoribus adjecta; dolebat mecum bis deinceps nuperrime editas esse Senecæ Epistolas priusquam uberioribus ad easdem emendandas præsidiis, quæ parata apud non neminem et in promptu esse constabat[1], uti potuissent editores. Inde Commentarii consilium, editioni suæ adjungendi, eo direxit vir doctus, ut ex his, quæ ad corrigendum contextum spectarent, nonnisi ea quæ majoris cujusdam momenti essent delibaret, præcipuam curam in interpretationem locorum difficiliorum converteret, me vero compellare hortarique ultro cœpit, ut in critica parte pergerem elaborare, ac sive Notas meas ad totum opus spectantes secum communicarem, simul cum ipsius Adnotatis olim in lucem emittendas, sive ipsum contextum meo judicio emendatum criticisque animadversionibus illustratum, quoquo modo ferret occasio, in publicum prodire juberem. Accepi conditionem, et Philosopho nostro navavi operam quam potui diligentissimam: quumque suas Adnotationes non ante editurum se professus sit *Matthiæ*[2], quam in publicum prodierit adparatus ille variantium Lectionum, quem Ruhkopfius in sextum olim Senecæ sui volumen se conjecturum signifi-

[1] Adparatum dico illum cura ac studio *Ign. Aug. Fessleri*, sumptibus *Kornii* bibliopolæ VVratislaviensis instructum; quo continetur (ut Ruhkopfius ait in Præf. ad Sen. vol. IV, p. 6 sq. nostræ autem ed. vol. I, p. XII) *præclara Lectionum variantium copia e codd. msstis, qui Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, Vindobonæ, Argentorati, Bernæ, Altorfii, Erfordiæ, Helmstadii, Erlangæ et Guelferbyti asservantur.* Comparatæ fuerant illæ copiæ hoc consilio, ut earum ope adornaretur nova Operum Senecæ editio omnibus numeris absolutissima, quæ anno XCV superioris sæculi magno quidem hiatu promissa erat, tertio post anno in publicum emittenda (vid. *Intelligenzblatt der Allg. Lit. Zeitung*, 1796. No. 24.), sed nunquam in publicum prodiit. Easdem nuper copias omnes, librariæ VVeidmanniæ ære redemptas, post editas jam a Ruhkopfio et a Matthiæ Epistolas Senecæ, in Ruhkopfii manus pervenisse, ipse docet in eadem Præfat. p. 7 sq. spemque sibi factam significat, mox accessuras etiam *Vaticanorum* nonnullorum ac *Florentinorum codicum* collationes. Quod ad Lectionum varietatem spectat ex Argentoratensibus codicibus cum Fesslero communicatas, obscuro quodam indicio nuperrime intellexi, fuisse illam ab erudito olim collega meo et in Bibliothecarum publicarum cura præcessore Oberlino procuratam.

[2] In Programmate supra memorato, p. 4.

Digitized by Google

cavit[1]; interim roganti a me *Extero* nostro, ut, si quid in *Senecam* (cujus novam ille editionem ex typographia Societatis Bipontinæ prodituram nunc maxime moliebatur) paratum haberem, illud secum communicarem, haud gravatus sum *Morales* istas Philosophi hujus *Epistolas* tradere, mea qualicumque cura studioque ex veterum librorum præscripto et criticæ artis legibus, quoad potui, emendatas.

Superest, ut lectionum earum, quas in locis controversis præferendas aliis judicavi, aliarumque emendationum, quas ex conjectura nostra, perraro quidem admodum, desperatis quibusdam locis adferendas putavi, rationem reddam. Quo spectant *Notæ criticæ*, quas in operis titulo[2] sum pollicitus: in quibus quidem haud incommode factum videbitur, si leviores etiam quasdam codicum nostrorum discrepantias, quin et portentosas nonnullas librariorum hallucinationes subinde adnotavero, e quibus de genio et more cujusque codicis ferri judicium quoddam possit. Sed priusquam ad istas Notas dimittam Lectorem, intelligo esse mihi cum de ipsis *Codicibus* nostris *Argentoratensibus*, tum de *aliis præsidiis*, quibus ad procurandam hanc editionem usus sum, paulo enucleatius dicendum: quem quidem locum quam brevissima potero disputatione, expediam.

Vetustissimus ille et probatissimus *ex nostris Codicibus*, quem harum notarum aliqua, *ms. a. Arg. a.* aut etiam nude *a.* insignire consuevi, in spissis membranis luculenter et magnifice scriptus est, foliis constans 132; per septemdecim quaterniones formæ quadratæ distributis. Ex calami ductibus et ex universo genio scripturæ (in qua, ut hoc utar, diphthongi æ et œ recte a simplici vocali *e* distinguuntur, et fere constanter exserte duabus literis efferuntur; nec ullum fere occurrit scribendi compendium, nisi figura & pro *et* in mediis plerumque vocibus posita, et diphthongus æ raro admodum per caudam literæ *e* adnexam indicata) haud dubie colligas, circa nonum post C. N. sæculum conscriptum esse hunc codicem[3] et quidem ex perantiquo codice fuisse

[1] In Præfat. ad vol. IV, pag. 9. (nostræ ed. vol. I, p. XIV).

[2] Quem titulum in nostra præmonitione ad hoc vol. inseruimus.

[3] Cum majuscularum litterarum, tum minuscularum, fere similis est forma

Digitized by Google

descriptum, in quo verba pæne omnia prisco more inter se connexa nulloque interstitio distincta fuissent, inde intelligitur, quod in eodem nostro codice etiamnunc multis in locis non discreta inter se verba sunt, sed penitus connexa. Quod vero etiam atque etiam dolendum est, nonnisi tertiam fere partem Epistolarum Senecæ continent hæ membranæ. Nam quum universum opus per tria volumina olim esset distributum, quorum primum (ut suspicor) Ep. LII; alterum Ep. LIII, usque LXXXVIII, tertium reliquas ab Ep. LXXXIX, – CXXIV, complectebatur; in nostro hoc codice fere nonnisi postrema pars, ac ne hæc quidem integra, continetur. Periit enim (ac nescio an jam olim in eo exemplari, de quo descriptus est codex noster, desideratus fuerit) primus quaternio, qui Ep. LXXXIX et priorem partem Ep. XC, erat complexus: cujus in locum, ne defectum sese primo intuitu proderet codex noster, substitutus est primus quaternio voluminis primi eadem (ut videtur) manu, simillimis certe calami ductibus, quibus sequentia, descriptus; quo continentur Pauli Apostoli et Senecæ, quæ olim ferebantur, epistolæ, cum duabus prioribus Epistolis ad Lucilium et parte tertiæ Epistolæ, in hæc verba desinente, *alterum tutius. Sic utrosque*, etc. quæ verba ad finem leguntur. Tum vero secundus quaternio ab his abruptis verbis incipit, *renda artibus fecimus. Sufficit ad id natura*, etc. quæ sunt ex Epistola XC. Dehinc autem continuo tenore reliquæ omnes Epistolæ, quæ et in aliis codicibus ad ætatem nostram pervenerunt, sequuntur. Cæterum de hujus Codicis præstantia nil opus est ut plura hic verba faciam: qui quantum nobis ad emendanda vulgata Epistolarum harum exemplaria contulerit, ex criticis Notis nostris abunde intelligetur. Illud ut moneam non fuerit ab hoc loco alienum, superesse in eodem codice clara vestigia veteris distributionis Epistolarum Senecæ in complures libros; quæ distributio quum jam A. Gellii ætate fuisset in usu, in plerisque deinde codicibus neglecta est, in aliis vero ita mutata, ut cum

ei, quæ in antiquo Codice Canonum conspicitur, qui jussu Rachionis, Episcopi Argentoratensis anno Christi 787, descriptus est: cujus codicis notitiam cum orbe litterato communicavit collega noster *Chr. Guil. Koch*, in *Notices et Extraits des Mss. de la bibliothèque nationale*, tom. VII, pag. 173 sqq.

Digitized by Google

ea, qua Gellius usus erat, minime conveniret. Nam quum in aliis codicibus *Libri* numerentur *viginti quinque*, in aliis vero *viginti duo*[1]; in nulla earum Epistolarum, quæ in istis codicibus ad *Librum XXII* referuntur, reperiuntur hodie verba ea, quæ ex *libro XXII Epistolarum Senecæ ad Lucilium scriptarum* ab A. Gellio Noct. Att. XII, 2, prolata legimus. Ac ne in nostro quidem codice verba illa leguntur: at nimirum in hoc nonnisi *viginti* numerantur *Libri*, quibus omnes illæ CXXIX Epistolæ, quæ ad nos pervenerunt, continebantur[2]. Ex quo intelligi par est, verba ab

[1] In eo codice, cujus ad exemplum expressa est vetusta editio Romana, *viginti quinque* numerabantur *Libri*: in ed. Ven. et Erasmi, non nisi *viginti duo*. Totam deinde rationem per *Libros* distinguendi has Epistolas prorsus omisit Muretus, nullum ejus vestigium in vetustis codicibus superesse ratus. Et ignorant eam sane codices longe plerique cum nostris *Arg. b.* et *Arg. c.* et ed. *A*. Sed in his eisdem, quemadmodum et in editionibus omnibus, singulæ Epistolæ suis *numeris* distinguuntur. Ac differt quidem paululum numerandi ratio ea, qua codices mssti vetustæque editiones utuntur, ab hac quæ inde a Mureto ubique vulgo est recepta: cujus differentiæ hæc causa est, quod in mssis codd. una subinde Epistola perperam in duas erat tributa, et in nonnullis etiam codd. series Epistolarum nonnihil mutata. In vetustissimo autem nostro ms. *a*. nulli Epistolæ nota numeralis a prima manu adjecta est.

[2] In hoc codice inter Epistolæ exitum, quæ XCII vulgo numeratur, et inter Epistolæ XCIII initium, ejusdem calligraphi manu qui cætera scripsit, hæc interposita leguntur:

L. ANNÆI SENECÆ LIB. XIV. EXPLICIT. INCIPIT LIB. XV.

Tum ante Epistolam XCVI, ita habet:

L. ANNÆI SENECÆ AD LUCILIUM LIB. XV. EPISTULARUM MORALIUM EXPLICIT. INCIPIT EJUSDEM LIBER XVI.

Similiter *Libri XVII*, initium notatur ad Ep. CI. *Libri XVIII*, ad Ep. CIV. *Libri XIX*, ad Ep. CX. *Libri XX*, ad Ep. CXVIII. Denique in fine Epistolæ CXXIV, in qua desinit codex, post ultima verba, *infelicissimos esse felices* VALE, hæc subjiciuntur:

L. ANNÆI SENECÆ AD LUCIUM (sic uno h. l. vitiose scriptum, pro LUCILIUM) EPISTULAR. EXPLICIT LIB. XX.

Igitur postrema Epistola, quæ hodie superest, claudebat *Librum vicesimum*: quare nil mirum est non legi in his Epistolis, quæ ad nos pervenerunt, ea verba quæ ex *Libro XXII*, citaverat Gellius. Similiter vero Fabricius in Biblioth. Latina, ubi de Senecæ scriptis agitur, adnotavit *asservari in Rhedigeriana bibliotheca Wratislaviensi mstum Codicem, in quo Philosophi hujus Epistolæ in libros XX sint distinctæ.*

Digitized by Google

A. Gellio prolata non debuisse in aliqua earum Epistolarum, quæ hodie supersunt, quæri; exstitisse autem Gellii ætate præter illas, et post illas CXXIV, quæ ad nos pervenerunt, plures adhuc alias, quæ ætatem non tulerunt.

Ad vetustissimas istas membranas *Arg. a.* et ætate et reliqua præstantia proxime accedere illæ videntur, quas hac designatione, *Ampl.* vel *ms. Ampl.* insignivi. Nempe *Amplonianum codicem* (quia in Amploniano collegio Erfordiæ asservatur) nominaverat clar. *Matthiæ;* qui quum totum cum exemplari Bipontino contulisset, ejusque varias Lectiones cum Ruhkopfio communicasset, mihi quoque, speciminis loco, *Lectiones ex quatuor prioribus Epistolis excerptas* ultro impertivit. Plura a Viro humanissimo rogare pudor me vetuit, quamvis talia essent specimina, ut incredibile reliquorum omnium desiderium debuerint adferre, quum præsertim LII *priores Epistolæ* illo codice contineantur, quarum longe plurima pars in vetustissimo nostro desideratur[1].

Sequitur *Codex noster Arg. b.* membranaceus et ipse, foliis constans centum quadraginta sex, formæ quadratæ paulo minoris. Luculenta scriptura, ad Gothicam quidem quæ vocatur, leviter inclinans, sæculum prodit undecimum, vel duodecimum. Probus codex, qui et ipse plurimum nobis ad emendandam vulgatam ante nos scripturam contulit, Epistolas olim videtur LXXXVIII, comprehendisse: sed, quaternionibus aliquot jam pridem deperditis, desinit hodie in verbis illis, *In contrarium autem huic affectum summa infelicitas urget;* quæ leguntur in Epist. LXXXI, § 20. Sed ne in medio quidem usquequaque integer est: nam, quum quaterniones viginti olim complexus esset, suo quemque numero signatum, desunt ex eis hodie duo, undecimus et duodecimus, foliaque adeo sedecim interciderunt; quibus continebatur quidquid in codicibus integris et in impressis exemplis inter verba illa, *non fucit nobilem* (Epist. XLIV), § 4, et ista, *statim illis et loqui et laudare licuisse* (Epist. LII, § 10),

[1] De illo *Codice Amploniano* plura legas in Ruhkopfii Præf. ad Senec. Vol. I, et in Matthiæ Programmate jam sæpius laudato, p. 4–6. Illud unum hic monebo, diversum esse hunc codicem ab eo *codice Erfordiensi*, cujus Lectionibus Gronovius usus erat.

Digitized by Google

interjectum legitur. Mox vero rursus nova lacuna est, non quidem inde nata quod de eodem nostro codice aliquid, quod olim in illo fuisset comprehensum, intercidisset; sed, ut mihi videtur, quod jam de eo exemplari, de quo is descriptus est, quaterniones aliquot periissent. Nam post Epistolam LII (cujus quidem nonnisi posteriorem partem in codice nostro superesse modo dicebam), sub finem ejusdem folii versi, cujus prior pagina ab illis verbis *statim illis et loqui* incipit, continuo sequitur ea *Epistola*, quæ *sexagesima tertia* vulgo numeratur, ab his verbis incipiens, *Moleste fers decessisse Flaccum*: rursusque desiderantur Epistolæ omnes, quæ alias inter hanc et inter quinquagesimam secundam interjectæ leguntur. Et eidem quidem Epistolæ LXIII, calligraphus noster (sicut in suo, puto, exemplari repererat) numerum LXIV adpinxerat; at ex isto numero alia deinde manus, quo minus in oculos caderet defectus, erasa litera X, fecit LIV, similiterque deinde numeros omnes reliquis Epistolis adscriptos mutavit[1].

Ejusdem cum nostro *Arg. b.* familiæ videntur *Codices Herbipolitani*, e quibus probas multas lectiones *Franc. Modius* protulit in Lectionibus Novantiquis, quæ Tomo quinto Thesauri critici Gruteriani insertæ sunt[2]. Eodem pertinent quatuor *Gallici codices*, LXXXVIII priores Senecæ Epistolas complexi, quos Parisiis

[1] Denique vero illam ipsam quidem, quam dixi, Epistolam LXIII, integram exhibet codex noster: sed in ipso statim Epistolæ principio, post verba ista, *Moleste fers decessisse Flaccum amicum tuum*, continuo ad illa transit, *Ego non idem sentio*, quæ in eadem Epist. § 6 leguntur; sive quod ibi calligraphus duas exemplaris sui paginas imprudens transiliverit, sive quod in ipso exemplari folium illud, quo continebantur quæ nunc omissa sunt, defuisset.

[2] *Tres* memorat *Modius* (l. c. Epist. II, p. 3) *membranaceos codices Herbipolitanos*, quorum usus sibi fuisset concessus: quorum e numero (quod ex Lectionibus ab illo prolatis colligere licet) nullus fuit, qui plures quam LXXXVIII Epistolas exhiberet. Ad eamdem porro, ac fortasse etiam ad vetustioris nostri codicis *a.* familiam, pertinebant, puto, nonnulli ex *Hispanicis* illis *Codicibus*, quorum ex præscripto olim *Fernandus Pincianus* suas in Senecæ Philosophi scripta Castigationes ediderat, quos codices *vetustissimos* ille prædicavit: de quibus equidem, quoniam nonnisi perraro codicem, e quo ducta esset aliqua lectio ab ipso prolata, nominatim designavit,

Digitized by Google

olim *Jo. Opsopœus* cum exemplo Erasmiano contulit, excerptasque ex eis Lectiones publici juris fecit, primum in lucem emissas in ea Operum Senecæ editione, quæ Parisiis anno MDLXXXVII prodiit, Nic. Fabri studio procurata. Quæ Lectiones plurimum nobis cum alibi in constituendo editionis nostræ exemplo profuerunt, tum in ea præsertim operis parte, qua defectum esse nostrum codicem *Arg. b.* diximus. Et omnes quidem illi Opsopœi codices probatissimas sæpe lectiones uno consensu nobis obtulere; sed ubi inter se discrepabant, ibi fide et probitate reliquis præstare mihi *Nicotianus* visus est, ad eumque proxime accedere alter ex *Puteanis*, is quem Opsopœus ipse passim optimum prædicavit: quare volueram, ut frequentius, quam illi visum erat, nominatim nos docuisset, quinam ex quatuor codicibus lectionem quamque ab ipso adnotatam obtulisset; quoniam in lectionum discrepantia, cæteris rationum momentis paribus, haud dubie eorum codicum prævalere debet auctoritas, qui cæteroquin probatissimi fuerint comperti. Sed illud maxime dolui, parcissimum omnino in enotandis codicum suorum lectionibus Opsopœum fuisse; quippe qui, pro illorum more temporum, non nisi eis fere in locis codices mss̄tos inspexisset, aut certe ibi solum lectiones illorum protulisset, ubi mendosa ac minime ferenda ipsi visa fuisset vulgata scriptura. Qui si saltem, præter Erasmianum exemplum, aliquam e superioribus editionibus ad manum habuisset, vidissetque quam multas probas lectiones illæ essent oblaturæ, quæ parum feliciter ab Erasmo mutatæ sunt, non gravaturus fuisset quin ejusmodi saltem in locis docuisset lectorem, quanam a parte sui codices starent.

Ista Opsopœi in proferendis codicum suorum parcimonia, quum suspicarer extare fortasse etiam hodie in *Imperiali Bibliotheca Parisiensi* nonnullos ex eisdem codicibus, quibus ille usus esset, desiderium mihi injecit experiundi, an uberiorem quamdam illorum collationem nancisci possem. Itaque quum in eo

et omnino perpauca ex omnibus enotavit, nihil aliud, nisi hoc in universum, possum pronuntiare, probam esse, ac merito deinde a Mureto receptam, majorem partem lectionum, quas ex illis codicibus *Pincianus* commendaverat.

Digitized by Google

esset ut Parisios proficisceretur vir juvenis, multæ doctrinæ, multæ humanitatis, *Car. Frid. Tim. Emmerich*, auditor olim, nunc amicus meus in paucis carus; huic in mandatis dedi, ut, quoad sibi per reliquas rationes liceret, excuteret ibi, nostram et Senecæ nostri in gratiam, *duos codices membranaceos*, Epistolas Senecæ LXXXIX (id est, ex ratione nunc recepta, Epistolas LXXXVIII), exhibentes; quorum alterum, olim *Puteanum* (*n.* 8539), in Catal. Biblioth. olim Regiæ ad sæculum undecimum, alterum (*n.* 8615), olim *Colbertinum;* ad sæc. XIII, videram referri. Et ille, haud cunctatus, non modo duos istos Codices, sed et similem illis alium, Roma nuper Parisios delatum, *Palatinum* num. 1546, qui duodecimo sæculo scriptus perhibetur, cum exemplo editionis Bipontinæ cœpit conferre; ad meque (quum plura peragere per temporis brevitatem aliasque occupationes non posset) trium istorum codicum variantes lectiones, primum ex triginta duabus prioribus Epistolis et parte trigesimæ tertiæ, tum deinde ex Ep. LX–LXXXVIII, excerptas, transmisit. Et eo quidem tempore ad me pervenit egregia hæc symbola, quo jam typis exscriptæ erant eæ epistolæ e quibus excerptæ lectiones erant, ut his dirigi meum in constituendo editionis nostræ exemplo judicium non potuerit: sed perutiles tamen mihi deinde in recognoscendo ipso nostro exemplo fuere, quum partim ad firmandas eas lectiones, quas aliis prætuleram, valerent; partim vero meliorem etiam subinde, quam quæ a nobis recepta est, offerrent scripturam; denique nonnunquam, ubi scriptura aliqua nostrorum codd. Arg. observationem meam effugisset (quod vel diligentissimo veterum librorum scrutatori solet accidere), admonerent, ut eosdem nostros codices denuo intentius inspicerem: quibus de rebus in criticis nostris Adnotationibus erit dicendum. Et ibi quidem, quem codicem cum Emmerico nostro *Par. a.* insignire constitui, est *Colbertinus* ille, quem in Catal. Msstorum Latin. *no.* 8615, recensitum dixi; *Par. b.* est *Puteanus*, *no.* 8539, quem ex collatione cum lectionibus ab Opsopœo prolatis cognovi eumdem ipsum esse, quem olim Opsopœus tractaverat, et antiquiorem melioremque altero Puteano judicaverat. Denique *Par. d.* est *Palatinus* quem dixi; et is quidem nullus ex

Digitized by Google

illorum quatuor Palatinorum numero, quos olim Gruterus tractaverat, quorum quilibet omnes CXXIV Epistolas Senecæ continebat, quum hic ab Emmerico nostro collatus nonnisi LXXXVIII priores complectatur.

Tertius codex Argentoratensis (noster cod. *c.* ms. *c.* vel *Arg. c.*) universas CXXIV Senecæ Epistolas, quæ ad ætatem nostram pervenerunt, absque ulla notabili lacuna, complectitur[1]. Chartaceus est, foliis constans 189, maximæ formæ; seculo decimo quarto, aut sub quinti initia, conscriptus. Folia ab ipso calligrapho (nam et hic codex eleganti manu exaratus est) suis numeris signata sunt: in fronte codicis Index est rerum memorabilium, ad foliorum numerum relatus: in fine adjecti Senecæ de Clementia ad Neronem libri duo. Salutationis formula, *Seneca Lucilio suo salutem*, quam duo vetustiores nostri codices singulis Epistolis præfixam habent, in hoc nusquam comparet: sed illius loco præmissum est cuique Epistolæ breve quoddam *Argumentum* hujusmodi, verbi causa: *Prima*, *De colligenda et sistenda fuga temporis; et quod pauper non est cui quantulumcumque superest sat est.* Tum, *Ep.* 2. *De mutatione locorum et multiplicium voluminum lectione vitanda, et quod honorabilis res est leta* (sic) *paupertas.* Multa idem passim habet scholia, cum breviora, inter lineas interspersa, tum longiora, marginibus et inferiori subinde paginarum orse adscripta: quæ scholia ab illis temporibus derivata sunt, quibus Senecæ nostri opera, et inprimis Epistolæ, in scholis Christianorum prælegi et exponi studiosæ juventuti cœperant; quo spectans, puto, *Pincianus* unum e suis codicibus *Exemplar Scholasticum* nominaverat, cujus lectiones ab illo prolatæ cum lectionibus ejusdem nostri *cod. c.* maxime conveniunt. Jam, ut nullus fere est codex manu exaratus, etiam e vetustiorum numero, quin multiplicibus vitiis hallucinationibusque librariorum ac passim etiam interpolationibus sit deformatus; sic mirandum non est, recentissimum hunc nostrum et aliis plurimis vitiosis

[1] Numerantur in eo quidem *Epistolæ CXXVII*, nec vero plures insunt quam quæ in vulgatis exemplis leguntur: scilicet Epistola nona quæ vulgo numeratur, et Epist. XLVIII, rursusque Epist. LVIII, in duas quæque epistolas divisæ sunt in hoc codice.

Digitized by Google

portentosisque lectionibus, et frequentibus præsertim interpolationibus ex scholiis in contextum receptis, scatere. Veruntamen non solum frequenter admodum cum vetustioribus codicibus in probatis lectionibus, quas restituere Senecæ debuimus, recte hic idem codex consentit; sed haud paucis etiam in locis, ubi in vitio cubant vetustiores, veram haud dubie et genuinam auctoris scripturam servavit.

Cum isto nostro *cod. c.* cognatione quadam conjuncti sunt, licet multum passim et ab illo et inter se dissentientes, *quatuor* illi *Palatini* et unus *Coloniensis*, quos *Janus Gruterus*, rara admodum (illis præsertim temporibus) diligentia, cum Erasmiano exemplo contulit; quorum quilibet omnes Senecæ Epistolas continebat. Qui quidem sicuti singuli et ætate et præstantia cedunt nostris codicibus *a.* et *b.*, sic ex eisdem nonnulli, ac præsertim *Palatinus secundus*, et post hunc *Coloniensis*, nostro ms. *c.* sunt præstantiores. At vero etiam, e contrario, ubi hi ipsi codices, quos modo laudavi, vitiosam habent scripturam, ibi nonnunquam in *Palatino primo*, *tertio*, aut *quarto*, servata est vera aut veræ proxima scriptura; quod in posteriore præsertim Epistolarum parte subinde observasse mihi videor. Itaque in codicibus istis, quos vel nos ipsi excussimus, vel e quibus excerptas a viris doctis lectiones in manibus habemus, idem fere obtinet quod de duobus aliis *Codicibus*, *ex Britannia* olim acceptis *Erasmus* alicubi memoravit [1].

Typis excusi libri, quos in constituenda nostri exempli lectione ad manus habuimus, ac partim constanter, partim vero in dubiis

[1] *Erasmus* in præfatione, priori suæ editioni Operum Senecæ (quam quidem deinde pro sua haberi noluit) præmissa, postquam *utrumque ex illis Britannicis codicibus mendosiorem vulgatis exemplaribus fuisse* dixerat: *Illud tamen profuit*, inquit, *quod non consentiebant errata. Proinde, quemadmodum aliquoties fit, ut peritus et attentus judex e multorum testium oratione, quorum nemo tamen verum dicat, rem colligat, ita nos e diversis mendis veram conjecimus lectionem.* Causas vero, cur præ aliis veterum auctorum scriptis *Senecæ* potissimum opera, et in his præsertim *Epistolæ*, prodigiose corrupta in mss. libris ad nos pervenerint, percommode idem *Erasmus* exposuit in Epistola Nuncupatoria, secundæ Editioni præfixa, pag. 2 seq.

Digitized by Google

saltem locis consuluimus, hi sunt fere. Primum, *vetus* illa *Editio Epistolarum Senecæ*, anni locique et typographi indicio carens, quam *ed. A.* (quasi *Anonymam* dicerem) insignivi. Et hanc quidem ad codicis manuscripti exemplar, qui nostro ms. *c.* simillimus fuisset, expressam deprehendi; ita tamen, ut proba genuinaque scriptura subinde in ea servata sit, ubi vitiosam habet noster codex mstus. Porro constanter nobis ob oculos fuit *princeps Romana editio* earumdem Epistolarum, anno MCCCCLXXV, procusa, quæ jam supra a nobis memorata est; non confundenda cum illa editione Romana, quæ passim in Opsopœi et in Gruteri adnotationibus nominatur[1]. Vetus illa, quam equidem nunc dico, Romana editio ex manuscripto codice expressa est satis probo, et multo meliore quam fuerat ille, cujus exemplum editio nostra *A.* erat secuta: estque illa aliarum omnium editionum fundus, ac veluti fons, e quo cæteræ omnes editiones profluxerunt, sed ita ut ex aliorum fontium rivulis plurimum quidem sinceri mitisque liquoris in eamdem sit derivatum, quo et limpidior flueret, et molliretur illius asperitas, multum vero etiam cœni ac turbidæ materiæ fuerit invectum. Cum Romana hac editione frequenter *Tarvisinam* operum Senecæ omnium *editionem* contuli, anno MCCCCLXXVIII impressam; et eam quidem in hisce *Epistolis* plerumque consentientem cum Romana Epistolarum editione deprehendi, nonnunquam vero etiam ab illa discedentem; quæ discrepantia nescio an ex Neapolitana editione, quam videre nunquam mihi contigit, propagata sit[2]. Porro, ubicumque a vetere Romana editione discedens Erasmi exemplum animadverti, ibi eam *editionem Operum Senecæ* consului,

[1] Quam *Romanam editionem* subinde nominarunt Opsopœus et Gruterus, ea *Mureti* est, Romæ anno 1585, typis vulgata. Nostra *ed. Rom.* illis incognita prorsus, certe nunquam visa fuisse videtur.

[2] De *Neapolitana* illa *Operum Senecæ editione*, quæ quidem eodem anno MCCCCLXXV impressa perhibetur, quo Romana Epistolarum editio prodiit, doctissimo *Matthiæ* adsentior, monenti (in Progr. supra laudato, p. 7) esse illam romana posteriorem, et Epistolas Senecæ, quas illa exhibet, e Romana editione esse repetitas. At, præter editionem Romanam, fortasse etiam codex aliquis manu exaratus in consilium vocatus erat a Neapolitano editore.

Digitized by Google

quam *primam* esse *Venetam* mihi persuasi[1]; cujus ad præscriptum, absque ulla (quam quidem observaverim) mutatione expressa est *altera Veneta*, quæ vulgo prima haberi solet, qua usus esse Erasmus videtur, quum adornaret suam. Et quidem haud exiguam partem earum lectionum, quæ apud Erasmum discrepantes a Romano exemplo reperiuntur, ex ipsa illa priore Veneta editione propagatas esse deprehendi: quarum in numero probæ sunt multæ, ex manuscripto aliquo codice haud dubie ductæ, qui a Veneto editore esset adhibitus; aliæ vero etiam præter rationem ab eodem receptæ, nonnullæ item fortasse ex errore typographi natæ.

Erasmianam vero *editionem* non modo *priorem* illam adhibui, *anno* MDXV, impressam, quæ a Venetæ editionis exemplo rarius discesserat; sed *alteram* potissimum, uti par erat, constanter consului, quæ *anno* MDXXIX, prodiit, *per Desiderium Erasmum* (ut titulus præfert) *ex fide veterum Codicum, tum ex probatis autoribus, postremo sagaci nonnunquam divinatione, sic emendata, ut merito priorem editionem, ipso absente peractam, nolit haberi pro sua.* Qua in editione, præter ipsum Epistolarum contextum qualis ab Erasmo constitutus est, consulendæ nobis et perpendendæ fuerunt breves *Adnotationes*, quæ partim singulis Epistolarum Libris (quos XXII ab Erasmo numerari supra memoravi) subjectæ sunt, partim in *Appendicem* (p. 268, sqq.)

[1] Vetusta illa editio, anni locique et typographi indicio carens, folia autem suis numeris notata continens CCXXXV, *Venetiis* haud dubie expressa est, et quidem ante illam, quæ paulo minutiore charactere eadem in urbe *anno MCCCCXCII per Bernardinum de Coris de Cremona* excusa est, foliisque CCVIII continetur. Quod autem prior illa, quam dixi, in Panzeri Annal. Typogr. T. IV, p. 480, circa annum 1498, excusa perhibeatur, id inde factum videtur, quod in eodem volumine, ex cujus inspectione ducta illa conjectura est (quemadmodum et in eo volumine, quod equidem præ manibus habeo) simul compactæ fuissent *Tragœdiæ Senecæ cum duobus commentariis*, etc. impressæ *Venetiis anno MCCCCXCVIII per Io. Tridinum de Cirreto, alias Tacuinum.* Jam quoniam alteram editionem Venetam cum priore illa constanter consentientem reperi, in Notis nostris criticis utramque pro una habui, et brevi hoc indiculo *Ven.* vel *ed. Ven.* insignivi. Sicubi vero dissentientes reperero, ibi altera nobis *ed. Ven.* 1, erit, altera *Ven.* 2.

Digitized by Google

rejectæ[1]. Et præclarissime omnino, in altera præsertim editione, cum de cæteris Senecæ scriptis, tum de Epistolis hujus Philosophi meruit *Erasmus;* incredibilem numerum errorum, quibus fœdatæ erant superiores editiones, prodigiosasque librariorum hallucinationes, cum ex probatiorum codicum auctoritate, tum ex suo aut aliorum doctorum virorum ingenio, felicissime corrigens. Sed idem plurima etiam ulcera, quibus eædem laborabant editiones, intacta reliquit; alia vero, quum sanare conaretur, tacite incrustans, hoc ipso, quod vix amplius adparerent, propemodum insanabilia reddidit; denique locis etiam bene multis, quæ vel nulla indigebant medicina, vel quæ alia ratione curanda erant, vitiosam lectionem, aut certe minus probabilem (quam offerebat quidem vetus aliquis codex, sed is parum emendate scriptus, et nostro persimilis recentissimo Argentoratensi), probatæ prætulit scripturæ, quæ vel edita ante ipsum erat, vel quam alii codices erant oblaturi[2].

Jam quum ab *Ant. Mureto,* elegantis acrisque ingenii viro, multa quidem e manuscriptis codicibus, quum aliis, tum his præsertim quorum lectiones Pincianus in publicum emiserat, in Senecæ Epistolis emendata esse, plurima vero etiam ex ipsius ingenio, aut ex Erasmi vel Pinciani conjecturis, tacite mutata et in contextum recepta intellexissem[3], quorum deinde alia qui-

[1] Quoties in notis criticis nude *ed. Erasm.* nominatur, toties *altera* potissimum *Erasmi editio* fuerit intelligenda. Sicubi vero commodum nobis videbitur de dissensu utriusque editionis monere lectorem, ibi eas hisce indiculis distinguemus, *Erasm. ed.* 1, et *Erasm. ed.* 2.

[2] Fortasse ex vetere editione *A.* (quæ et ipsa nostrum mstum *c.* propinqua cognatione attingit) lectiones ejus generis, quas dico, hauserat Erasmus. Silet tamen de ea editione in Præfatione, quum interim prædicare non prætermiserit, Tarvisinæ editionis usum sibi fuisse concessum. Cæterum, quanquam emendationum nonnullarum contextui a sese adlatarum rationem in subjectis Notis reddiderit, longe plurimam tamen illarum partem in eisdem Notis silentio præteriit; quo fit, ut quid ex veterum librorum auctoritate, quid ex ingenio et conjectura ab eo correctum sit, non nisi ægre discernas.

[3] Gravem censuram eo nomine in *Muretum* peractam videas a *Lipsio* in Præfat. ad suam Senecæ editionem; sed graviorem etiam, ante Lipsium, a *Grutero* in *Animadversionibus in Senecæ opera*, cum multis aliis locis, tum p. 694, ubi, *Nuper*, inquit, *extitit Muretus, qui nulla fere adjutus ca-*

Digitized by Google

dem a Lipsio ad superiorum editionum aut ad aliorum manuscriptorum normam fuissent reficta, alia vero ad nostram usque

lamo exaratorum codicum ope, plerasque tamen lectiones, quas produxerant de veterum librorum penu Erasmus et Pincianus, pro legitimis Senecæ clam recepit in contextum: quod ut nemo valde culpaverit, ita necesse est omnes ei malam habeamus gratiam, quod et utriusque illius quem dixi hominis divinationes pari præterea dignatus sit honore; nec hoc tantum, sed et suas quoque hariolationes nimis quam frequenter eodem collocaverit dignitatis gradu, hæcque omnia adeo dissimulanter, adeo furtive, ut vix semel atque iterum istius sui facinoris lectorem monuerit, omnesque ideo facile lateat qui non plura comparent exemplaria. Quapropter parum apte dictum videri debet, quod nuperus Editor Lipsiensis in notis ad Senecam subinde ait (veluti ad hæc verba: *quæ non possim facere* quæ nolim Epist. XXVI § 2.) *Muretum vulgatam lectionem tenere;* ubi rectius dicturus erat, *Mureti ingenio et conjecturæ deberi lectionem inde ab illius ætate vulgatam.* Nec vero commeritus erat *Muretus*, ut ea acrimonia perstringeretur, qua nimis frequenter a Grutero perstrictus est. Vide modo, quam ingenua, quam virilis, nec profecto inverecunda sit illius oratio, ubi de Emendationibus suis loquitur. In notis ad Epist. VIII, postquam emendationem retulit, corruptis vulgo verbis, *Quod ego tibi videor interim suadere*, a se adhibitam, quæ mihi quidem non minus commoda, quam necessaria videtur, sic pergit: *Sed ego talia plerumque tacitus prætermitto. Quid enim lectoris interest scire, quis primus ita emendaverit? Relinquamus hæc adolescentulis, qui unam aut alteram litteram corrigere, putant esse idem quod olim vincere Olympia. Ego quæ scribo, non gloriolæ meæ causa scribo, sed utilitatis alienæ.* Sed ne omnia quidem, in quibus Mureti editio ab Erasmiana discedit, ab *ipso Mureto* primum invecta sunt: sunt passim nonnulla, quæ jam ante illum a *Cælio Secundo Curione* aut a *Vincentio Prallo* temere obtrusa Senecæ erant; cujus generis sunt e. g. in Epist. XX med. duo verba, *tunc enim*, quæ tam contra omnium codicum fidem, quam præter necessitatem, primum adsuta reperi in editione *Basileensi ex offic. Hervag. per Euseb. Episcopium, MDLXXIII*, in qua quidem nonnisi *Erasmianum* maxime repetitum est exemplum, sed cujus in fronte, immani hiatu, *Post herculeos Cælii Secundi Curionis labores, Vincentii Pralli opera et studio innumeris in locis restituta Senecæ opera* prædicantur: nec vero dubito, jam ante a *Curione* adsuta illa verba fuisse in superiore editione *Basil. MDLVII*, quæ ejusdem *Curionis vigilantissima cura castigata* perhibetur. Et ejusmodi quidem alia nonnulla, temere ab his ante *Muretum* jam invecta, adnotasse mihi videor: sed quum *Curionis* caruerim editione, istam autem *Pralli* rarius inspexerim, intelligo accidere mihi potuisse, ut in Notis nostris criticis nonnunquam lectionem aliquam a *Mureto* primum invectam esse perhiberem, quæ ex una aut altera istarum, quas modo nominavi, Basileensium editionum in Mureti exemplum manasset. Ex earumdem Basileensium edi-

Digitized by Google

ætatem in eas Senecæ editiones, quibus vulgo utimur, propagata essent; circumspicere cœpi *editionem* eam, quæ *ab ipso Mureto* in lucem proferri cœpta, paulo post ejus obitum Romæ *anno* MDLXXXV, prodiit. Quam quum frustra quæsissem, satis habere debui, quod et *contextum* qualis erat a *Mureto* constitutus, et ejusdem *Mureti Notas*[1] duæ editiones, quæ ad manus erant, exhiberent; altera *Commeliniana*, cui titulus, *L. Annaeus Seneca a M. Ant. Mureto correctus* etc. MDXCIII, altera *Parisina* M DC II, qua *Romanam Mureti editionem ad unguem expressam* esse *Nic. Faber* in præfatione adfirmat. Ex eademque Parisina editione etiam *Pinciani et Opsopoei* Lectiones cognovi (de quibus supra dixi) e codicibus msstis Epistolarum Senecæ depromptas; quarum illæ in *Fernundi Pinciani in Senecæ scripta Castigationibus ex vetustissimorum exemplarium collatione*, p. 505, et seqq. hujus editionis, hæ vero in *Collectaneis et Notis in L. Annæum Senecam* ibid. p. 617 sqq. continentur[2]. *Gruteri* vero Lectiones, ex quinque codd. msstis excerptas (de quibus itidem supra dictum est),

tionum altera expressæ sunt quoque, ut reliqua *Senecæ opera*, sic et *Epistolæ*, in illa editione, quæ *forma octava* itidem *Basileæ anno MDXC cum Dionysii Gothofredi ICti Conjecturis et Variarum Lectionum libris V, per Euseb. Episcopium* excusa prodiit: quæ editio in promptu quidem mihi fuit, sed, quippe quæ nihil præcipui haberet, rarius inspecta; nam et *Varias Lectiones* quas collegit *Gothofredus*, aliunde cognitas habebam, et *Conjecturas* ejusdem consectari, quarum plurima pars recte a *Grutero* explosa est, operæ pretium non duxi.

[1] *Notæ* quidem *Mureti* ad rem criticam spectantes, quibus emendationum aut mutationum a se adlatarum fontes indicaret, oppido paucæ sunt: quo fit, ut eis in locis, ubi ille a nostris libris in diversum abit, difficile subinde judicatu sit, utrum ex ipsius conjectura, an ex vetustis codicibus ductum sit id quod illius editio exhibet. In eisdem Notis (ad Epist. LVIII) quum meminisset vetusti codicis, e Sicilia tunc maxime ad se delati, quumque paucas ex illo lectiones commendasset, mox nullum amplius verbum ex eodem retulit, ut prorsus seposuisse illum librum, neque porro inspexisse, videatur.

[2] *Pinciani Castigationes* primum, ni fallor, in lucem emissæ erant in ea Operum Senecæ editione, quæ *Venetiis anno MDXXXVI* prodiit: quæ mihi nunquam visa est. Exhibebat autem ea editio contextum ab Erasmo constitutum, ad quem referebantur *Castigationes* illæ, i. e. Emendationes cum ex msstis libris, tum ex ingenio, quod acutum et sagax, neque eo minus modestum *Pinciano* inerat, propositæ. Nec vero *Nicolai Fabri primam editio-*

Digitized by Google

hausi ex ejusdem *Gruteri animadversionibus in Senecam*, *anno* MDXCIIII *e typographeo Hier. Commelini* in lucem emissis : in quibus nec supplementa neglexi, quæ in *Appendice* p. 991 sqq. exhibentur.

Jam Mureto longe circonspectius Senecæ opera *Justus Lipsius* tractavit; quem virum, ut de universa Stoica philosophia, sic præsertim de hujus Philosophi scriptis, præclarissime promeritum esse inter omnes constat. Hic igitur quod de opera Senecæ scriptis in universum a se præstita professus est, id ipsum in *Epistolis* Philosophi nostri fideliter et egregie præstitum reperi. Scilicet in *Præfatione* ad *Senecæ Philosophi opera*, *Antwerpiæ ex offic. Plantin. anno* MDCV a se edita, collaudatis Erasmi, Pinciani, Mureti, Gruteri in eumdem auctorem meritis, *in constituendo contextu suos se*, ait *aut alienos libros veteres* (eos puta, quorum Lectiones a prædictis viris in publicum fuissent prolatæ) *ita esse secutum, ut suo judicio*, quæ proba ipsi visa essent *eligeret*, prava *rejiceret, adeoque Textum totum reformaret. Non cito* (inquit porro) *passim libros, fateor : quid opus est? Semel hic moneo et clamo, quidquid est, ab iis esse. Pauca sane a conjectura nostra; nisi sicubi ea ita clara est, ut pervicacia sit dubitare*[1]. *Reliquas, nec paucas aut improbas, magis visum fuit Notis inserere arbitrandas.* Quæ quum ita sint, minime nobis negligendus fuit contextus a *Lipsio* constitutus, quum præsertim inde ab illius ætate usque ad hæc nostra tempora omnes fere Senecæ editiones,

nem videre mihi contigit, quæ *Parisiis anno MDLXXXVII*, prodiit : nec satis scio, sed non dubito jam priori illi editioni *Collectanea et Notas Opsopœi* insertas fuisse.

[1] Illud tamen subinde accidisse *Lipsio* deprehendi (quod quidem cui non accideret mortalium?) ut quod ipsi clarum videbatur, etiam atque etiam verendum sit ne id aliis, ac ne iis quidem ineruditis, secus videatur: aut ut, quem locum ipse manifeste corruptum judicaverat, in eodem alii, recte omnia perpendentes, aut nihil omnino, aut aliud quid atque ille, sint desideraturi. Quo magis necesse est, ut quisquis editor ex conjectura mutare locum aliquem in vetere autore præsumpserit, is de conatu suo moneat semper et quid in libris scriptum fuerit, quod mutandum ipsi visum fuisset, doceat lectorem. Præterea haud raro videor mihi observasse, e Gruteri codicibus lectionem aliquam a *Lipsio* fuisse adoptatam, ubi aut proba fuerat scriptura, ante eum vulgata, aut ubi meliorem scripturam alii dabant codices.

Digitized by Google

quæ ante nuperam Lipsiensem prodierunt, ad *Lipsianæ editionis* exemplum sint expressæ, paucis locis exceptis, quibus vel a *Gronovio* emendatio quædam allata est, vel aliud aliquid (nescio quo casu, quave fiducia) in nonnullis editionibus, quæ post Gronovianas prodiere, subinde fuit mutatum. Et quidem veritus ne in earum etiam editionum aliqua, quæ repetitum *ipsum Lipsianum exemplum* exhibere profiterentur, passim alia quædam scriptura, sive per operarum errorem, sive per correctoris typographici temeritatem, in locum scripturæ ab ipso Lipsio receptæ irrepsisset; eamdem illam *primam editionem*, quam paulo ante memoravi, unam a *Lipsio* etiam tunc superstite curatam, sepositis aliis adhibendam putavi[1].

Denique *Jo. Frederico Gronovio* quantum debeat Seneca, neminem fugit, qui vel primis labiis humaniores attigit litteras. Qui quidem vir, non minus prudentia modestiaque, quam ingenio et doctrina excellens, et in corrigendis corruptis veterum auctorum locis nimium fere timidus, in Lipsiano contextu nonnisi pauca (ut modo dicebam) mutavit; de plurimis vero corrigendis in egregiis *in Senecam Notis* perspecte monuit, et corruptis etiam tunc locis bene multis præsentem ibidem attulit medicinam, cum ex msstis codicibus[2], tum subinde ex perspicaci conjectura paratam. Gronovianum contextum ejusdemque viri

[1] Editionem illam *Antwerpiensem anno MDCV* procusam constanter ob oculos et in animo habui, quoties in Notis nostris criticis *Lipsii editionem* (hoc scripturæ compendio utens, *ed. Lips.*) citavi. In eisdem Notis, ne ambiguitate falleretur Lector, nuperam *Lipsiensem editionem* nunquam hoc titulo citavi; sed, ubi de ea agitur, constanter Editoris *Ruhkopfii* nomine hanc insignivi.

[2] *Tres codd. msstos* Epistolarum Senecæ præsto fuisse *Gronovio* reperio: primum, *membranas quæ aliquando fuerant Gruteri, nondum tamen cum suas Animadversiones ederet;* quarum membr. mentionem fecit in Præf. ad minorem edit. Elsevir. 1649. Quibus accessere deinde (ut docet idem *Gronov.* in Præfatione decennio post scripta, quum repeteretur eadem minor editio Elseviriana) duo alii codices, alter *Erfurdensis* (non confundendus cum Amploniano, de quo supra dictum), alter *Nic. Heinsii;* ac præterea ex duobus codicibus Bruxellensibus aliisque excerptæ Lectiones.

Digitized by Google

Notas exhibuit mihi illa *Operum Senecæ* editio, quæ cum Notis variorum doctorum virorum *Amstelodami apud Dan. Elsevir.* MDCLXXII, tribus voll. forma oct. prodiit, non illa ab ipso quidem Gronovio curata; sed cui præfatus Dan. Elsevirius profitetur, exhiberi in ea *contextum illum, quem Gronovius dederat ultimum* (eum puto, qui in *minori Elseviriana* anno MDCLVIII repetita continebatur), *Notasque ejusdem omnes* esse adjectas. Quum *altera* illa *minor Elseviriana*, quam modo nominavi, non esset ad manus; in locis nonnullis, ubi dubitatio aliqua mihi objecta erat, *priorem* inspexi, quæ anno MDCXLIX prodiit, cujus quarto tomo *Gronovii Notæ* continentur.

Nuperam *Ruhkopfii editionem* constanter a me fuisse inspectam, nil opus est ut conceptis verbis profitear. Qua de editione hoc loco judicium interponere meum non præsumam: inter illam et nostram (quod ad Contextus constitutionem pertinet) quid intersit, eruditus æquusque Lector, Senecæ nostri studiosus, sive ex utriusque inter se collatione, sive ex his, quæ in Notis nostris afferuntur, æstimaverit. Illud interim ingenue profiteor, gavisum me esse multis probis lectionibus in contextum a *Ruhkopfio* passim receptis; alias doluisse, parum feliciter (ut mihi videbatur) adoptatas, plurima vero loca intacta relicta, quibus haud dubie corruptis paratam medicinam offerebant eæ copiæ, quæ Editori, quum Senecæ Epistolas recognosceret, præsto fuerant, et miratum esse et ægre tulisse.

Istis igitur, quæ hactenus exposui, quum instructus essem præsidiis, nihil magis habueram in votis, quam ut satis otii mihi superesset, quo cuncta, quæ ad judicandam veram genuinamque auctoris scripturam pertinerent, minutatim excutere, et ea qua par erat diligentia perpendere possem. Sed enim, hinc urgentibus aliis occupationibus, ac subinde etiam impediente oculorum debilitate, illinc typotheta instante, et elaboratam materiam flagitante typis exscribendam, deproperanda plerumque opera fuit, ut multum intra voluntatem substiterit effectus. Quod ut ipse magnopere doleo, sic id quod a nobis præstitum est, qualecumque illud sit, æqui bonique consulat studiosus Lector velim.

Digitized by Google

Atque his ita præmissis, nihil habeo quo morer amplius Lectorem; nisi quod de *orthographia*, quam vel codices nostri tenent, vel quam nos in hujus editionis exemplo secuti sumus, nonnihil adhuc in universum dicendum mihi intelligam. Scilicet primum, in ea scribendorum verborum ratione, qua utúntur codices mssti quibus Senecæ Epistolæ continentur (vetustiores præsertim, ut *Arg. a.* et *b.* et Parisini quos Emmericus noster excussit, aut quos Opsopœus tractaverat), multa sunt, quæ pariter quidem et in aliorum Auctorum priscis codicibus, et in inscriptionibus quoque vetustis passim occurrunt, omninoque multis etiam doctis viris olim fuerant in usu[1]: quæ tamen equidem, quoniam pro antiquatis hodie fere ab omnibus habentur, et ab usu nunc ubique recepto nimis abhorrere mihi videbantur, non adoptavi; contentus ea scriptura, quam in plerisque editionibus inde a Lipsio vulgatis, ac præsertim in nuperrima Francofurdensi editione (cujus exemplum, eis in locis ubi opus videbatur a nobis correctum, typis exscribendum dedi) usurpatam repereram. Huc pertinet v. gr. quod in vetustissimo nostro ms. *a.* constanter *epistula* et *adulescens* scribitur, per *u* litteram, pro *epistola* et *adolescens*[2]. Porro *cotidie* vel *cottidie*, et *cocus*, et similia constanter fere scribunt codices nostri, vetustiores præsertim; nos tamen *quotidie* et *coquus* tenuimus. Sic *secutus* præferre codex *a.* cum aliis solet; nos *sequutus* scripsimus, quod subinde etiam in *cod. b.* reperimus. Vocalem *cum*, sive præpositio fuerit, sive temporis adverbium, sive causalis conjunctio, constanter per *c* litteram efferunt codices nostri omnes[3]: at probavi equidem discrimen inter *cum* præpositionem et *quum* tempus, aut

[1] Hujus generis nonnulla *Quintilianus* attigit, Instit. lib. I, cap. 7. De singulis autem consuli potest *Dausquii Orthographia Latini sermonis vetus et nova*, Par. 1677, in-fol.

[2] Ex eodem more *u* pro *o* ponendi nata videri poterat scriptura *jucundus*, quam tenuit idem cod. *a.* et nos cum illo; pro qua sequiores mssti (nostri *b.* et *c.* cum aliis) *jocundus* ponunt, quasi a *jocando* derivata vox esset, quam a *juvando* deducere Cicero maluerat.

[3] Obtinuisse tamen olim etiam scripturam *quum* in vetustissimis Senecæ codicibus, in *Nota* ad Epist. 1, docui.

Digitized by Google

causam significans, in Ruhkopfii et Matthiæ editionibus diligenter observatum. Porro *temptare* (pro *tentare*), *dampnare*, *contempsi*, *sumptus*, et similia, constanter scribunt codices nostri; quibus in verbis neglecta a nobis *p* littera est [1]. *Exequi*, *exilium*, *expectare* plerumque scribunt iidem codices; ubi equidem non invitus litteram *s* tenui, quam post *x* insertam nuperæ editiones exhibebant. *Monstruosus* passim scribunt libri nostri, ubi vulgatum *monstrosus* tenui [2].

Accedo ad ea, in quibus secutus sum librariorum nostrorum, ac vetustiorum præsertim, præscriptum. *Quicumque*, *numquam*, *tamquam*, et similia, constanter per *m* litteram ante *q*, non per *n*, scribuntur in vetustissimo nostro codice; quem eo libentius in his sum secutus, quod et alioquin eidem scribendi rationi ipse adsuetus eram. *Causa* per simplicem sibilantem efferunt omnes; quod equidem tenui, licet alias geminam ponere consuetus. *Sollicitus* vero, et quæ ad idem thema pertinent, geminata *l* littera ex perpetuo codicum nostrorum consensu scripsi. Item *quotiens*, *totiens*, *milliens* ex eorumdem constanti scriptura adoptavi. *Mehercules*, non *mehercule*, perpetuo scribit noster *a.*, quam scripturam eis etiam in locis, quibus deficit codex, secutus sum. Idem *prendere* et *urguere* præferre solet, ubi alii *prehendere* et *urgere*; quibus equidem promiscue usus sum. Sed in compositis maxime verbis eam inii rationem, quam, licet præiverint probatissimi libri veteres, tamen non omnibus probatum iri lectoribus prævideo. Scilicet in verbis, quæ cum præpositionibus nonnullis

[1] Notari tamen hujusmodi mos librariorum debet; quia tali ex observatione nonnunquam corrupto cuidam loco medicina perquam probabilis, aut vero etiam certissima, afferri potest: cujus generis exempla reperiet Lector in Epist. XIV, et Epist LXXII.

[2] Porro, *vicium*, *ocium*, *negocium* scribunt paulo juniores codices: nos cum vetusto *a.* litteram *t* in hujusmodi vocibus tenuimus. Juniores item, sed illi tamen, ex nostri codicis *b.* familia, *capud*, *velud*, *inquid* solent scribere; et, vice versa, *aput* pro *apud*: quæ equidem, uti par erat, repudiavi. Taceo alia; et in his aspirationem *h* alias præter morem nostrum adjectam, ut *harena*; alias omissam, ut *ortus* pro *hortus*: quæ quidem et ipsa juniorum magis, quam vetustiorum, sunt codicum.

Digitized by Google

composita sunt, ubi ultimam præpositionis consonam cum prima consona verbi colliquescere volunt, non solum vetustissimus noster codex *a.* nativam præpositionis consonam pertinaciter plerumque servat, verum ejusdem moris frequentia etiam vestigia in aliis codicibus (in paulo vetustioribus præsertim, ut in nostro ms. *b.* et *Par. b.* aliisque quibus Opsopœus usus erat, sed subinde etiam in recentioribus) servata deprehenduntur. Et in verbis quidem ex *ad* compositis neminem magnopere offensum iri confido, quum ex. gr. *adsidere* et *adsiduus* a nobis scriptum viderit, et *adficere*, *adfectus*, *adfirmare*, *adgredi*, *adligare*, *adquirere*, *adpellare*, *adsumere*, *adtendere*, *adtuleram*, et his similia[1], quæ alioquin etiam multorum doctorum virorum usu trita sunt. Nec illa facile reprehendet aliquis ex *sub* composita, *subripere*, Ep. I, § 2, ex mss. *a.* et *b.* et Epist. LXXVIII, § 3, ex mss. *b.* et *c.* aut *subfusa*, quod Opsopœi membranæ in Epist. LXXVII, § 8, dedere: nec *summovere* aut *summittere* aliaque talia maluerit, quam, quod nos cum msstis dedimus, *submovere*, [2]*submittere*. Jam vero verba ex *cum* composita ita format codex *a.* ut syllabam *con*, quæ in istis verbis loco illius præpositionis poni so-

[1] Tamen *attonitus*, *attinet*, et alia nonnulla, absque *d* littera scripsi, consentientibus libris omnibus.

[2] Ægrius fortasse aliquis passurus fuisset *substollat*, quod in Ep. LXXI, dabat ms. *b.* cum ed. Rom., aut *substineat*, quod habet editio Rom. in Epist. LXXXVI, quæ quidem adoptare dubitavi, auctoritatem vetusti codicis *a.* desiderans, qui illa parte Epistolarum caret. Subinde vero etiam, at perraro tamen, invito eodem codice (quippe non satis constante sibi) verbum aliquod ad analogiam reliquæ scribendi rationis conatus sum refingere; quo modo *subcrescit* pro *succrescit* scripsi, Epist. XC. Sed *succidere*, *succurrere*, item *occurrere*, *opponere*, *opprimere*, et his similia, ut idem cod. *a.* cum aliis dabat, sic tenui; quamvis ex paritate rationis *subcidere*, *subcurrere*, *obcurrere*, *obponere*, *obprimere*, scribi debuisset, quemadmodum etiam *obcæcat* (non *occæcat*) cum eodem cod. *a.* editiones quoque omnes inde a principe Romana dedere. Et simillima quidem ratione etiam *subcumbere* scribit codex noster *b.* cum ed. Rom. in Epist. LXXI, ubi tamen vulgatum *succumbere* tenui, quoniam ibidem paucis ante verbis *succidere* scribitur consentientibus libris. Rursus *omittere* tenui cum *cod. a.* et recentioribus editionibus; licet ad analogiam veteris scripturæ supersit *obmisso principio* in ed. *A.* et ed. Rom. Epist. XCV, et *obmissis* (pro *omissis*) in ed. Rom. Ep. CVIII. Denique

Digitized by Google

let, constanter fere ibi etiam teneat, ubi vulgo *n* littera cum sequenti consona colliquescit, aut ubi *m* proprium suum locum occupare solet. Igitur *conlocare* scribit, et *conlaborare*, *comparare*, *conplecti*, *conponere*, et his similia : in qua quidem scribendi ratione itidem sequi codicis hujus auctoritatem, cui item alios passim suffragari videbam [1], non dubitavi. Atque etiam constanter eamdem ubique secuturus eram rationem : sed quum subinde vacillantem ipsum præcipuum nostrum codicem, ac ne in his quidem satis semper sibi constantem deprehendissem [2], quumque in majore parte harum Epistolarum nonnisi iis codicibus uti mihi licuerit, in quibus plerumque ad vulgaris moris normam mutata vetus scriptura est, haud raro ipse incertus hæsi : denique vero sic statui, ne opus quidem esse, ut in hoc genere, in quo sane absque magno incommodo idem etiam scriptor a se ipse subinde dissentire potest, summa ubique constantia teneatur. Similis ratio est verborum ex *in* compositorum : in quibus cum eodem nostro cod. *a.* (cui rursus in hoc genere frequenter suffragantes alios deprehendi) litteram *n*, quæ ex vulgata scribendi ratione aut in proxime sequentem consonam aut in *m* mutatur, illibatam plerumque reliqui. Itaque *inbecillus* scripsi, et *inligare*, *inlinere*, *inlaboratus*, *inmensus*, *inmerito*, *inpedire*, *inpetus*, *inponere*, *inpune*, *inrationalis*, *inritare*, *inritus*, et id genus alia : subinde vero etiam, eodem vetere codice præeunte, aut ubi ejus auctopotueram cum cod. *a. suptilis* scribere, et *opterere*, *optinere*, et similia, quo de genere Quintilianus monuit I, 7, 7, et ibi Gesnerus : sed non magis in istis imitari hunc codicem placuit, quam in his quæ in eodem subinde posita vidi *subplicium*, pro *supplicium*, aut *subpremus* pro *supremus*, aut (quod codex *b.* amat) *subpellex*.

[1] Sic, ut alia omittam, scripturam *conlevatur* Epist. LXIV (quæ Epistola in *cod. a.* non continetur), ex vetustiore aliquo codice tenuerunt nostri mss. *b.* et *c.* cum ed. *A.* et ed. Rom. quæ scriptura etiam ex ed. Rom. in omnes alias propagata est. Eodem pertinet, quod in nostro ms. *c.* vetus scriptura *conmittenda* servata est in Epist. LXXXVIII.

[2] Nempe idem codex passim rursus *complecti*, *componere*, *comparare* scribit. Idemque in verbis *colligo*, *corrigo*, *corruo*, constanter *n* litteram in eam mutat, a qua simplex incipit verbum.

Digitized by Google

ritas prorsus desiderabatur, vulgatam scripturam *impetus*, aut ex eodem genere aliam in aliis verbis[1], tenui. Quo in universo genere, ad verborum recte scribendorum rationem spectante, si qua admisi quæ minus placuerint erudito Lectori, aut si quem omnino mea in hoc genere offenderit inconstantia; etiam atque etiam equidem velim, ut in tota hac opera, quam commodi publici studio Senecæ navavi, nihil admodum gravius a me peccatum deprehendatur[2]. Scripsi Argentorati, mense Augusto anno MDCCCIX.

Hic pauca subjiciemus de libri titulo, quæ J. Schweighæuserus notavit ad Epistolarum initium.

Titulum libri fecimus *L. Annæi Senecæ ad Lucilium Epistolæ Morales*, adjecto, quod vulgo aberat, postremo vocabulo. Ita enim non solum A. Gellius, Noct. Att. XII, 2, citat hasce Epistolas; qui quidem quod ex *libro vicesimo secundo Epistolarum Moralium, quas ad Lucilium Annæus Seneca composuit*, plura quædam verba profert, quæ in nulla ex eis Epistolis leguntur quæ ad nos pervenerunt, ea de re in Præfatione diximus, ubi de vetustissimo codice Argentoratensi disputavimus: verum ejusdem tituli clarissima etiamnunc vestigia quædam in eodem, quem modo commemoravi, codice msto supersunt; in quo post eam Epistolam quæ vulgo XCV, numeratur, hæc leguntur: *L. Annæi Senecæ ad Lucilium liber XV Epistolarum moralium explicit:* rursusque post Epist. CIX, *L. Annæi Senecæ ad Lucilium Epistolarum moralium liber XVIII explicit.* Ex eodem titulo, hisce Epistolis olim inscripto, manavit id quod in vetustissima ed. Rom. post spurias illas epistolas quæ Paulo Apostolo et Senecæ tribuuntur, his verbis legitur: *In illo sequenti Codice continentur epistolæ moralium rerum quas composuit vir eloquentissimus*

[1] Sic, ut hoc utar, licet *inpedire*, *inponere*, et similia constanter per *n* scribat codex noster, tamen *imperare* ubique per *m* scripsi, eodem codice præeunte.

[2] Nos autem hic descriptam orthographiam servare non ausi sumus utpote a nostra consuetudine prorsus alienam, et minime consentientem cum ea quam prioribus voll. secuti sumus. *Nov. Ed.*

Digitized by Google

Lucius Anneus Seneca, etc., quæ verba eodem tenore in ed. Tarv. repetuntur. Eodemque puto pertinet, quod in eadem ed. Tarv. et in duabus vetustissimis Venetis in fine Epistolarum hæc subscripta sunt, *Liber Epistolarum moralissimi Senecæ finit feliciter*: istud enim vocabulum *moralissimi* utique ex *moralium* deflexum videtur.

Digitized by Google

L. ANNÆI SENECÆ

AD LUCILIUM

EPISTOLÆ MORALES.

EPISTOLA I.

DE TEMPORIS USU.

Admonet Lucilium Noster, ut pergat in bono temporis usu quemadmodum is perscripserat Senecæ, se nunc quidem facere, laudatque. Esse autem, adjicit, rem haud parvi momenti ad vitam bene beateque agendam, tempore suo bene uti : multis elabi tempus male collocatum, usu quippe ejus in aliud tempus rejecto. Qua dilatione nihil esse pejus, quum tamen nihil magis in nostra potestate positum sit, quam tempus, a cujus recto usu quemvis temere se abstrahi pati queritur. Hoc certe videndum, ne omnia pereant. — Haud immerito hæc epistola agmen insequentium ducit, quandoquidem de gravissimæ rei usu non subtiliter exponit, sed quasi præludit, ut in epistolis fieri solet. Tempus autem in bonis a natura rationi humanæ concessis primarium ferme locum obtinere videri potest, ut quod amplissimam facultatibus mentis copiam ansamque præbeat se explicandi atque erudiendi. Quapropter et hoc nomine sensuque inter prima naturæ a Stoicis recte referri tempus poterat. Cæterum discrimen ab iis factum inter τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν quivis vel ex Epicteti Enchiridio recordetur. Et Horatius III Carm. 29, egregie usus est. Cf. Consol. ad Marc. X, 3 not.

Digitized by Google

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM [1].

ITA fac [2], mi Lucili [3]! Vindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut subripiebatur, aut excidebat, collige et serva. Persuade tibi hoc [4], sic esse ut scribo: quædam tempora [5] eripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. Turpissima tamen est jactura, quæ per negligentiam [6] fit [7]: et, si volueris attendere, maxima pars [8] vitæ elabitur male agentibus, magna ni-

1. *Seneca Lucilio suo Salutem.* Salutationem istam, quam ignorant vulgo editi, constanter Epistolis omnibus inscriptam exhibent nostri mssti *a.* et *b. Schw.*

2. *Ita fac* in editione Neapolitana: Ita fac *ergo* m. L. in nullis aliis codd. comparuit. Ponere solet Seneca hanc voculam, si quando admonitionem adjicere velit ex antecedentibus aptam: quod hic nullum locum habet. Ideo e § 2, intrusa esse videtur. *R.* — *Ita fac ergo* habet ed. Rom. et Tarv. Particulam importune intrusam ignorant reliquæ editt. cum mssis omnibus, qui ad notitiam nostram pervenerunt. *Schw.*

3. *Lucili. Lucilium* constanter scripsimus, quem ita recte nominant mss. *a.* et *b.* cujus nomen partim *Lucillum*, partim *Lucillium* efferunt recentiores mssti, et editiones vetustiores. *Junioris* cognomen, quod in ed. Matth. adjicitur, in nullo librorum nostrorum reperitur. *Schw.* — Lucilio, homini occupato, multum temporis perire debuit tum per muneris, quo fungebatur, procurationis Siciliæ, officia, tum per salutationes ipsi præstari solitas, et per ejus negligentiam. *Ruhk.* — Cæterum de hoc Lucilio vid. supra, præf. pag. 8, l. 13, seqq.

4. *Persuade tibi hoc.* Sic nostri codd. *a.* et *b.* et *Paris. a. b. d.* cum tribus optimis mssis Gruteri et cod. *Amploniano Erfurdensi*, quo usus est clar. Matthiæ: sic item editiones ante Lipsium omnes, excepta vetustissima ed. *A.* quæ cum nostro ms. *c.* habet *Persuade sic esse ut tibi scribo.* Pronomen *hoc* ex editis libris primus ejecit *Lipsius*, quum desiderari illud in duobus aliis Gruteri codicibus comperisset. At idem pronomen cum alibi sæpius, ubi abesse posse videbatur, inserere Seneca consuevit, tum Epist. VI, et initio Epist. XVI. Conf. Gronov. ad Epist. XX, not. 2, et quæ a nobis ad Epist. LIII, § 5, notabuntur. *Schw.*

5. *Quædam tempora.* Ut multa alia passim, sic particulam *enim* hoc loco inculcat codex noster *c.* et, quæ cum illo fere facere solet, ed. *A. Schw.*

6. *Negligentiam. Neglegentiam* ms. *a.* et *Ampl.* Sic item alibi constanter noster *a. neglegere, neglegens:* similiterque idem paulo post *intellegat.* Qua de scriptura consuli potest Dausquii Orthogr. p. 209 et p. 167. *S.*

7. *Fit* uno consensu dedere nostri codd. *a. b. c.* cum tribus *Paris.* et tribus optimis mssis Gruteri: sic item editt. omnes ante Lipsium, qui *venit* recepit ex duobus aliis mss. Grut. et ex ora Erasmi. *Schw.*

8. *Maxima pars vitæ elabitur*

Digitized by Google

hil agentibus, tota vita aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? qui diem æstimet[1]? qui intelligat se quotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus[2]: magna pars[3] ejus jam præteriit; quidquid[4] ætatis retro est mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere! sic fiet, ut minus ex crastino pendeas[5], si hodierno manum injeceris[6]. Dum differtur[7] vita, 2

male agentibus, magna nihil agentibus. Sic editt. Rom. Tarv. Ven. cum nostris mss. *a.* et *b.* et Par. *a. b. d.* et *Ampl.* aliisque Gruteri: quam scripturam, ut haud dubie veram, jam olim ex quatuor Gallicorum codicum consensu commendaverat Opsopœus, quum permutata verborum sede primum *magna pars*, dein *maxima nihil ag.* posuisset Erasmus, ut scribitur in nostro recentissimo cod. *c.* et in ed. *A.*—*Tota vita aliud agentibus.* Vocab. *vita*, quod inde ab ed. Ven. 1, omittebatur vulgo, recte adjectum dedere nostri *a.* et *b.* cum *Ampl.* et *Par. a. b. d.* aliisque melioribus libris. In nostro *c.* vox *vita* inter lineas adscripta est. Pro *aliud* temere *aliquid* est in ed. *A. Schw.*

1. *Æstimet. Extimet* ms. *c.* sic et alii nonnunquam; unde subinde permutata inter se verba *æstimare*, et *existimare*, quemadmodum hoc ipso loco *existimet* habet ed. *A. S.*

2. *Mortem prospicim.* Sic recte editur inde ab Erasm. ed. 2 consentiente nostro *Arg. a.* et *Par. a. b. d.* aliisque optimis quibusque libris: superne autem in *Par. a.* et *b.* adscriptum scholion, *quasi procul esse conjicimus.* Perperam noster *b.* cum ed. Rom. habet *mortem non prospicimus:* et in *Par. d.* particulam *non* recentior manus adjecit. Contra noster ms. *c.* et ed. *A.* in contextu ponunt *mortem procul esse conjicimus;* inter lineas vero in *c.* hæc adscripta, *prospicimus, remotam esse putamus. Schw.*— Vulgatam Erasmiani atque alii tuentur et doctiorem et Seneca digniorem. Prospicere est ex alto videre, ideoque ventura et quæ procul absunt (Drakenborch. ad Livium XXII, 6, 8). Varietas et ex ignorantia, qua laborabant librarii, acutioris dicti, et e captatione argutiarum orta est, judicibus Erasmo et Lipsio. *R.* — Lucide vertit *Lagrange: Notre erreur est de ne voir la mort que devant nous: elle est derrière en grande partie.*

3. *Pars ejus.* In *Amplon.* vero scribitur *ejus pars. Schw.*

4. *Quidquid.* Sic noster *c.* quam scribendi rationem, inde a *Lipsio* vulgatam, constanter tenui; licet *quicquid* scribant *a.* et *b.* cum h. l. tum plerumque alibi. (Sic paulo infra, § 3, *quicquam* scribunt iidem mss. *a.* et *b.* ubi nos cum *c.* tenuimus *quidquam*, et ipsum ab eodem inde Lipsio vulgatum.) *Schw.*

5. *Ex crastino pendeas.* Unus noster cod. *a.* habet *de crast. pend. S.*

6. *Sic fiet..... injeceris.* Lipsius laudat Senecam de Brevit. vit IX, 1. Ne effugiat tempus, uti occasio apud Phædrum Fabb. V, 8, vi illud retineas. *Ruhk.*

7. *Dum differtur..... transcurrit.*

Digitized by Google

3 transcurrit. Omnia, mi Lucili [1], aliena sunt; tempus tantum nostrum est. In hujus rei unius [2] fugacis ac lubricæ possessionem natura nos misit, ex qua [3] expellit quicumque vult: et tanta stultitia [4] mortalium est, ut, quæ minima et vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi, quum impetravere [5], patiantur; nemo se judi-

Lipsius laudat Stobæi Florileg. Serm. XVI. (Schow. p. 336) Epicurum. Parilia attulit Gataker ad Antonin. p. 59. Observatio hæc fuit antiquissima, quam Heraclitus sic extulit: δὶς ἐς αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἐμβαίνομεν ap. Platon. Cratyl. To. III, p. 267, 268. Bip. *Ruhk.*

1. *Mi Lucili.* Abest *mi* nostro *b.* et *Ampl.* et *Par. a. b. d.* aliisque apud Grut. et Ops. Ac lubens delevissem hoc loco voculam, paucis ante lineis recte adpositam; nisi eamdem cum editionibus omnibus hic repetiisset noster vetustissimus cod. *a.* cui suffragatur noster *c.* et Coloniensis Gruteri. *Schw.*

2. *Rei unius fugacis.* Sic perspicue tres nostri mssti, cum aliis; non, *nimis fugacis*, quod est in edd. Ven. et Erasm. et quod in uno suorum codicum repererat Gruterus. Vulgatum *unius*, quod jam in ed. Rom. et Tarv. legebatur, restituit Muretus ex Pinciani codicibus. In una ed. *A.* transpositis verbis scribitur *unius rei fugacis. Schw.*

3. *Ex qua expellit quicumque vult.* Sic noster *Arg. a.* et *Ampl.* et *Par. d.* nec aliter primum scriptum fuerat in nostro *b.* in quo quidem deinde ex *quicumque* factum *quemcumque.* Pronomen *nos*, quod ante *expellit*, inde a Mureto insertum legebatur, ignorant veteres libri nostri omnes; recte quum modo præcesserit *nos misit.* In ed. Rom. et aliis ante Mur. fuerat *ex qua expellitur quicunque vult.* In ed. *A* et nostro ms. *c. ex qua nemo expellitur nisi quicunque vult.* In *Par. a.* et in *Par. b.* a sec. manu *ex quo non expellitur quicunque vult.* In ed. *Erasm.* 2, *ex qua expellit quemcunque vult*, quemadmodum in nostro ms. *b.* a sec. manu. Ruhk. induxit *nos* ante *expellit* cum Gron. et cod. Amplon., quæ lectio, quanquam minoris momenti auctoritatibus freta, tamen planior sane et sensui magis consentanea videtur. *Schw.*

4. *Et tanta stultitia.* Sic recte editt. vett. cum nostris msstis *a.* et *b.* et omnibus Opsopœi tribusque Gruteri. *Sed tanta stult.* habet noster ms. *c.* et ed. *A.* quod amplexus est Muretus, et ab aliis vulgo receptum. *S.*— *Et tanta stultitia.. reddere.* Sibi non constant homines, quod quum minima eaque vilissima, quæ petentibus concessa sint, beneficii loco habeant, nemo fere tempus tamquam beneficium maximum, cujus usuram debeat reputandum existimet. Cf. de Brevit. Vit. c. 3. *Ruhk.*

5. *Quum impetravere.* De scriptura *quum*, pro eo quod in libris nostris constanter *cum* est, in Præfat. dixi. Obtinuisse tamen in vetustioribus olim codicibus scripturam *quum*, inde fit verisimile, quod in Epist. XXIX, pro *cum* vel *quum* perperam *quam* scriptum in vetustis libris reperitur. In *impetravere*, quod recte a Mureto receptum est, cum aliis præstantioribus libris consen-

Digitized by Google

cet[1] quidquam debere, qui tempus accepit; quum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem[2] potest reddere. Interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista præcipio? Fatebor[3] ingenue: quod apud luxuriosum[4], sed dili- 4
gentem, evenit, ratio mihi constat impensæ. Non possum dicere, nihil perdere[5]: sed quid perdam, et quare, et quemadmodum, dicam: causas paupertatis meæ reddam. Sed evenit mihi[6], quod plerisque non suo vitio[7] ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid

tiunt nostri mss. *a.* et *b.* quorum in posteriore quidem *impetraverunt* scribitur. Perperam *perire* ed. Rom. et Tarv. tum *periere* ed. Ven. et Erasm. cum nostro ms. *c.* et *Par. a.* et ed. *A. Schw.*

1. *Nemo se judicet.* Sic verba ista, ad præcedentia relata, primum exhibentur in ed. Erasm. 2, eodem vero modo etiam in msstis, cum aliis, tum nostris *a.* et *b.* Sed, præmissa majore distinctione, *Nemo judicat se* scribitur in ms. *c.* et in ed. *A.* et *Nemo se judicat* ed. Rom. Tarv. Ven. et Erasm. 1, quod ipsum in plerisque etiam e suis msstis ita scribi Gruterus ait. *S.*

2. *Ne gratus quidem. Nec* pro *ne* habet unus noster ms. *c.* cum editis libris ante Muretum. Cujusmodi scriptura frequenter alibi ex junioribus msstis in omnes editiones invaserat, ubi probatiores libri omnes *ne quidem*, non *nec quidem*, dabant. *S.*

3. *Fatebor. Fateor* ms. *c.* et *Ampl.* dant. *Schw.*

4. *Luxuriosum.* Luxurioso se patrifamilias comparat propterea, quod vita aulica, quam degebat Seneca, multum temporis auferebat: proinde tabulas accepti et expensi diligenter dispensare, et temporis jacturam ejusque causas accurate computare et tenere poterat. *Ruhk.* — Hanc impensi temporis rationem quam habuisse dicit Seneca, multi recentiores commendaverunt, in primis Verulamius Baco et Franklinius; imo nostræ ætatis scriptor quidam, *D. M A. Jullien*, hanc in artem vertit et in eximiis operibus *Essai sur l'emploi du tems; Agenda général; Biomètre;* multa bonaque consilia dedit tum de temporis usu, tum de ejus mensura et accurata ratione.

5. *Nihil perdere.* Vulgo *me nihil perdere*, quod et in tribus msstis reperit Gruterus. Sed pronomen personale, quod et alibi passim simili in constructione omittere Seneca consuevit, cum editione *A.* ignorant nostri mss. *a. b. c.* cum Parisiensibus et omnibus Opsopœi itemque duobus Gruteri. *Schw.*

6. *Sed evenit mihi.* Perperam vulgo *Sic evenit mihi:* ubi merito mireris, non pridem receptam esse unice veram scripturam, ex quatuor msstis Opsopœi, et quinque Gruteri commendatam; quibus accedit ed. *A.* et nostri mssti omnes et *Ampl. Schw.*

7. *Non suo vitio* omnium codd. et edd. lectio. Sed si vocula *non* abesset, equidem nihil desiderarem. *Ruhk.* — Imo melius congrueret cum sequentibus verbis: omnes ignoscunt: namque iis tantum ignoscendum est qui

Digitized by Google

ergo est? Non puto pauperem, cui, quantulumcumque superest, sat est. Tu tamen malo serves tua : et bono tempore incipies[1]. Nam, ut visum est majoribus[2] nostris, sera parsimonia in fundo est[3]. Non enim[4] tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. Vale[5].

suo vitio laborant. Eorum autem qui non suo vitio sunt miseri, miserescimur, non eis *ignoscimus*.

1. *Et bono tempore incipies.* Sic percommode mssti nostri *a.* et *b.* cum quatuor codicibus Opsopœi, quorum in numero est optimus ille Puteanus, ab Enmerico nostro denuo excussus, quem nota *Par. b.* insignimus; quibus item *Par. d.* accedit. (In *Par. a.* quidem evanida hoc loco est scriptura : in *Amploniano* vero omissa est tota pars postrema hujus epistolæ, inde a verbis *Tu tamen.*) Sententia est : « et, si jam nunc hoc facere incipias, si jam nunc incipies tua servare, bono adhuc tempore incipies; » non ita sero ut ego, qui ætate multo » te major, jam nimis multum perdidi. » Ex junioribus libris, qualis est noster *c.* et quinque codices Gruteri, ducta erat vulgata scriptura, *et bono tempore uti incipias.* Servaverat tamen veterem scripturam unus etiam ex Gruteri codicibus, ut profitetur ipse in Appendice Animadversionum: sed eidem deinde altera scriptura superinducta est. Verbum *uti* jam olim quidem a Mureto erat ejectum, sed revocatum a Lipsio : *incipias* vero, in conjunctivo modo, tenuerant editores omnes. *S.* — Ne credas τὸ *malo* adjectivum esse quod bono opponatur. *Malo* ibi indicativus est verbi *malle :* et post *incipies* subintelligi debet *servare.* Sensus est : mihi jam senescenti paulum superest temporis cui parcam : tu autem qui flores juventute, nunc incipe servare tempus et incipies opportune. Nam inopportune parcus est, qui parcere vult, quum jam nihil prope superest cui parcatur.

2. *Majoribus nostris* i. romanis : recte Bentleio notante ad Horat. A. P. 270. *Ruhk.*

3. *Sera... est.* Jam Erasmus laudavit Hesiodeum illud ex Ἔργ. καὶ Ἡμ. 339. (Brunk. Gnom. Poet. Gr. p. 162.) δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. *Ruhk.*

4. *Non enim..... minimum.* Laudat post alios Muretus Antiphanis Comici versus, in quibus vita nostra vino adsimilatur : quod ubi paulum supersit, acescat, apud Brunk. Gnom. Poet. Gr. p. 186, n. VIII. Cf. Senec. Epist. CVIII, 26. *Ruhk.*

5. *Vale.* Verbum hoc, quod in nullius Epistolæ calce (non magis quam Salutatio in singularum Epistolarum fronte) vulgo comparebat, constanter ubique in tribus nostris mssts adjectum legitur, exceptis duabus aut tribus (in ms. *b.* quidem octo) prioribus Epistolis; in quibus quum casu potius, quam consilio, fuerit prætermissum, nos ut reliquis Epistolis, sic et hisce ipsis, adjiciendum putavimus. Idem verbum et huic primæ Epistolæ et aliis omnibus constanter adjectum erat in ed. Rom. Tarv. et Ven. In ed. Erasm. nonnisi in primæ et in quartæ Epistolæ fine desideratur, reliquis omnibus adjectum conspicitur, a Mureto demum undique ejectum deletumque. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA II.

DE ITINERIBUS ET DE LECTIONE.

Lucilium, qui Senecæ scripserat, se lectioni librorum operam navare, nec locorum mutationibus delectari, laudat, et ut in his inceptis pergat, hortatur. Prope idem argumentum Ep. XXVIII est. Addit egregia consilia de recte et utiliter legendis libris, quæ in memoriam revocant illud Quinctiliani Instit. Orat. X, 1, multa magis quam multorum lectione firmandam mentem, et ducendum esse colorem: sive quod alio loco acute præcepit, non multa, sed multum legere oportere. Egregium tandem illud consilium, ut Lucilius sibi quotidie e lectione sua præceptum aliquod efficax excerpat, a se ipso custodiri ait Seneca, ideoque finit epistolam dicto Epicureo: honestam rem esse lætam paupertatem. Sæpius revertitur Noster ad hæc consilia de lectione recte instituenda. Cf. de Tranquill. Anim. IX, 4; Epist. XLV, LXXXVIII, etc. — Mature autem vitia, quæ in legendis libris committerentur, fuisse observata a viris intelligentibus, docent vel Aristarchi et Aristophanis Bysant. præcepta, sive indices librorum ad legendum fructuosissimorum, sub nomine canonum notissimi. Quibus tamen illa vitia non prorsus sublata esse, ex studio hominum isto, quo videri quam esse malint, satis superque pateret nisi adhuc Polybius III, 57, p. 513 sq. Tom. I, ed. Schweighæus. de eo quæreretur. Sed hæc obiter et quasi perfusorie hic tantum attingere licet.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ex his quæ mihi scribis [1], et ex his quæ audio, bonam spem de te concipio; non discurris, nec locorum mutationibus inquietaris. Ægri animi [2] ista jactatio est [3]. Pri-

1. *Ex his quæ mihi scribis.* Vulgo *Et ex his.* Delevi otiosam particulam, quam nec codicum mastorum ullus, nec ulla ex vetustis quas vidi editionibus agnoscit, quæ minutam Elsevirianam (anno 1649, procusam) præcesserunt. Inculcata h. l. erat illa particula per hominis errorem, qui, quum in Gruteri Animadversionibus monitum legisset: « Scribe *et ex his*: « nam ita omnis scripta lectio; » non animadverterat, spectare illud monitum ad verba mox sequentia *et ex his quæ audio*, ubi typothetæ errore (in ed. Erasm. 2, primum admisso) perperam prætermissa *et* particula erat. *Schw.*

2. *Ægri animi..... est.* Hoc animi vitium sæpe taxat, inprimis de Tranquill. Animi II, 11 sq. *Ruhk.*

3. *Jactatio.* Perperam *jactantia* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

Digitized by Google

mum argumentum compositæ mentis[1] existimo, posse consistere, et secum morari. Illud autem vide, ne ista lectio auctorum multorum[2] et omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis[3] immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere[4], quod
2 in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui ubique est. Vitam in peregrinatione exigentibus[5] hoc evenit, ut multa hospitia habeant[6], nullas amicitias. Idem accidat necesse est[7] his, qui[8] nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim et properantes[9] transmittunt. Non

1. *Compositæ mentis.* Vocem *bene*, quæ in edd. Ven. et Erasm. præposita erat, recte ignorant libri nostri omnes. *Schw.*

2. *Auctorum multorum.* Sic mss. *a. b.* et *Ampl.* Vulgo *multorum auctorum.* Puto et alios ex vetustiorum msstorum numero cum nostris consentire : sed leviores hujusmodi varietates adnotare supersederunt Pincianus et Opsopœus, quibus præsto fuerunt codices antiquitate venerandi. Ne Gruterus quidem hæc talia admodum curavit, diligentissimus alioquin in adnotandis suorum codicum ab Erasmiano exemplo discrepantiis. *Schw.*

3. *Certis ingeniis..... sedeat.* Ad scriptores, qui certo scribendi genere clari sint, ideoque ad eos, quos *probatos* appellat, animum applicari, et iis innutriri, *ἐντρέφεσθαι*, suadet. Vix dubitandum est, quin et illos, quos Quinctil. X, 1. Inst. Orat. probari videmus, pro classicis habuerit auctoribus. *Ruhk.*

4. *Trahere*, i. e. accipere, nancisci. Sic navigium trahit aquam de Ira lib. II, cap. 10, 5, molestia ex pernicie trahitur, cognomen trahitur, apud Ciceronem, etc. *Ruhk.*

5. *Vitam in peregrinatione exigentibus.* Sic nostri mss. *a.* et *b.* cum *Ampl.* et *Paris.* Vulgo *In peregrinatione vitam agentibus.* In ms. *c.* et ed. *A.* est *Vitam in peregrinatione agentibus. Schw.*

6. *Multa hospitia habeant, nullas amicitias.* In ms. *c.* et ed. *A.* est *hospitia multa habeant, amicitias nullas. S.—Hospitia.* Quæ inter homines diversarum urbium nationumque, tesseris datis, institui solebant : ne de deversoriis nostris antiquitati incognitis, cogites. Cæterum similia, quæ sequuntur, magis luxuriantis quam vere elegantis ingenii esse indicia, uno tantum verbo monemus. *Ruhk.*

7. *Accidat necesse est.* Nude *accidit* unus noster *c.* cum *Par. b. S.*

8. *Qui.* Pro *iis qui*, quod vulgo legebatur, aut *eis qui*, quod ante Erasmum edebatur, communi consensu codices nostri cum *Ampl.* et *Par. a. b. d. his qui* dedere. *Schw.*

9. *Cursim et properantes.* Sic ed. Mur. et aliæ ante Ruhk. cum nostro ms. *a.* et *Ampl.* et quatuor Gruteri codicibus; *properanter* prætulit Ruhk. quod dederunt edd. ante Mur. cum mss. *b. c.* et uno ex Gruteri codd. *S.*

Digitized by Google

prodest cibus, nec corpori accedit[1], qui statim [2]sumptus emittitur. Nihil æque sanitatem [3] impedit, quam remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo medicamenta tentantur[4] : non convalescit planta, quæ sæpe transfertur : nihil tam utile est, ut in transitu prosit[5]. Distringit[6] librorum multitudo. Itaque[7], quum 3 legere non possis quantum habueris, satis est[8] habere quantum legas. — Sed modo, inquis[9], hunc librum evol-

1. *Corpori accedit. Accedit corpori*, ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

2. *Sumptus.* Non *sumtus* scribunt codd. nostri et ed. *A.* et *Rom.* sed *sumptus;* et paulo post, *temptantur*, pro *tentantur :* quo de genere in Præfatione dictum est, p. 36. *Schw.*

3. *Æque sanitatem. Eque tum sanitatem*, ms. *b. Schw.*

4. *In quo medicamenta tentantur.* Sic recte editt. Rom. Tarv. et Ven. rursusque ed. Mur. cum msstis nostris *a. b. Ampl.* et *Par. b. d.* quibus et alii codices, ab Opsopœo excussi, haud dubie assentiebantur. *In quo crebra med. tent.* edidit Erasmus, quod est in nostro ms. *c.* et in ed. *A.* Dein *crebro medic. tent.* ex tribus msstis enotatum a Gruntero arripuit Lipsius, et tenuere post illum editores omnes, inficete inculcato ex interpretatione vocabulo, quod minime desiderabatur : nam, ex Senecæ mente, *tentare* (sive *temptare*) *medicamenta* idem valet ac id, quod modo dixerat, *crebro mutare remedia.* Aliud interpretamentum, paulo etiam commodius, Senecæ verbis infulciunt alii duo codices ejusdem Gruteri, sic habentes *in quo medicamenta diversa tentantur. Schw.*

5. *Ut in transitu prosit.* Vulgo *quod in transitu pr.* Secutus sum auctoritatem codicis nostri *a.* cui suffragantur *Ampl.* et tres codices Opsopœi, itemque alii nonnulli, laudati a Ruhkopfio, qui tamen ipse vulgatum *quod* tenendum putavit. — *Quod in transitu prosit.* Erlangens. et Erfurtenses codd. *ut* : sed est aberratio librarii. Suppleas : quam illud, quod locum suum tenet. *Schw.*

6. *Distringit librorum multitudo.* Sic *Arg. a.* et *b.* item *Ampl.* et *Par. b. d.* (in *Par. a.* pars folii h. l. vetustate detritum est), denique Opsopœi codices omnes, tresque alii, quibus Gruterus usus est. In ed. Rom. erat *Distrahit librorum multitudo*, quod in uno suorum msstorum Gruterus reperit. Tum vero editio Tarvisina id dedit, quod inde in alias omnes ad nostra usque tempora manaverat, *Distrahit animum libror. mult* quod ipsum exhibet ed. *A.* cum nostro ms. *c.* et uno Gruterianis, nam in alio scriptura ista a secunda manu erat invecta. Nuper demum Ruhkopfius *Distringit animum* edidit, præter necessitatem tenens posterius vocabulum, quod respuit optimorum quorumque codicum consensus. *Schw.*

7. *Itaque..... legas.* Quum plures libros legere velis quam possideas, sis quæso contentus iis quos habeas.

8. *Satis est.* Scripsi h. l. cum *Arg. a. b. c.* et ed. *A.* quum vulgo *sat est* legeretur. Ex aliis codd. nihil notatum. *Schw.*

9. *Inquis.* Perperam *inquam* ms *b.*

Digitized by Google

vere volo, modo illum. — Fastidientis stomachi [1] est multa [2] degustare : quæ ubi varia sunt et diversa, inquinant [3], non alunt. Probatos itaque semper lege : et, si quando ad alios diverti [4] libuerit, ad priores redi. Aliquid quotidie adversus paupertatem, aliquid adversus mortem auxilii compara, nec minus adversus cæteras pestes [5] : et, quum multa percurreris, unum excerpe, quod
4 illo die concoquas [6]. Hoc ipse [7] quoque facio : ex pluribus, quæ legi [8], aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum (soleo enim et in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator) : « Honesta [9], inquit [10], res est, læta paupertas. »

1. *Fastidientis..... alunt.* Non est sermo de doctis disquisitionibus, quæ haud dubie plerumque multorum et eorum diversorum librorum copiam usumque liberum requirunt, sed de ea lectione, qua te emendare, ingenium acuere, et mentem firmare velis.

2. *Multa. Plura* ms. *c.* et ed. *A.S.*

3. *Inquinant. Coinquinant* ed. Rom. Erasm. tum rursus ed. Ruhk. et Matth. cum quinque codd. Gruteri. Simplex verbum ex Pinciani libris receperat Muret. et tenuere alii editores ante Ruhk. consentientibus Opsop. libris, nostrisque *a. b. c. Ampl.* et *Paris.* itemque ed. *A. Schw.*

4. *Diverti.* Sic ed. Rom. Erasm. cum mss. *Arg. a. b. Ampl. Paris. b. d.* aliisque apud Opsop. et Grut. *Deverti* dabat unus ex codd. Ops. *Divertere* ed. Mur. et seqq. cum uno ex Pinciani codicibus, quem Scholasticum nominare ille consuevit, cum quo et h. l. et plerumque alibi consentit noster *Arg. c.* et ed. *A. Devertere* edidit Ruhkopfius, nullius veteris libri auctoritatem secutus. *Schw.* — Quam lectionem sic confirmat Ruhk. *Devertere* dedi : pro aberrationibus aut explicationibus mihi sunt varietates codd *transire; diverti.* Hoc sensu verbum *devertere*, non, *divertere*, esse scribendum, constat. Vid. Clav. Cic. *devertere.*

5. *Pestes*, i. mala.

6. *Concoquas.* Sic inde ab ed. Rom. constanter edebatur percommode, consentientibus nostris mss. omnibus, et nihil contra monente vel Pinciano vel Opsopœo. *Excoquas* a Grutero e suis codicibus laudatum probavit arripuitque Ruhk. Habet autem hoc etiam ed. *A. Schw.*

7. *Hoc ipse. Hoc ipsum* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

8. *Legi.* Dedere nostri *a.* et *b.* cum *Ampl.* et *Paris. b. d.* aliisque omnibus Opsopœi codd. et tribus Gruteri, ut docet Grut. in Append. Vulgo *lego*, quod habet etiam ed. *A.* et ms. *c. S.*

9. *Honesta..... paupertas.* Egregium haud dubie dictum Epicuri, quo dignissimum fuit, ejusque vitæ rationi, quam in horto custodivit, convenientissimum. Cf. Diogen. Laert. X, 11 sq. Senec. Ep. XVIII, 7; XXI, 7 sq. et Cic. Paradox. VI. *Ruhk.*

10. *Inquit.* Constanter *inquid* scri-

Digitized by Google

Illa vero non est paupertas, si læta est[1]. Non qui[2] pa- 5
rum habet, sed qui plus cupit, pauper est[3]. Quid enim refert[4], quantum[5] illi in arca[6], quantum in horreis jaceat, quantum pascat aut feneret[7]; si alieno immi-net, si non adquisita, sed adquirenda[8] computat? Quis sit divitiarum modus, quæris[9]? Primus, habere quod necesse est; proximus, quod sat est[10]. Vale.

bitur in *Arg. b.* quod semel adnotasse sufficiat. Vice versa, in voce *apud* eædem membr. constanter *t* litteram pro *d* ponunt, *aput* scribentes. *Schw.*

1. *Si læta est.* Post hæc verba, vulgo inserta legebantur ista: *Cui enim cum paupertate bene convenit, dives est*; quorum propria sedes erat in fine Epistolæ IV; ubi eadem verba (una particula *enim* excepta) in mss. omnibus et in edit. vett. quæ ante Muretum prodierunt, leguntur. Nempe, quum ob argumenti similitudinem olim a studioso quodam homine fuissent ad oram h. l. adscripta, in ipsum contextum deinde ab aliis illata sunt, et per particulam *enim* cum superioribus connexa, ut in nostro ms. *b.* et in eo exemplo, e quo expressa editio Rom. est; in aliis autem libris, qui cæteroquin idem habent assumentum (ut ms. nostr. *c. Paris. a. b. d.* et alii apud Opsop. et Grut.), vocula *enim* non comparet: ex eisdem nonnulli cum ed. Rom. pro *cui* habent *Qui*; ms. *c.* vero et ed. *A. Quicunque.* Sed totum assumentum recte h. l. ignorat vetustissimus noster ms. *Arg. a.* cum *Amploniano* et optimo cod. *Nicotiano* Opsopœi. *Schw.*

2. *Non qui. Non* veroqui habet *Paris. a. Schw.*

3. *Pauper est.* Verbum *est* desideratur in nostro ms. *b. Schw.*

4. *Quid enim refert.* Diversa divitiarum genera recenset.

5. *Quantum.... pascat.* I. e. quantum pecoris, boum, oviumque alat in pascuis suis. In Apulia inprimis hæc pecuaria fiebat. *Ruhk.*

6. *Arca. Archa* scribunt nostri *a. b. c.* Sic et ed. *A.* et ed. Rom. *Schw.*

7. *Aut feneret.* Tenui *aut*, in quod cum ed. Rom. et seqq. consentiunt nostri mss. *a.* et *b.* itemque *Par. a. b. d.* et alii; *et* pro *aut* habet noster *c.* cum ed. *A. Quantum feneret* ms. *Ampl.* et quatuor Gruteri; quod adoptavit Ruhk. ita quidem ut *fœneret* per *œ* scriberet cum aliis edd. inde ab Erasmo. *Feneret* habent mssti omnes, excepto nostro *c.* in quo *fenoret*, quod et in ed. *A.* sed *feneretur* ed. Rom. tum *fœneretur* ed. Tarv. et Ven. *Schw.*

8. *Adquirenda.* Sic nostri *a.* et *b.* (qui et paulo ante, *adquisita*). *Acquirenda* ms. *c.* cum edd. *quærenda* unus *Par. b. Schw.*

9. *Quæris.* Sic optimus noster ms. *a.* exserte (ut solet) duabus litteris *æ* diphthongum in priori syllaba efferens. *Queris* ms. *c.* cum aliis; *inquiris* unus ms. *b. Schw.*

10. *Sat est. Satis est* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA III.

DE ELIGENDIS AMICIS.

Familiariter reprehendit Lucilium, quod amici nomine, ut vulgus soleat, usus sit, monetque, eum demum vere ac proprie amicum esse, quocum, si probatus fuerit, omnia nostra æque ac nobiscum communicare possimus. Unde hoc nos proficere, addit, ut nec ipsi mali quid committamus, et amicum constantem reddamus et fidelem. In quo et a vulgo sejungamus nos oportet, quippe qui, nullo amici discrimine facto, vel omnes amicorum loco habent, vel amicitiæ præstantiam ignorant. (Cf. Epist. IX, ubi alio eoque stoico more hunc locum persequitur.) Quæ quidem observatio de hominum inconstantia similem eorum errorem in ejus mentem revocat, utpote qui industriam in circumcursione perpetua et quietem in omni vacuitate a motu ponunt. Satis laxo vinculo adhibetur Pomponii dictum clausulæ loco, ejusdem fere argumenti. Cæterum et de amicitia omnes egisse auctores, qui de officiis exposuerint, constat. In Stoicis autem hac re tractanda clari fuere Posidonius, Hecato, Panætius (Vide Diog. Laert. VII, 124): quibus et Cicero in libro egregio de Amicitia, dialogo præstantissimo Platonis, cui titulus est: Lysis, in partes vocato, idemtidem usus esse videtur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Epistolas ad me perferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo. Deinde admones[1] me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas ne ipse quidem[2] id facere[3]. Ita eadem epistola illum et dixisti amicum, et negasti. Itaque sic priore illo verbo, quasi publico[4], usus es, et sic illum *amicum* vocasti, quomodo

1. *Admones* ms. *Arg. a*, et *c.* cum aliis. *Ammones* noster *b. Schw.*

2. *Non soleas ne ipse quidem.* Sic nostri *a.* et *b.* cum *Ampl.* et *Par. a. b. d.* Nec mihi dubium est, eodem modo etiam in aliis vetustis libris scriptum fuisse, quibus vel Pincianus, vel Opsopœus usus est, sed ab his, ut leviusculum, non adnotatum. *Non soleas tu ipse quidem* ms. *c.* et ed. *A.*; *non soleas nec ipse quidem*, ed. Rom. et aliæ ante Lipsium. *Nec soleas ipse quidem*, commendatum a Grutero, amplexus est Lipsius et tenuere post eum alii omnes. *Schw.*

3. *Id facere* scripsi cum nostris *a. b. c.* et ed. *A*, pro vulgato *hoc facere.*

4. *Publico.* I. quod vulgo usitatum, commune est. Sic mos fuit, ut

Digitized by Google

omnes candidatos *bonos viros*[1] dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrit[2], *dominos* salutamus[3]. Hac abierit[4]! Sed si aliquem *amicum* existimas[5], cui non tantumdem credis, quantum tibi, vehementer erras, et non satis nosti vim veræ amicitiæ. Tu vero[6] omnia cum amico

qui in Senatu candidatum produceret, bonum eum vel optimum virum diceret. Cujus quidem rei vestigium apparet in Plinii Panegyrico: « faciebas ergo quum diceres optimos. » Gruterus huc trahit Cicer. de Orat. II, 64. *Dominos*, honoris causa, ut apud recentiores: *Herr*, *Monsieur*, *Sir*. Sæpe autem hujus moris, non solum honoratiores, parentes, fratres (cf. Epist. CIV, 1), sed etiam obvios quosque, quorum nomen non statim succurreret, hoc titulo compellandi, mentio injicitur apud veteres. Cf. Sueton. Aug. 53 not. Tacit. Annal. II, 87. cum Excurs. Lipsii P. Eadem ratione utebantur in mulieribus jam inde a decimo quarto ætatis anno. Vide Epicteti Manual. CXL. edit. Schweighæus. ubi Uptoni notæ (Tom. III, p. 163 Epictetææ Philos. Monum.) : addas Spanhem. de Usu et P. N. Tom. II, p. 487. Petron. c. 62, p. 330. Burmann. *Ruhk*.

1. *Bonos viros*. *Viros bonos* ms. *c*. et ed. *A*. *Schw*.

2. *Succurrit*. *Occurrit* ms. *c*. cum ed. *A*. *Schw*.

3. *Dominos salutamus*. Usitata jam tunc erat illa consuetudo Dominos vocandi, quos colerent, aut quorum nomina non succurrerent. Idque potentiores ambiebant, ut domini a tenuioribus vocarentur et nisi id foret moleste ferebant. Martialis: « Mane salutavi vero te nomine, casu: Nec dixi dominum, Ceciliane, meum. Quanti libertas constet mihi tanta requiris; Centum quadrantes abstulit illa mihi. » Idem: « Cum te non nossem, dominum segemque vocabam. » *Muretus*.

4. *Hac abierit!* Sic recte nostri mss. *a*. et *b*. cum *Ampl*. et aliis apud Grut. et Opsop. quomodo legendum jam olim Modius viderat, quum *Hoc abierit* edidisset Erasmus, quod habet *Par*. *a*. et omnes ante nos tenuere editores. Vitiosius *hoc aberit* est in *Arg*. *c*. *Par b*. *d*. et ed. *A*. Desiderabantur autem duæ istæ voces in ed. Rom. Tarv. Ven. et Erasm. 1. *Hac*, id est, *hactenus*, hac via, *hac ratione*. *S*. — Sensus probus est, sive *hoc ab*. sive *hac ab*. cum codd. et edd. legas: hoc modo excusari dictum tuum potest, explicante Fr. Modio Ep. II, Nov. lect. quem Gruter. laudat. Abesse tamen haud bene potest, quamvis codd. nonnulli concinant. Gronov. acute emendavit: Hic (sc. amicus tuus) abierit: de re, non de homine loquar tecum, in thesi non in hypothesi. At vulgata bene habet. *Ruhk*.—Vertit *Lagrange*: *Laissons le mot et parlons de la chose*.

5. *Amicum existimas*. Prior vox deest ms. *c*. et ed. *A*. tum *existimes* scribitur in eadem ed. *A*. sed vulgatum recte tenent alii libri omnes. *S*.

6. *Tu vero*. Ante verba *Tu vero*, etc. inserta olim hæc vulgo legebantur, *Erat et ille qui amicum in atrio quærit..... quibus ipse non est*. Similicet ut illa, de quibus paulo ante ad Epist. II, fin. § 5, dictum est, sic hæc aliunde (nempe ex Epist. XIX, bi et libri omnes eadem exhibent)

Digitized by Google

delibera, sed de ipso prius[1]. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam judicandum[2]. Isti vero [3]præpostero officia permiscent[4], qui contra præcepta [5]Theophrasti, quum amaverunt[6], judicant; et non amant, quum judicaverunt. Diu cogita[7], an tibi in amicitiam aliquis reci-

huc invecta erant: quare delenda recte monuerat Muretus, cui quidem nonnisi ex parte obtemperarunt operæ, priora quidem verba delentes, posteriora vero relinquentes, *Nullum habet majus malum..... quibus ipse non est.* Rursus deinde omnia recepta sunt, sed uncis inclusa in ea editione, quæ a Nic. Fabro et Jo. Opsopœo procurata Parisiis anno MDCII, prodiit. Postremo omnia prorsus ejecit Lipsius. Et agnoscunt quidem h. l. omnia ista (leviuscula cum discrepantia, quam hic notare nil attinet) mssti nostri *b.* et *c.* cum *Par. a. b. d.* duobusque aliis Opsopœi et quinque Gruteri codicibus: sed ignorat illa vetustissimus noster ms. *a.* cum *Ampl.* Unus Nicotianus Opsopœi priora quidem verba habet, *Errat et ille..... probat;* posteriora vero, *Nullum.... ipse non est*, ignorat. *Schw.*

1. *De ipso.* Nil mutant libri veteres; sed in nostro ms. *a.* male sedula manus inter lineas voculam *te* adpinxit, quasi legendum esset *de te ipso.* Pro *de ipso prius*, est *prius de ipso* in ms. *c.* et ed. *A. Schw.* — Sidonius: Est enim consuetudinis meæ, ut eligam ante, post diligam. *Just. Lips.*

2. *Ante amicitiam judicandum.* Sic mssti nostri cum edd. Sed *Par. d.* habet *antea judicandum.* Amplonianus vero, *antea deliberandum et judicandum. Schw.*

3. *Præpostero. Præpostere* vulgo edebatur, quod ipsum etiam dabant quatuor ex Gruteri codicibus, *præpostera* enotatum e ms. *Ampl.* Haud cunctanter equidem adoptavi scripturam, quam dedere nostri mss. *a.* et *b.* consentientibus quatuor codicibus Opsopœi (quorum in numero est *Par b.*), et uno Gruteri. *Præpostero ordine* scribitur in ms. *c.* et edd. *A.* in contextum adscito vocabulo, quod unus ex Opsopœi codicibus pro scholio inter lineas notatum habebat. Ut *præpostero* pro *præpostere* usurpavit Seneca, sic, eadem terminatione, *directo* pro *directe*, Epist. LXVI, et alibi *iniquo* pro *inique.* Post *præpostero ordine* vocem *eque* (id est, *æque*) interserunt ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

4. *Permiscent.* Ms. *c.* et ed. *A.* pro *permiscent*, simplex verbum *miscent* habent. *Schw.*

5. *Theophrasti.* In ms. *c.* et ed. *A. Theofrasti* pro *Theophrasti. Schw.* — Occurrit quoque apud Plutarchum de fraterno amore Tom. X, p. 45, Hutt. Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρινοῦντα φιλεῖν. Locus hujus dicti erat fortasse in libro περὶ Ἔρωτος, si hariolari licet. Cf. Fabricii Bibl. Græc. Vol. III, p. 449, ed. Harles. *Ruhk.*

6. *Quum amaverunt*, et *quum judicaverunt*, recte dedere nostri ms. *a.* et *b.* cum *Par. b.* non, ut vulgo *quum amaverint*, et *quum judicaverint. Schw.*

7. *Diu cogita.* Pro *cogita*, quod tenent alii, habent *delibera* tres codd. Grut. *Judica* vero est in *Par. a. S.*

Digitized by Google

piendus sit [1] : quum placuerit fieri [2], toto illum pectore admitte : tam audacter [3] cum illo loquere, quam tecum. Tu quidem ita vive, ut nihil tibi committas [4], nisi quod committere etiam inimico tuo possis [5] : sed, quia interveniunt quædam, quæ consuetudo fecit arcana [6], cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem [7] si putaveris, facies. Nam quidam fallere docuerunt [8], dum timent falli ; et aliis jus peccandi suspicando [9] fecerunt.

1. *An tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit.* Commode ms. *c.* et ed. *A.*, *an in amic. aliq. sit t. rec. S.*

2. *Placuerit fieri. Placuerit tibi fieri* idem ms. *c.* cum ed. *A.* Nude *placuerit tibi* est in *Par. a. Schw.*

3. *Audacter. Audaciter* dat noster ms. *a.* (quod nunc demum animadverti) cum *Paris. b. d.* paulo rariore vocabuli forma, sed Senecæ haud dubie restituenda. *Schw.*

4. *Ut nihil tibi committas.* Erasmi editio cum libris vett. præstat hanc lectionem, quam a Mureto sine ulla causa adjecta immutatam in : *ut nihil committas* recte restituendam duxit Gronov. qui exponit : ut *conscire sibi* est, pravi facti conscientiam habere ap. Horat. I, Ep. 1, 61, ita *committere sibi* est conscientiam alicujus facti admittere. Itaque revocavi. *Ruhk.* — Quam lect. confirmat Schw. fretus auctoritate suorum mss. *a. b. c.* et *Par. a. b. d.* aliorumque.

5. *Inimico tuo possis.* Mediam vocem, et ipsam a Mureto temere ejectam, restitui autoritate eorumdem, quos modo dicebam, librorum. *S.*

6. *Fecit arcana. Facit* ms. noster *a.* et *Ampl.* tum *archana* ms. *a .b. c. Ampl.* et ed. Rom. Tarv. et Ven. *S.*

7. *Fidelem si. Si fidelem* ms. *Ampl. Facies* recte tenent alii omnes. *Facias* ms *c.* et ed. *A. Schw.* — Livius : vult sibi quisque credi et habita fides ipsam obligat fidem. Plutarchus, *præceptis connubialibus:* Ποιεῖ γὰρ καὶ τὸ πιστεύειν δοκεῖν πιστεύεσθαι, καὶ τὸ φιλεῖν φιλεῖσθαι· fit enim, ut si fidas, fides tibi redhabeatur, et amere, si ames. *Just. Lips.*

8. *Quidam fallere docuerunt.* Sic commode, et ex more Senecæ, editi libri ante Erasmum omnes, cum nostris mss*tis a. b. c.* et *Par. d.* Vitiose *quidem Par. a.* et *b.* Inde ab Erasmi ætate, pro *quidam*, vulgabatur *multi*, nescio qua auctoritate. *Schw.*

9. *Et aliis jus pec. suspicando fecerunt.* Habet utique quo blandiatur vox *aliis :* sed, diligentius denuo inspecta veterum codicum scriptura, vereor ne invitis omnibus libris invecta huc illa vox sit a Mureto. Nec enim *aliis*, sed *illi* (scil. *amico*), communi consensu cum impressis ante Muretum exhibent mssti *Arg. a. b. c. Ampl. Par. b.* et quatuor Gruteri codd. Quod autem contra Mureti scripturam nihil monuit Opsopœus, non inde colligere licet consensisse ipsius codices in eamdem scripturam. In quinto ex Gruterianis codd. vitiose scriptum erat *falli illi jus pecc.* etc. A reliquis omnibus discedit *Par. d.* ita scribens, *et illius peccati occasionem suspicando fecerunt :* ubi quidem satis apparet, postquam duo

Digitized by Google

Quid? quare ergo[1] ulla verba[2] coram amico meo[3] retraham? quid est, quare me coram illo non putem solum[4]? Quidam, quæ tantum amicis committenda sunt, obviis narrant, et in quaslibet aures, quidquid illos urit, exonerant: quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant, et, si possent, ne sibi quidem[5] credituri, interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est: utrumque enim vitium est, et omnibus[6] credere, et nulli; sed alterum honestius dixerim vitium[7], alterum tutius. Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper quiescunt. Nam illa, tumultu gaudens, non est industria, sed exagitatæ mentis concursatio: et hæc non est quies, quæ motum omnem

verba *illi jus* perperam in unum *illius* essent contracta, reliqua deinde consulto ita concinnata esse, ut aliquem sensum efficerent. Simili quadam ratione *illius vim peccandi* scribitur in ed. Rom. et Tarv. pro quo est *illi vim peccandi* in ed. Ven. At *illi usum peccandi* ed. *A. Illi jus peccandi* primus edidit Erasmus, quod ipsum uno consensu tenent omnes, quos novimus, codd. mssti. *Schw.*

1. *Quid? quare ergo.* Sic noster ms. *a.* Vulgo *Quid est ergo? quare* edd. cum *Par. a. Quid est quare ergo* noster *b.* cum aliis. *Quid ergo est quare* noster *c.* et ed. *A. Quid est quare ego* codex Nicotianus Opsopœi; nisi forsan compendiosa scriptura, quam *ego* interpretatus est Opsopœus, non *ego* valebat, sed *ergo*, quemadmodum in nostro ms. *b.* vox *ergo* significatur nuda littera *g* cum vocali *o* superne imposita. *S.*

2. *Ulla verba.* Vocem *ulla*, in ed. Erasm. et Mur. temere prætermissam, restituit Lipsius. *Illa verba* scribitur in nostro ms. *c.* sed in ora notatur « alias *ulla*; » quod ipsum in contextu habet ed. *A.* cum aliis. *Schw.*

3. *Coram amico meo.* Deest *meo* ed. Mur. et Lips. sed agnoscunt vocem cum reliquæ editiones omnes, tum mssti nostri *a. b. c.* et Grut. aliique. *S.*

4. *Non putem solum. Solum non putem* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

5. *Ne sibi quidem.* Sic nostri *a.* et *b.* aliique, ut edebatur inde ab Erasmo. *Nec quidem sibi* ed. Rom. Tarv. Ven. *Nec sibi quidem* ms. *Ampl. Nec ipsi sibi quidem* ms. *c.* Denique *ne ipsi sibi quid credituri* ed. *A.* scilicet in cujus exemplari msto, sicut in nostro ms. *c.* vocabulum *quidem* compendiose fuerat scriptum, ut terminatio *em* nonnisi incurva lineola, litteræ *d* superne adpicta, indicaretur.

6. *Omnibus credere.* Hesiodeum est: πίστις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας. Ipsa fides homines et diffidentia perdit. *Just. Lips.*

7. *Dixerim vitium.* Sic edd. et. mssti nostri; nisi quod *vitium* suo more efferunt *b.* et *c. Vitium dixerim* ms. *Ampl. Schw.*

Digitized by Google

molestiam judicat, sed dissolutio et languor. Itaque hoc quod apud Pomponium [1] legi, animo mandabitur [2]: « Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quidquid in luce est. » Inter se ista miscenda sunt; et quiescenti agendum, et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera [3]: illa dicet tibi, et diem fecisse et noctem [4]. Vale.

1. *Pomponium.* Lipsius ait: « poetam tragicum hoc nomine scio, sed et alios. At ista non olent poetam: estque in meo libro optimo: Pompeium philosophum. » Vixit autem ille Pomponius (nam varietas a Lipsio e codice allata pro aberratione librarii habenda est) sub Augusto et superstes fuit Tiberio. Tacit. Annal. V, 8, ubi vir morum elegantia et ingenio illustris audit. Cf. Lipsius ad Taciti Annal. XI, 13. Si cum Lipsio e carmine hæc esse petita negaveris, quanquam in iis afferendis sententiam quin sequeretur, verbis relictis, nihil impedit, altera tamen ex parte non pervideo, quidni poëtam tragicum et libros philosophicos composuisse putemus? *Ruhk.*

2. *Animo mandabitur.* Vulgo *animo tuo mandabitur* edebatur inde ab ed. Ven. quod ipsum quidem etiam in quatuor mstis a se repertum testatur Gruterus in Append. Sed pronomen *tuo*, temere et parum commode interpolatum, cum principibus editionibus *A. Rom. Tarv.* ignorant non modo nostri mssti *b.* et *c.* sed et *Ampl.* et *Par. a. b d.* aliique omnes Opsopœi codd. et Gruteri *Pal. sec.* qui cæteris bonitate præstat. *Schw.*

3. *Cum rerum natura delibera: Lagrange* vertit: *Consultez la nature.*

4. *Et diem fecisse et noctem.* Sic, subintellecto pronomine personali *se* (quemadmodum *me* subintellectum vidimus Ep. I, et *nos* ead. Ep., et *te* intelligendum Ep. XIX, item rursus *se* vel *ipsum* Ep. CXX), scripsi præeuntibus nostris mss *b.* et *c.* et ed. *A.* quibus hactenus accedit ms. *Ampl.* quod *se* in contextu ignorans, nonnisi superne inter lineas post *fecisse* adjectum habet. Vulgo inde ab ed. Rom. edebatur *se et diem fecisse et noctem.* Ex *Paris. a. b.* et *d.* (quorum quidem e numero ille, quem cum Emmerico nostro nota *Par. b.* insignimus, unus ex eisdem est, quibus olim usus Opsopœus erat) adfertur hujusmodi scriptura, *se et diem fecisse, se et noctem;* quam eamdem e suorum etiam nonnullis Pincianus citaverat. In aliis libris, partim eodem Pinciano teste, partim Grutero, legebatur *et diem fecisse se et noctem,* quod ipsum mstus *Ampl.* a secunda manu tenet: in alio erat, *et noctem fecisse et diem se;* rursus in alio, *et diem se fecisse et noctem.* Adeo mire variant in assignanda sede voculæ *se*, ut vix dubitari possit, esse eam ex scholio in contextum adscitam. Sed ne pro scholio quidem agnoscit illam voculam noster codex *c.* multa licet alia passim scholia interlineatia habens, veluti h. l. ad vocem *diem* hoc, *pro labore;* tum ad voc. *noctem* istud *pro quiete.* Cf. Epist. XVIII. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA IV.

DE MORTIS METU.

Hortatur amicum, ut perseveret in philosophia et in emendando animo: quo majores enim profectus faciat, eo majorem voluptatem sensurum esse, virili animo assumpto et puerilitate deposita. Præcipua autem utilitas hujus studii est contemptus animæ, sive mortis: quam quum ex frivolis causis contemnant interdum homines, e solidioribus virtutis causis multo magis eam esse parvi faciendam, monet. Vitam itaque una cum bonis eam comitantibus non esse amandam, sed omnem pro illa sollicitudinem deponendam, quum ex tot levissimis causis mors nos occupare possit. Finem epistolæ facit dictum Epicuri de veris divitiis. Hoc emblema per se egregium satis bene cum antecedentibus conjungi potest, quandoquidem ei, qui paucis contentus, nec avidus est rerum in vita supervacanearum, minus metus objicere potest mors, quam iis, qui contrariam vitæ rationem inierunt: quanquam in hisce clausulis illam arctam cum antecedentibus conjunctionem quærere velle, ipsius auctoris consilio repugnaret.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

PERSEVERA ut cœpisti, et quantum potes propera, quo diutius[1] frui emendato animo et composito possis. Frueris quidem etiam dum[2] emendas, etiam dum [3]componis: alia[4] tamen illa voluptas est[5] quæ percipitur ex contemplatione[6] mentis ab omni labe puræ et splendidæ. Tenes

1. *Quo diutius. Diutius quo* ms. *c.* et ed. *A. Ut diutius* ms. *Ampl. S.*

2. *Etiam dum. Et dum* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

3. *Emendas, etiam dum componis.* Hunc verborum ordinem, cum editis inde a Lipsio, tenent nostri mssti, aliique propemodum omnes, et ed. *A.* Olim præeunte ed. Rom. legebatur *componis, etiam dum emendas*, consentiente nonnisi uno de quinque Gruterianis.

4. *Alia. Altior* conj. Heumann in Pœcile II, 1, p. 31, ingeniose. Sed vulg. bene habet. *Ruhk.*

5. *Illa voluptas est. Est illa voluptas* ms. *Ampl. Schw.*

6. *Contemplatione..... splendidæ.* Spectant hæc ad dogma antiquum philosophicum, Pythagoreorum, et

Digitized by Google

utique[1] memoria, quantum senseris gaudium[2], quum, prætexta[3] posita[4], sumpsisti virilem togam[5], et in forum deductus es : majus exspecta, quum puerilem animum deposueris, et te in viros[6] philosophia transcripserit. Adhuc enim non pueritia[7], sed, quod est gravius, pue- 2
rilitas remanet. Et hoc quidem pejus est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum; nec puerorum

Stoicis perquam familiare, de animo in corpus tanquam in custodiam et vincula conjecto, ubi multum maculæ attraxit, a qua nonnisi Philosophiæ opera liberari debet ac potest. Cf. Senecæ Nat. Quæst. I, præf. *Ruhk.*

1. *Tenes utique. Tenes itaque* ms. *b.* Alii (quod sciam) omnes in vulgatam consentiunt. *Schw.*

2. *Senseris gaudium. Gaudium senseris* ms. *c.* sed vulgatum tenet ed. *A. Schw.*

3. *Prætexta toga :* fiebat hic actus solemnis anno ætatis decimo quarto quintove; vide ad Consol. ad Marc. XI, 1. *Ruhk.*

4. *Posita. Depositâ* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

5. *Sumpsisti virilem togam.* Ms. *c.* et ed. *A. virilem togam sumpsisti. S.*

6. *Et te in viros.* Ruhk. edidit *in virum : virum*, inquit, antiquior lectio ab omnibus edd. et codd. Gruter. firmata. Muretus ex vetere libro legendum esse ait : *viros*, attici instituti memor, ex quo qui incipiebant per se censeri jamque res suas libere tractare atque administrare, qui περίπολοι fuerant (Wesseling. Obss. 1, 2), in viros transcribebantur. Vocabatur hoc ap. Athen. ἐγγράφεσθαι εἰς ἄνδρας, εἰς ληξιαρχικὸν (τοῦ δήμου). Res nota vel ex Lamb. Bosii Antiqq. Græc. Sed illi veteres libri Mureti quum non satis locupletes testes sint, antiquiorem conjectura lectionem retinendam duxi, ideoque revocavi. Transcribi in virum i. declarari publice tanquam vir. Sic ap. Senecam in Thyest. 13 est : in quod malum transcribor? i. mutor, deferor. *R.*—*Te in viros philosophia transscripserit.* Sic ex vet. libro recte edidit Muretus, et tenuere post eum alii editores, consentiente ms. *Ampl.* et *Par. b.* puto etiam aliis msstis, quibus Opsopœus usus est; *in viros* tenet etiam noster ms. *b.* in quo dein perperam *philosophiæ transscripseris.* Olim *te in virum philosophia transcripserit* ed. *A.* et Rom. Tarv. Ven. Erasm. cum ms. nostro *c.* et quinque Gruterianis, nisi quod in horum nonnullis est *transsumpserit* pro *transscripserit.* In *Par. d.* scribitur *te in virum philosophiæ transcripseris.* In *Par. a.* vetustate detrita est prior pars hujus epistolæ; *in virum* nuper postliminio revocaverat Ruhkopf. sed *in viros* recte repositum in ed. Matth. *Schw.*

7. *Non pueritia.* Vulgo *non pueritia in nobis* edd. inde ab ed. Ven. suffragante uno e quatuor Opsopœi codicibus, itemque uno ex Gruterianis. Sed duo postrema verba ignorant nostri mss. *b.* et *c.* cum *Ampl.* et *Par. b. d.* aliisque omnibus Opsopœi et Gruteri msstis, denique editt. *A.* Rom. et Tarv. *Schw.*

Digitized by Google

tantum, sed infantium[1] : illi levia, hi falsa formidant; nos utraque[2]. Profice[3] modo : intelliges[4], quædam ideo minus timenda, quia multum metus afferunt[5]. Nullum magnum[6], quod extremum est. Mors ad te venit? timenda erat[7], si tecum esse posset : necesse est, aut non perveniat, aut transeat[8]. — Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptionem[9] animæ. — Non vides, quam
3 ex frivolis causis contemnatur[10]? Alius ante amicæ fores

1. *Sed infantium. Sed infantum*, ms. *c. Sed et infantium* solus ms. *Ampl.* contra morem Senecæ, qui post *non tantum* nude *sed*, non *sed et*, ponere amat. *Schw.*

2. *Illi levia.... utraque.* Muretus perquam apposite comparat Lucretium II, 54 sq. ubi Creechius laudat Senec. Epis. CX, 6. *Ruhk.*

3. *Profice.* Sic recte edd. inde a Mureto, et jam olim ed. *A.* cum mss. *b. c. Ampl. Par. b.* aliisque apud Opsop. item optimo Gruteriano *Pal. sec.* Olim *prospice* edit. Roman. et seqq. cum *Par. d.* et quatuor Gruterianis. *Schw.*

4. *Intelliges. Et intelliges* edd. inde ab ed. Ven. cum ms. *c.* et ed. *A.* Percommode cum ed. Rom. et Tarv. voculam *et* ignorat noster ms. *b.* et *Ampl.* cum *Par. b. d.* aliisque Opsopœi omnibus et eodem Gruteriano *Pal. sec. Schw.*

5. *Afferunt. Auferunt* sola habet Mureti editio, operarum (puto) errore, non consilio editoris. *Ruhk.*

6. *Nullum magnum, quod extremum est.* Sic, consentientibus vetustis impressis et msstis omnibus, recte edidit Ruhk. deleto vocabulo *malum*, quod post *magnum* ex Erasmi conjectura Muretus infulserat. Abesse quidem scriptis vocem illam monuit Lipsius; sed et ipse censuit, sententiæ eam deesse. *Nullum magnum* Ruhkopfius interpretatur : « Nihil magni » momenti est; quod extremum est. » Nempe recte vidit vir doctus, *nullum* hic, ut sæpe alias apud Senecam, idem valere ac *nihil*; de quo etiam Erasmus monuerat. At mihi ex universa orationis connexione perspicuum videtur, hoc dixisse philosophum nostrum : « Nihil, quamvis » magnum videatur, *timendum esse*, » si extremum est. » *Schw.*

7. *Timenda erat.* Sic recte primus edidit Erasmus, consentiente nostro ms. *b. Ampl. Par. b. d.* aliisque. Perperam *timenda est* ed. Rom. Tarv. Ven. Tolerabilius *timenda esset* ms. *c.* et ed. *A.* quod ex scholastica interpretatione profectum. *Schw.*

8. *Transeat.* Vulgo *pertranseat* edd. cum uno ex Gruteri codd. Simplex verbum tenent alii omnes mss. cum ed. *A. Schw.*

9. *Contemptionem. Contemtionem* scribunt nostri *b. c.* et Opsopœi aliique fere cuncti codd. nisi quod hi in media voce litteram *p* inter *m* et *t* inserunt. Vulgo *contemptum*, vel *contemtum* edd. excepta ed. *A.* in qua (sic) *contemcionem. Schw.*

10. *Contemnatur. Contempnatur*, inserta pro more littera *p*, efferunt nostri mss. *b.* et *c.* cum aliis; ubi vitiose *condemnatur* ed. Rom. quod

Digitized by Google

laqueo pependit; alius se[1] præcipitavit e tecto[2], ne dominum stomachantem diutius[3] audiret; alius, ne reduceretur e fuga[4], ferrum adegit in viscera. Non putas virtutem[5] hoc effecturam, quod effecit[6] nimia formido? Nulli potest secura vita contingere, qui de producenda[7] nimis cogitat, qui inter magna bona[8] multos consules[9] numerat. Hoc quotidie meditare[10], ut possis æquo animo vitam relinquere[11], quam multi sic complectuntur et tenent, quo- 4

correctum in editione Tarvisiana et seqq. *Schw.*

1. *Alius se..... viscera.* De servis loquitur.

2. *E tecto* commode dedere ms. *b. c. Ampl.* et Opsopœi omnes cum editis ante Erasm. Similiter *ex tecto* e suis codd. laudavit Grut. pro eo, quod inde ab Erasmo edebatur, *a tecto. S.*

3. *Diutius. Diucius* nostri *b.* et *c.* suo more. *Schw.*

4. *E fuga. A fuga* ms. *c.* et ed. *A.* Scholion autem in ms. *c.* inter lineas, *de fuga. Schw.*

5. *Putas virtutem. Virtutem putas* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

6. *Effecit* recte editum erat ab Erasmo aliisque post eum, consentientibus msstis tantum non omnibus. *Fecit* ed. Rom. Tarv. Ven. Temere *efficit* ed. Bipont. quod ex ea in ed. Ruhk. et Matth. manavit: habet tamen id ipsum etiam noster ms. *c.* et ed. *A.* Sed tali in re solet Seneca præterito tempore uti. *S.* — *Effecit*, scil. nonnunquam, aut etiam sæpe effecit.

7. *De producenda nimis cogitat.* Sic commode vulgo edd. cum ms. *b.* et aliis. *Nimis de producenda cogitavit* ms. *c.* et ed. *A.* Apparet autem intelligi *de producenda:* quare, quod in *Par. a.* legitur, *de producenda re*, id ex imperiti hominis interpretatione irrepsit.

8. *Magna bona.* Perperam *multa bona* scribitur in ed. *A.* cum ms. *c.* et *Ampl. Schw.*

9. *Qui multos consules..... numerat.* I. e. iteratum consulatum: nam sub principibus consulatus communior factus pluribus dari simul poterat, quum alii consules ordinarii, alii suffecti, s. minores, quin etiam honorarii crearentur. Cf. Dio Cass. XLVIII, 35, et ad III de Ira 31, 2. — Sic Ruhk., satis docte ut videtur; sed ex antecedentibus patet non ibi agi de ambitione, nec de consulatus ambitu, sed de insano vitæ amore: cuilibet enim latinorum scriptorum lectione imbuto notum est annos per consules numerari solitos: unde consules ipsi pro annis dicebantur, ut Horat. Od. VII, lib. III: « Amphoræ fumum bibere institutæ Consule Tullo. » Quæ alia interpretatio admitti possit non videmus: nemini in animum veniet, illum qui sæpius consul fuisset, dicere posse se plures consules numerare.

10. *Quotidie meditare. Cotidie cogita, meditare* ms. *Ampl.* Etiam in nostris msstis *cotidie* vel *cottidie* pro *quotidie* scribi, supra monitum est. *Schw.*

11. *Vitam relinquere.* In ms. *c.* et ed. *A.* est *vitam deducere vel relinquere. Schw.*

Digitized by Google

modo, qui aqua torrente[1] rapiuntur, spinas et [2]aspera. Plerique inter mortis metum, et vitæ tormenta[3], miseri fluctuant[4]; et vivere nolunt, et mori nesciunt[5]. Fac itaque[6] tibi jucundam[7] vitam, omnem pro illa sollicitudinem[8] deponendo. Nullum bonum adjuvat[9] habentem, nisi ad cujus amissionem præparatus est animus. Nullius autem rei facilior amissio est, quam quæ desiderari[10] amissa non potest. Ergo adversus omnia, quæ incidere[11] possunt

1. *Aqua torrente.* Sic ed. *A.* Rom. Tarv. Ven. cum msstis ad unum omnibus : pro quo præter rationem *a torrente* posuit Erasm. quod inde in omnes ante nostram editiones propagatum est. *Schw.*

2. *Spinas et aspera* (scil. *ample-etuntur*) id recte sic scriptum in nostro ms. *b.* et *Ampl.* aliisque quibus usi sunt Modius et Opsopœus et Grut. Olim *rapiuntur per spinas et aspera* edebatur, quod ipsum et noster ms. *c.* cum aliis nonnullis præfert. Deinde *in spinas* edidit Erasmus, quod ex nullo vetere codice enotatum usquam reperi. *Inter spinas* ex uno suorum citavit Gruterus. Sed præpositionem, præeuntibus melioribus codicibus, merito ejecit Muretus, quem alii omnes secuti sunt editores. *Schw.*

3. *Tormenta. Pericula* ms. *Par. d.* nempe interpretamentum in locum veteris scripturæ invasit, quam quidem ipsam alia dein manus ibidem adnotavit. *Schw.*

4. *Fluctuant.* Pro hoc voc. quod e superioribus editionibus in nostram manavit, nititurque auctoritate nostrorum msstorum, exhibent *fluctuantur* præstantes membranæ *Ampl.* et *Par. b.* quod restitutum Senecæ velim : nam ista verbi forma, minus quidem alioquin usitata, cum alii utuntur auctores nostro fere æquales, tum idem ipse Ep. CXI, p. 153, 6. Codex *Par. a.* rursus h. l. defectus est : in *Par. d.* vero a prima quidem manu *cruciantur* legebatur, sed id ab alia manu in *fluctuantur* mutatum. *Schw.*

5. *Et mori nesciunt.* Particulam *et* h. l. ignorat noster ms. *Arg. b. Schw.* — Hæc est Epicteti increpatio : Θαυμαστοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν. Mirifici homines, nec vivere nec mori vultis. *Just. Lips.*

6. *Fac itaque.* Ms. *Arg. b.* vitiose *facitque. Schw.*

7. *Jucundam.* Pro *jucundam* scribunt *jocundam* mss. *b.* et *c.* et sic constanter, cum ed. *A.* et Rom. Porro, mutata verborum serie, *jocundam vitam tibi* ms. *c.* et ed. *A. S.*

8. *Sollicitudinem.* Vulgo *solicitud.* Sed constanter per geminam *ll* vocabulum istud et ejus conjugata efferunt nostri msti *a. b. c.* cum ed. *A.* et Rom. quam scripturam ubique secutus sum. *Schw.*

9. *Adjuvat*, pro vulgato *juvat*, dedere nostri mss. *b. c.* cum ed. *A.* et mss. *Par.* Opsopœi Gruterique omnibus ; quod quum adnotare statim oblitus esset Gruterus, monitus deinde ab Opsopœo, in Appendice demum (ut multa alia) notavit. Ad voc. *bonum* in nostro ms. *c.* spectat scholion, *temporale.*

10. *Desiderari. Desiderare*, ms. *Ampl. Schw.*

11. *Incidere* scripsi cum nostro ms.

Digitized by Google

etiam potentissimis [1], adhortare [2] te et indura. De Pompeii [3] capite pupillus [4] et spado [5] tulere sententiam : de Crasso crudelis et insolens Parthus. Caius Cæsar [6] jussit Lepidum Dextro [7] tribuno præbere cervicem : ipse Chæreæ præstitit. Neminem eo fortuna provexit, ut non tan-

b. Par. b. d. et Opsopœi omnibus, item cum Gruteri *Pal. sec.* Vulgo *accidere* edd. cum ms. *c.* et Gruterianis aliis. *Schw.*

1. *Potentissimis* cum impressis recte tenent nostri mss. *a.* et *b.* aliique. Perperam *potentissimus* ms. *Ampl.* et *potentissime* vel *potentissima* nonnulli Gruteriani. *Schw.*

2. *Adhortare. Adortare* ms. *b.* Mox, pro *te*, est *te ipsum* in *Par. d. Schw.*

3. *Pompeii.* De Pompeio cf. ad II, de Ira 2, 4. De Crasso adi Plut. To. III. Vita M. Crassi c. 30, p. 488 ed. Reisk. *Ruhk.*

4. *Pupillus* cum editis constanter exhibent nostri mss. *b. c.* cum *Paris.* et Opsopœi Gruterique omnibus. Sed *pusio*, quod malle scriptos libros (scil. Herbipolitanos) omnes ait Modius, in nullo ex aliis omnibus, quorum ad nos notitia pervenit, comparet, nisi in uno Amploniano Erfurdensi. *Pusillus* ex alio vet. cod. enotavit Juretus. Suspiceris propemodum, aliud h. l. vocabulum a Seneca fuisse positum, scil. *pupulus*, (quod Ep. XII superest), cujus interpretamenta sint ista, quæ hodie leguntur in libris, qui ad ætatem nostram pervenerunt. *S.*—*Pupillus.* Rex Ægypti puer et sub tutela. *Just. Lips.*

5. *Spado.* Pothinus Eunuchus, regis et rerum potens. *Just. Lips.*

6. *Caius Cæsar. Gaius Cesar* ms. *c.* et ed. *A.* Nude *Cesar* ms. *b.* puto quod olim *C. Cæsar* scriptum fuerit, et dein temere pretermissa prior *C.* littera. *Schw.* — *Caius Cæsar* Caligula : narrat Dio Cass. LIX, 22 : Lepidus Caligulæ cognatus, Drusillæ, sororis Caii, maritus, olim ejusdem Caii amasius, conjurationis crimine damnatus et a tribuno *Dextro* interfectus est. Sueton. Calig. XXIV. Lipsius ad Taciti Annal. III, 2. *Cassius Chærea* una cum Cornelio Sabino Caligulam interfecit. Dio Cass. LIX, 29. *Ruhk.*

7. *Dextro.* Sic editt. *A.* Rom. et Tarv. et nuper rursus ed. Ruhk. et Matth. quam scripturam cum nostro ms. *c.* agnoscunt *Ampl. Par. b. d.* et quatuor Gruteri codices, eamdemque ex uno suorum laudaverat Erasmus in Append p. 268, ed. 2, nec multum abit Gruterianus *Pal. sec.* in quo *Dextio* legi videbatur Grutero. *Decio* præfert ed. Ven. et Erasm. consentiente nostro ms. *Arg. b. Decimo* dein edidit Muretus, nescio qua auctoritate; idque tenuere alii ante Ruhk. editores. Nec vero ad istam scripturam quidquam monuit Opsopœus, quanquam unus certe ex illius codicibus (scilicet *Puteanus* ille optimus, qui est idem noster *Par. b.*) *Dextro* exhibuerat. Ut vero Opsopœus, sic et silet hoc loco Pincianus, qui, licet quindecim usus libris mastis, quos in Hispania excusserat, tamen ita parcus fuit in adnotandis codicum suorum lectionibus, ut ad totam hanc Epistolam quartam nihil prorsus notaverit. Hominis nomen, cujus ministerio usus est Caius ad cædem istam patrandam, non edidit Dio Cassius, rem commemorans lib. LIX, c. 22. *S.*

Digitized by Google

tum illi minaretur, quantum permiserat[1]. Noli huic tran-
6 quillitati confidere. Momento mare evertitur[2]: eodem die[3], ubi luserunt navigia, sorbentur. Cogita, posse et latronem[4] et hostem admovere jugulo tuo gladium : ut potestas major absit, nemo non servus habet in te [5]vitæ necisque arbitrium. Ita[6] dico : quisquis vitam suam contempsit, tuæ dominus est. Recognosce exemplum[7] eorum, qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta vi, aut dolo : intelliges[8] non pauciores servorum ira cecidisse[9], quam

1. *Quantum permiserat.* Sic. ed. Rom. Tarv. Ven. ac dein rursus ed. Mureti et posteriores, cum ms. *Arg. b.* et *Par. b.* ac quatuor Gruterianis. *Promiserat* ed. *A.* cum nostro ms. *c.* unoque ex Gruterianis. *Promiserit* ed. Erasm. in cujus tamen ora notatur, *alias permiserat;* quod equidem tenui, intelligens *quantum homo permiserat fortunæ.* Sed videndum, ne verum sit *provexerit*, quod habet optimus ms. *Ampl.* aut *pervexerat*, quod est in *Par. d.* quod ipsum tamen verbum ex superiori versu hic repetitum videri potest ab homine, qui vim istorum *quantum permiserat* minus percepisset. *Schw.* — Sensus est : quo majora bona fortuna homini permiserit, id est, largita fuerit, eo majora ei minatur se ablaturam : quantacumque sit cujusque felicitas, necesse est hominem in discrimen afferre omnia quæ a fortuna accepit, eorumque jacturæ esse obnoxium : ideo non assentimur nostro *Lagrange* qui vertit : *La fortune a beau élever un homme, elle lui laisse toujours à craindre autant de maux qu'elle le met à portée d'en faire.*

2. *Mare evertitur.* Sic edd. ante Muretum; et nuper rursus ed. Ruhk. et Matth. cum nostro ms. *c. Ampl. Par b. d.* et Opsopœi Gruterique omnibus. *Vertitur* ed. Mur. et seqq. non male, si addicerent libri. In *Arg. b.* quid a prima manu scriptum fuerit, haud satis adparet : in medio verbo erasum est aliquid, superne autem adscripta *h* littera, ut nunc sic *evehitur. Schw.*

3. *Eodem die. Eadem die* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

4. *Posse et latronem.* Mediam vocalem, inde a Mureto temere prætermissam, restitui ex veterum librorum omnium consensu. Verbum *posse* post *hostem* ponitur in ms. *Ampl. Schw.*

5. *In te vitæ. Tue vite* ms. *c.* et ed. *A.* in quibus constanter nuda vocalis *e* pro diphthongo *æ* ponitur. *S.*

6. *Ita. Itaque* scribunt ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

7. *Recognosce exemplum eorum. Exempla* fortasse malles : sed nil mutant libri. *Schw.*

8. *Intelliges.* Vulgo *et intelliges* edd. inde ab Erasmo. Delevi particulam, quam nec alibi adjicere in hujusmodi oratione solet Seneca et h. l. cum vetustioribus impressis ignorant mssti *Arg. b. c.* et *Paris. a. b. d.* item Opsopœi et Gruteri codices omnes. Ex ms. *Ampl.* quidem nihil hic habeo adnotatum.

9. *Ira cecidisse. Cecidisse ira* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

Digitized by Google

regum. Quid ad te itaque [1], quam potens sit quem times, quum id, propter quod [2] times, nemo non possit? — [3]At, 4
si forte in manus hostium incideris, victor te duci jubebit [4]! —Eo nempe quo duceris [5]? Quid te ipse [6] decipis, et hoc nunc primum [7], quod olim patiebaris, intelligis? Ita dico [8]: ex quo natus es, duceris [9]. Hæc et hujusmodi versanda in animo sunt [10], si volumus illam ultimam horam [11] placidi [12] exspectare, cujus metus omnes alias inquietas facit.

Sed ut finem epistolæ [13] imponam, accipe quod mihi

1. *Quid ad te itaque. Quid prodest itaque* habet *Par. d.* ex interpretamento parum apto. *Schw.*

2. *Id, propter quod. Id ipsum quod* unus ms. *Par. d. Schw.*

3. *At* commode primus edidit Muretus, commendatum ex probato codice ms. ab Erasmo in Append. p. 268, et consentit puto ms. *Ampl.* Cæteri quidem omnes, cum vetustis impressis, *Aut* præferunt: sed nihil in eisdem libris frequentius est, quam vocalarum *aut* et *at* permutatio. *S.*

4. *Duci jubebit. Jubebit duci* ms. *Ampl.* Perperam *duci jubebat* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

5. *Victor te duci jubebit! Eo nempe quo duceris?* Verbum *duci* interdum simpliciter poni pro eo quod est *ad mortem duci*, jam pridem docui libro primo commentariorum in Catilinarias. Ita autem eo frequentissime utitur Seneca. Hujus igitur loci sententia est: etiamsi hostis nos in suam potestatem perductos duci jubeat, non alio tamen duci jubebit, quam quo natura ipsa nos ducit. *Muretus.*—Concinne vertit *Lagrange: Le vainqueur vous fera conduire..... où?... Vous y allez déjà.*

6. *Ipse. Ipsum* ms *c.* cum ed. *A. S.*

7. *Primum, quod olim patiebaris, intelligis. Primum intelligis, quod*, etc. ms. *Ampl. Schw.*

8. *Ita dico. Itaque dico* ms. *c.* et ed. *A.* cum ms. *Par. a. Schw.*

9. *Ex quo natus es, duceris.* I. e. Ex illo ipso momento, quo natus es, duceris ad mortem, quanquam illud non intelligas: quidquid vivis te morti propiorem facit. Simillime noster *Montaigne: Le premier jour de votre naissance vous achemine à mourir;* lib. I, cap. 19, ubi multa de hoc loca attulit.

10. *Versanda in animo sunt. Sunt versanda in animo* ms. *Ampl. Versanda sunt in animo* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

11. *Ultimam horam. Horam ult.* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

12. *Placidi* tenent edd. et mssti omnes; et sic a prima manu etiam ms. *c.* at ibi dein in *placide* mutatum. Pro *exspectare*, et hic et alibi *expectare* scribunt nostri *b. c.* cum editt. vett. *Schw.*

13. *Finem epistolæ.* Sic ed. *A.* et mss. nostri *b. c.* et *Ampl.* puto et alii, e quibus leves hujusmodi discrepantiæ non sunt adnotatæ. Vulgo *epistolæ finem* edd. *Schw.*

Digitized by Google

hodierno die [1] placuit (et hoc quoque [2] ex alienis [3] hortulis
8 sumptum est): « Magnæ divitiæ sunt [4], lege naturæ composita paupertas. » Lex autem illa naturæ [5] scis quos nobis terminos statuat [6]? Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem [7] sitimque depellas, non est necesse superbis assidere liminibus, nec supercilium [8] grave et contumeliosam etiam humanitatem [9] pati; non est necesse maria tentare, nec sequi castra [10]. Parabile est quod natura desiderat, et appositum [11]: ad supervacua sudatur. Illa [12] sunt quæ togam conterunt, quæ nos senescere sub tentorio

1. *Mihi hodierno die.* Isto modo verba ordinavi, præeuntibus nostris mss. *b. c.* et *Ampl.* et ed. *A.* Vulgo *hodierno die mihi.* In nostris *b. c.* quidem *michi* (sic) scribitur constanter pro *mihi;* similiterque *nichil*, pro *nihil:* qua de scriptura, barbariem olente, consuli potest Dausquii Orthogr. Vol. II, p. 198 et 211. *Schw.*

2. *Hoc quoque. Hoc quod* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

3. *Hortulis. Ortulis* ms. *c.* quod et in suis repererat Opsopœus. Inde nata est vitiosa prorsus lectio *articulis* in ed. *A. Schw.*

4. *Magnæ divitiæ..... paupertas.* Sunt hæc Epicurea: quod noster indicasse videri potest verbis: *ex alienis hortis.* Hinc Epicurus κηπολόγος (Analect. Brunk. II, p. 53) philosophus ex horto, ejusque philosophia κῆπος, hortus, appellatur, v. c. ap. Themist. Orat. IV ὅτῳ μέλει ὁ κῆπος. Sed vide quæ ad Ep. XXI, 10 notamus de hac re. *Ruhk.*

5. *Lex... naturæ.* Cf. de Vita beat. cap. XIII. *Ruhk.*

6. *Statuat* scripsi cum ed. *A.* et msstis nostris *b. c.* et *Ampl. Par. a. b. d.* et Opsopœi Gruterique omnibus. Vulgo *statuit*, quod ex editione *Romana* in alias omnes manavit. *Schw.*

7. *Ut famem... pati*, tanquam cliens. *Ruhk.*

8. *Supercilium.* I. fastum, ut gr. ὀφρὺς, Bergler ad Alciphron. Epist. I, 34, p. 194. Wagner. Hunc morem Romanorum fores principum obsidendi respexit Lucian. Nigrin. c. 23 (ubi vide Hemsterhus. Tom. I, p. 259, 260 Bip.): τοὺς πυλῶνας ἔωθεν ἱμπλήθουσι, superbis assident liminibus, ut ave suum portent, et cœnas e sportulis accipiant (τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον Athen. VIII, 17, p. 365. Juv. I, 95 sq. et ad utrumque cf. Casaub.). *R.*

9. *Humanitatem* recte tenent editt. omnes cum msstis nostris et Gruteri *Pal. sec.* quum alii Gruteriani partim *humilitatem*, partim *inhumanitatem* darent. *Schw.*

10. *Castra. Astra* ms. *b.* sed prima vocabuli littera erasa videtur. *Schw.*

11. *Appositum*, non *adpositum* pro more scribitur in editt. omnibus, et in recentioribus msstis. Tenent autem hoc vocab. veteres libri omnes, recte restitutum a Gronovio, postquam Muretus, Erasmi conjecturam amplexus, *expositum* posuerat. *S.*

12. *Illa* supervacua *sunt, quæ togam conterunt* in officiis civilibus,

Digitized by Google

cogunt, quæ in aliena[1] littora impingunt. Ad manum est, quod satis est[2]. Cui cum paupertate bene convenit[3], dives est. Vale.

salutatione, deductione, ubi clientuli isti semper togati. *Lipsius.*

1. *Aliena. Alia* ms. *c.* Mox *littora* scripsi cum nostris *b. c.* et editt. vett. *litora* ed. Bipont. Ruhk. et Matth. *S.*

2. *Satis est.* Sic ed. Lips. et seqq. cum ed. *A.* et ms. *c.* ac quinque Gruterianis. Potuerat vero etiam teneri *sat est*, quod habebat editio Rom. et aliæ ante Lipsium cum ms. *b.* et *Ampl. Schw.*

3. *Cui cum paupertate bene convenit, dives est.* Hanc esse in mastis omnibus et vetustis impressis propriam istorum verborum sedem, supra ad Epist. 11, monui : quæ verba quum ibi (perperam quidem) essent in contextum inculcata, sua auctoritate Muretus, ne bis eadem legerentur, hoc loco ejecit, quem secuti sunt alii omnes editores. Nos suum Senecæ restituimus. *Schw.*

Post hanc IV Epistolam, pauca monet Schweighæuser *de ratione quam in suis ad sequentes epistolas notis conficiendis iniit : quæ exscribere operæ pretium duximus.*

Adhuc discrepantiæ propemodum omnes, in iisque etiam leviores fere quæque, quas offerebant veteres libri, quibus usi sumus, ac præsertim tres nostri MSS. Argentoratenses, et vetustissimæ quæ nobis ad manus sunt Editiones, lectiones item omnes codicis Amploniani Erfurdensis, quas ex quatuor prioribus Senecæ Epistolis excerptas benevolentia viri clar. Matthiæ nobiscum communicavit, copiose admodum enucleateque a nobis expositæ sunt, et cum eis lectionibus collatæ, quas vel alii codices MSS. vel notabiliores operum Senecæ editiones exhibebant. Nempe hæc exstare tanquam specimina volui, e quibus partim de ratione, quam in seligendis eis lectionibus iniimus, quæ nobis probatissimæ et ab auctoris maxime manu profectæ visæ erant, rectius judicare homines eruditi, quorum id interest, possent; partim e quibus etiam alii quicumque vel harum Epistolarum Senecæ, vel alterius cujusvis prisci auctoris lectores intelligerent aliquatenus, per quos gradus, quasve per ambages,

Digitized by Google

quo studio, quo labore eorum qui in hoc genere operam suam posuerunt, denique quo casu subinde factum sit, ut in editionibus, quibus vulgo hodie utimur, eæ lectiones, quas illæ exhibent, pro genuina veteris scriptoris manu, sive vere aut saltem probabiliter, sive falso atque temere, nobis venditentur. Sed quamvis ad id, quod agimus, minime infructuosum esset futurum, si eodem tenore Notas hasce, quas quidem in commentariolis nostris paratas habemus, per omnes Epistolas persequi vellemus: tamen, ut per se prolixum opus, sic nec hujus loci foret, ubi intra paucarum plagularum spatium sumus conclusi; nec hujus temporis, quo uberrimam etiam nunc copiam lectionum ex magno codicum numero, partim nobis adhuc incognitorum, partim ex ipsis nostris Argentoratensibus, a Ruhkopfio promendarum, exspectamus. Quæ postquam copiæ in publicum fuerint a Viro docto productæ, si quid deinde nostra in penu supererit, quod vel ad judicandam vindicandamque, vel ad illustrandam locorum nonnullorum genuinam scripturam videbitur pertinere, non recusabimus symbolam nostram in commune conferre, si modo vitam nobis viresque et liberale otium divini Numinis indulgentia concesserit. Interim istis speciminibus contenti, omissis plerisque, quæ levioris momenti videri possint librorum discrepantiis, dehinc nonnisi ea fere loca attingemus, quæ aut dubitationis et difficultatis aliquid, ad nativam auctoris scripturam quod spectat, habere videbuntur, aut in quibus ab eis lectionibus discessimus, quæ inde a Lipsio aut a Gronovio, qui Lipsianum fere exemplum secutus est, erant vulgatæ. Illud quidem conceptis verbis profiteor atque spondeo, nullum me ex eis locis (quorum utique non magnus est numerus) silentio præteriturum, in quibus nostra de conjectura, damnatis librorum omnium nobis cognitorum lectionibus, restituendam veterem scripturam putavi. Igitur ubicumque, sive in ordinanda verborum structura, discedentem editionem nostram ab aliis deprehenderit diligens observator, ibi (nisi diserte de novatione locis istis allata monitum fuerit in Notis nostris) persuasum habeat, non nostro ingenio nos indulsisse, nec vel no-

Digitized by Google

stram, vel alienam conjecturam in contextum admisisse, sed veterum librorum secutos auctoritatem. Similiter, ubi vulgatam ante nos scripturam tacite tenuimus, quamvis aliud quidpiam, quod et ipsum probabile, aut etiam probabilius poterat videri, dederint aut vetustiores editiones, aut codices nonnulli mssti; etiam hujusmodi in locis, sciat Lector, non tam Editoris ejus, a quo primum recepta illa lectio est, auctoritatem nos esse secutos, quam rationum momenta aut msstorum codicum fidem, eamdem lectionem firmantium.

EPISTOLA V.

DE PHILOSOPHIÆ OSTENTATIONE ET DE VERA PHILOSOPHIA.

Gratulatur amico, quod Philosophiæ operam navat indefessam, sed monet simul, ut ab ostentatione liberum se præstet: Philosophiæ enim studium ad emendationem animi, ac vitæ adhibendum esse: qua una, si dissimilitudo a vulgo esse debeat, admiratio sit: reliqua, quæ ad externam dissimilitudinem pertineant, tanquam ridicula et odiosa, sint rejicienda. Emblema egregium ex Hecatone Stoico affert: Desines timere, si sperare desieris.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quod pertinaciter studes, et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem quotidie facias, et probo et gaudeo: nec tantum hortor, ut perseveres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo [1], ne eorum more, qui non proficere, sed conspici cupiunt [2], facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sint. Asperum cultum, et in-

1. *Admoneo.* Egregie hæc dicta sunt ad reprimendam ostentationem, quam inter philosophos cujuscumque fere sectæ regnasse, vel ex Luciano, permultis locis; Horat. I, Epp. 19, vs. 12, etc. notissimum est. *Ruhk.*

2. *Conspici cupiunt.* Contra hoc genus multa Epictetus in Dissert. Lib. IV, cap. 8, multa inquam istis gemella. *Just. Lips.*

Digitized by Google

tonsum caput[1], et negligentiorem barbam, et indictum argento odium, et cubile humi positum, et quidquid aliud
2 ambitionem perversa via sequitur, evita. Satis ipsum nomen Philosophiæ, etiam si modeste tractetur, invidiosum est[2]: quid, si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint: frons nostra populo conveniat[3]. Non splendeat toga: ne sordeat quidem. Non habeamus argentum[4], in quod[5] solidi auri cælatura descenderit: sed non putemus frugalitatis indicium, auro argentoque caruisse. Id agamus, ut meliorem vitam sequamur, quam vulgus, non ut contrariam: alioquin, quos emendari volumus, fugamus a nobis, et avertimus.
3 Illud quoque efficimus, ut nihil imitari velint nostri,

1. *Caput.* Irridet et Horatius in Arte poet. quosdam qui eodem prope modo poetarum nomen aucupabantur: « Nanciscetur enim nomen pretiumque poetæ, Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tonsori Licino commiserit. »

2. *Invidiosum est.* Quia contra vitia omnis generis, quæ utique in metropoli, aut quavis magna urbe, inprimis vero Romæ dominabantur, invehebatur philosophia quælibet: sive Stoicorum dogmata, naturam esse sequendam, etc. præcipientia, sive Epicuri decreta atque sententias, in quibus animi emendatio et inde manans voluptas (vide locum præstantissimum Luciani Tom. V, p. 106, Bip.) severissime postulabatur, spectaveris. *Quid* (*fieret*) *si* hac modesta tractatione omissa, nos a moribus receptis hominum separaremus, alia eaque diversissima vivendi instituta sequentes? Itaque medium teneamus inter cultum exquisitum et asperum. *Ruhk.*

3. *Frons nostra populo conveniat.* Sic ms. *c.* cum edd. *frons populo conveniat nostra* ms. *b.* Utrobique forsan vox *nostra* e scholio adscita. *Schw.*

4. *Non habeamus argentum..... descenderit.* Recte Lipsius: « Emblema, s. Latinis inserta. » Spectant autem hæc ad luxum, qui utique inter Romanos viguit, ut vasis mensalibus argenteis sigilla ex auro præsertim, anaglypha intelligenter facta (*solidi auri cælaturam*) illigarent, quæ pro lubitu demi atque variari poterant: quandoquidem recentia vasa eaque recenter ornata in conviviis, quæ luxus satis frequentia apparavit, semper apponere non licuit. Cicero emblemata appellat. Cf. Ernesti Clav. Cic. *Cælatura* id q. τόρευμα. Cf. Heynii antiquar. Auffætze II, p. 145, sqq. et Schneider in Lexico græc. ad voc. τορεύω. Hic luxus Herculanensibus antiquitatibus detectis et publici juris factis, in clariore demum luce positus est. *Ruhk.*

5. *In quod.* Vide ne verum sit *in quo*, quod cum editt. vett. agnoscunt

Digitized by Google

dum timent ne imitanda sint omnia. Hoc primum philo- 4
sophia promittit, sensum communem[1], humanitatem, et congregationem : a qua professione[2] dissimilitudo nos separabit. Videamus, ne ista per quæ admirationem parare volumus, ridicula et odiosa sint. Nempe propositum nostrum est, secundum naturam[3] vivere. Hoc contra naturam est, torquere corpus suum, et faciles odisse munditias, et squalorem appetere, et cibis non tantum vilibus uti, sed tetris et horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res, luxuriæ est : ita usitatas et non magno parabiles fugere, dementiæ[4]. Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam : potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur vita inter bonos mores et publicos : suspiciant omnes vitam nostram, sed et agnoscant[5]. — Quid ergo ? eadem faciemus, quæ 5
cæteri ? nihil inter nos et illos intererit ? — Plurimum ! Dissimiles esse nos vulgo sciat qui inspexerit propius.

ms. *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d.* Similiter sane dicimus *cælare in auro. S.*

1. *Sensum communem.* Quo tempus, locum, personas observare et distinguere possumus, ne quid ineptè faciamus. Sic explicat Noster de Benefic. 1, 12, hanc phrasin, quæ varie apud varios accipitur, quos erudite significavit magnus Bentleius ad Horat. Sermon. I, 3, 65, nostri loci non immemor. *Ruhk.*

2. *A qua professione dissimilitudo nos separabit.* Antiquior lectio, cf. Gruter. h. ne professione ab aliis diversi simus, sed vita ; vid. Ep. XIV. Erasmus conjectura τὸ *nos* ejecerat : i. e. ait : a qua congregatione dissimilitudo professionis separabit ; vult enim nos intus habere philosophiam, non profiteri. *Ruhk.*

3. *Secundum naturam*, commune philosophorum axioma : vid. de Vita beata cap. 3 et 8, Ep. XLI fin. *Lipsius.*

4. *Dementiæ. Est* adjiciebant edd. cum ms. *c.* Ac sæpe quidem alias ita repetitum hoc verbum apud Senecam reperitur : sed h. l. commode illud ignorat ms. *Arg. b.* cum *Par. a. b. d. Schw.*

5. *Suspiciant omnes vitam nostram, sed et agnoscant.* Præstat hæc lectio antiqua conjecturæ Gruteri : Non suspiciant homines vitam nostram, sed agnoscant. Sensus postulat : vita nostra ita sit comparata, ut non solum admiratio homines in vitam nostram convertat, sed etiam præstantiam ejus imitandam ducant. *R.* — *Sed et agnoscant.* Ex scholio irrepsisse videtur *et* particula ; quæ, pro Senecæ more loquendi, non admodum desiderabatur, et abest a mss.

Digitized by Google

Qui domum intraverit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram. Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur, quemadmodum argento : nec ille minor est, qui sic argento utitur[1], quemadmodum fictilibus. Infirmi animi est, pati non posse divitias.

6 Sed, ut hujus quoque diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem[2] nostrum inveni, cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere. « Desines, inquit, timere, si sperare desieris. » Dices, quomodo ista tam diversa pariter sunt? Ita est, mi Lucili : quum videantur dissidere, conjuncta sunt. Quemadmodum eadem catena et custodiam[3] et militem copulat[4] : sic ista, quæ tam
7 dissimilia sunt, pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire; utrumque pendentis animi est, utrumque futuri exspectatione sollicitum[5]. Maxima autem

b et *Par. b. d.* Jamque olim ejecta erat ab Erasmo, sed revocata a Mureto. *S.*—*Suspiciant*, i. e. taciti venerentur, ut bonam; *agnoscant* : ut non aliam prorsus et supra hominem. *Lips.* — Vertit *Lagrange* : *Il faut qu'on l'admire et qu'on s'y reconnaisse.*

1. *Sic argento utitur.* Aristippi ea mens, qui increpanti quod perdicem quinquaginta drachmis emisset : et, tu, inquit, istam obolo non emeres? Annuente : Mihi autem, ait, quinquaginta drachmæ sunt obolus. *Just. Lips.*

2. *Hecatonem.* Recte edd. inde a Mureto, cum ms. *b.* et aliis. Olim *Catonem.* Hecatonem Stoicum passim et alibi laudat Seneca, et mox rursus Ep. VI, p. 15, 14. *S.*—*Hecatonem.* Fuit is Stoicus satis celeber in antiquitate, Rhodius, Panætii discipulus, cujus opera omnia periere. Cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III, p. 563. Harles. Hoc dictum pertinet ad Apathiam Stoicorum. Vide nostrum de Constant. Sap. XIX, 2. Eleganter de hoc loco disserit Muretus Var. Lectt. XII, 6. *Ruhk.*

3. *Custodiam.* Ap. Scriptt. argentææ Latinitatis significat eum, qui custoditur. Male Gruteriani codd. *custodem.* Cf. ad de Tranq. An. 10, 3. *R.* — *Custodiam* recte tenet idem noster *Arg. b.* Qui *custodem* dederunt, ab his scholion in contextum illatum est. *Schw.*

4. *Copulat.* Manilius tales custodes facit qui sub Andromeda nati lib. 5 : « Vinctorum dominus, sociusque in parte catenæ, Interdum pœnis innoxia corpora servat. » *Lips.*

5. *Sollicitum* dedit idem ms. *b.* cum *Par. b.* et editt. vett. Et hoc ipsum, a Gron. etiam ex alio ms. commendatum, nuper restituit Ruhk. pro *soliciti*, quod inde ab Erasm. ed. 2, vulgatum erat. *Sollicitatur* præfert noster ms. *c.* et cum ed. *A. S.*

Digitized by Google

utriusque causa est, quod non ad præsentia aptamur, sed cogitationes in longinqua præmittimus. Itaque providentia, maximum bonum conditionis humanæ, in malum versa est. Feræ pericula, quæ vident, fugiunt; quum effugere, securæ sunt: nos et venturo torquemur, et præterito. Multa bona nostra nobis nocent; timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat. Nemo tantum præsentibus miser est. Vale.

EPISTOLA VI.

DE VERA AMICITIA.

Quum se emendari, quin transfigurari intelligat ope Philosophiæ, cupit cum amico hanc animi mutationem communicare, quandoquidem amicis omnia communia esse debent. Hoc ipso efficitur, ut amico prosit, et sibi utilitatem creet, atque verum sapientiæ fructum capiat: nam nullius boni sine socio jucunda possessio est. Proinde libros se missurum ei promittit, in quibus loca præstantiora a se jam insignita sint. Sed enim quum viva vox efficacior sit, optat ut se conveniat, quia exempla securius et efficacius docent, quam præcepta, uti experientia docet.

Egregium Hecatonis dictum huc spectans finem epistolæ imponit. Est autem dogma Stoicum, illum qui se amet, i. e. bonum sapientemque faciat, hunc et alios sic amare, ut non sibi soli, sed toti genitum se credat mundo. Cf. de Clement. II, 5, 3. Cic. de Fin. III, 20. Eodem sensu jam Socrates se mundanum appellavit apud Ciceron. Tusc. disputat. V, 37, et Plutarch. de exilio Tom. X, cap. 5, p. 370 Hutten.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Intelligo, Lucili, non emendari me tantum, sed transfigurari [2]. Nec hoc [3] promitto, jam aut spero, nihil in me

1. *Transfigurari.* In alium habitum hominemque ire. Epist. XCIV, 46. Nam qui illam (Philosophiam) didicit et facienda ac vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quæ didicit, animus ejus transfiguratus est. Itaque mutatio hæc, sive μετασχηματισμὸς animorum est hominisque interni. *Lipsius.*

2. *Nec hoc* sc. dicto. — Sic Ruhk.

Digitized by Google

superesse, quod mutandum sit. Quidni multa habeam, quæ debeant colligi[1], quæ extenuari, quæ attolli[2]? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. [3]Quibusdam ægris gratulatio fit, quum ipsi ægros se esse [4]senserunt.
2 Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mutationem mei : tunc amicitiæ nostræ certiorem fiduciam habere cœpissem; illius veræ, quam non spes, non timor, non utilitatis suæ cura divellit : illius, cum qua homines moriuntur, pro qua [5]moriuntur. Multos tibi dabo, non qui [6]amico [7], sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, quum animos in societatem honesta cupiendi
3 par voluntas trahit. Quidni non possit? Sciunt enim ipsos

at contra contendi jure posset τὸ *hoc* in accusativo poni: *Nec promitto hoc*, scilicet *nihil in me superesse;* quod magis latinitatis normæ convenit : nam si ablativi vice *hoc* fungeretur, longe aptius et usitatius fuisset *nec ideo promitto.*

1. *Colligi.* Non dubitare debui quin reciperem hoc verbum, quod cum msstis Herbipolitanis, e quibus jam olim a Modio commendatum erat, agnoscit et princeps editio Rom. et msti nostri *b. c.* et *Par. b. d.* et Opsopœi codices omnes, Gruteriique optimus *Pal. sec.* Valet autem h. l. *colligi* idem ac *componi*, *in ordinem cogi*, et *stabiliri*; quemadmodum *collecta* (vel *conlecta*) *mens*, Ep. CI, idem valet ac *stabilita*, ibid. et *composita*, Ep. II, opponiturque *ei quæ volutatur, vagæ, instabili.* Istud verbum quum mendosum visum esset his qui ejus vim non perceperant, mutatum est in *corrigi*, quod jam inde ab ed. Tarv. alias omnes editiones invasit : habetque hoc etiam ed. *A.* et ora nostri ms. *c.* cum quatuor Gruterianis. *Schw.*—Ruhk. cum Lipsio *corrigi.*

2. *Quæ attolli? Extenuari*, ubi tumidi affectus, *attolli*, ubi viles et depressi. *Lips.*

3. *Quibusdam..... senserunt.* Ut in lethargo, ut in melancholia, ubi insani maxime sibi sani (videntur). *Lipsius.*

4. *Ipsi ægros se esse senserunt.* Placuit hoc, quod cum ms. *Arg. c.* et ed. *A.* præferunt Gruteri plerique codices et unus præstantissimus Nicotianus Opsopœi; *ipsos ægros se* ms. *b.* et *Par. a. b.*; *se ipsos ægros* ed. Rom. et aliæ, cum *Par.*; *d. se ipsi ægros* ed. Lips. et seqq. *Schw.*

5. *Pro qua.* Particulam *et*, quæ his verbis præposita erat, delevi præeuntibus msstis *Arg. b.* et *Par. a.*; *b.* Ignorabantque eamdem editiones vett. ante Lipsium. *Schw.*

6. *Non qui.* Sic noster ms. *b.* recte; intellige *non dico, qui*, etc. Vulgo *qui non. Schw.*

7. *Amico.* Vulgari s. publico. Vide Epist. III, 1. *amicitia* vera, quæ

Digitized by Google

omnia habere communia, et quidem magis adversa. Concipere animo non potes, quantum momenti afferre mihi singulos dies videam.

Mitte, inquis, et nobis ista, quæ tam efficacia expertus es! — Ego vero omnia in te cupio transfundere, et in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam[1]: nec me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sum[2]. Si cum hac exceptione[3] detur sapientia, ut illam inclusam[4] teneam nec enuntiem, rejiciam. Nullius boni, sine socio, jucunda possessio est. Mittam itaque ipsos tibi libros: et, ne multum operæ impendas dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsa[5] protinus, quæ probo et miror, accedas. Plus tamen tibi et viva vox et convictus, quam oratio, proderit. In rem præsentem venias oportet: primum[6], quia homines amplius oculis quam auribus credunt; deinde, quia lon-

castigat, monet, communicat. *Lipsius.*

1. *Ut doceam.* Stoicus sensus. Ita Cato apud Ciceronem III de Fin. «Impellimur natura ut prodesse velimus, inprimisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis. Itaque non facile est invenire, qui quod sciat ipse non tradat alteri.»

2. *Sciturus sum.* Commode *sciturus sim* ed. Lips. et seqq. Sed indicativum modum cum editt. vett. tenent mssti omnes, nec abhorret ea structura a Senecæ stilo. *Schw.*

3. *Si cum hac exceptione.... rejiciam.* Egregia professio! Similis est illa beati Lessingii: « Si Providentia mihi altera manu inclusam ostenderet veritatem omni dubio liberam, altera illam, quæ humanæ conditioni convenire videtur, nondum omnibus dubiis exemtam, ideoque inquisitioni patentem: Retine; dicerem, illam, relinque hanc.» *Ruhk.*

4. *Ut illam inclusam teneam.* Omittunt *illam* ms. *Par. b. d.* nec id male. *Schw.*

5. *Ad ipsa.* ms. *Arg. b. d.* cum *Par. a. b. d.* et ed. Rom. Vulgo *ad ea ipsa. Schw.*

6. *Primum.... credunt.* Recte hæc dicta sunt, quatenus a te ad judicandum apto, nec ullis opinionum commentis præpedito, res accuratius dijudicari possunt, quam si auribus accipias. Tuetur hanc eamdem sententiam Horatius A. P. 180: « Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ Ipse sibi tradit spectator.» Quintil. Inst. Orat. XI, 2, acrior est oculorum quam aurium sensus. Altera tamen ex parte nec illi falsi sunt, qui auribus majorem vim quam

Digitized by Google

gum iter est per præcepta, breve et efficax per exempla. Zenonem Cleanthes [1] non expressisset, si eum tantummodo [2] audisset. Vitæ ejus interfuit, secreta perspexit, observavit illum, an ex formula [3] sua viveret. Plato [4], et Aristoteles [5], et omnis in diversum [6] itura sapientium turba, plus ex moribus [7] quam ex verbis So-
6 cratis traxit. Metrodorum [8], et Hermarchum [9], et Polyæ-

oculis tribuant. Sic Candaules Herodoti I, 8, ait ὅτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, ubi vide Wesseling. Strabo II, p. 178, ed. Lips. ἀκοὴ πρὸς ἐπιστήμην (ad notitias variarum rerum acquirendas) πολὺ χρείττων ἐστί. Lactant. Inst. III, 9, plus est in auribus quam in oculis situm. *Ruhk.*

1. *Cleanthes*, æstimatissimus Zenonis discipulus, quem ideo Epictetus una cum Socrate, Diogene et Zenone ad imitandum proponit, Dissert. Arrian. III, 23, 32. Cf. Diog. Laert. VII, 168 sqq. *Ruhk.*

2. *Si eum tantummodo audisset.* Sic quidem noster *c.* cum edd. sed deletum malim pronomen personale *eum*, auctoritate nostri ms. *b.* et *Par. a. b. d. Schw.*

3. *Formula.* Vide ad II, de Clem. 3, 1.

4. *Plato. Platon* ms. *b.* quod et ex suo vet. cod. adnotavit Juretus; et sic alibi constanter vetustissimæ nostræ membr. *a. Schw.*

5. *Aristoteles.* Pro *Aristoteles* utique cum viro docto (in Novis liter. Halensibus) *Antisthenes* malebam; sed vulgatum constanter tenent libri omnes. *Schw.* — Error aut calor scriptionis est. Ille Aristoteles adeo non convixit Socrati, nec vidit quidem. Nam obiit Socrates primo an. Olympiadis XCV, ut plerique omnes tradiderunt. Atqui Aristoteles natus est anno primo Olympiadis XCIX, quod præter Laertium, Dionysius, Agellius, Eusebius, et apud Suidam incertus scriptor: quomodo ergo in convictu ei fuerit? Scio Ammonium in vita Aristotelis tradere de tribus annis, quos cum Socrate egerit, et quod vigesimo deinde ad Platonem venerit: sed supino errore, et calculus annorum ipse Ammonii refellit. *Just. Lips.*

6. *In diversum itura.* « Ab eo enim proseminatæ sunt philosophorum quasi familiæ, et ut ex Apennini jugo fluminum, sic ex variis ejus multiplicibusque sermonibus sapientium divortia exstiterunt »: ut est apud Ciceronem libro tertio de Oratore.

7. *Plus ex moribus.* Laudat Lipsius Xenophont. Memorab. Socrat. IV, 1, init. *Ruhk.*

8. *Metrodorus.* Atheniensis, discipulus Epicuri celeberrimus. Cf. Baylii Dictionn. histor. et crit. *Epicure* (*D*). Cæterum vide de eo, Hermarcho et Polyæno Diogen. Laert. X, 15, 22 sq. *Ruhk.*

9. *Hermarchum.* Recte noster *b.* quomodo scribendum hujus viri nomen jam pridem Villoisonus monuerat; cui h. l. paruit Matthiæ, quum *Hermachum* esset vulgatum. Propius tamen ad verum jam olim *Hermacum* dederat ed. Rom. Vitiose prorsus *Helymacum* ms. *c. Helimacum* ed. *A.* Conf. Ep. XXXIII. *Schw.*

Digitized by Google

num[1], magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium, fecit. Nec in hoc te arcesso tantum, ut proficias; sed ut prosis : plurimum enim alter alteri conferemus. — Interim, quoniam diurnam tibi mercedulam debeo, quid me hodie apud Hecatonem delectaverit, dicam. « Quæris, inquit, quid profecerim ? Amicus esse[2] mihi. » Multum profecit[3] : nunquam erit solus. Scito[4] hunc amicum omnibus esse. Vale.

Hermachum protulit Ruhk. Sic, inquit, fere codd. omnium auctorum, ubi Hermachus memoratur. *Hermachum* tamen scribendum esse putat Villoison. in Anecdot. Græc. Tom. II, p. 159, n. ex *Antichita di Ercolano* Vol. V, p. 71, tav. 17 et p. 721. Cf. Harles. ad Fabric. Bibl. Græc. Vol. III, p. 604, x, ubi et de Metrodoro Atheniensi p. 606, et de Polyæno p. 609 conferas. Is Hermachus est Mitylenæus, qui in schola et diatriba Epicuro successit. Hanc eandem sententiam de nomine hoc scribendo protulisse Klotzium in Actis liter. T. V. p. 367, qui eam ex Protome Hermarchi *in della Antichita* l. c. probaverat, intellexi e Wagneri nota ad Alciphron. II, Ep. 11, p. 287 sq. *Ruhk.*

1. *Polyænum.* Athenodori filium, Lampsacenum : item inter discipulos : etsi ante Epicurum obiit ut ex ejus testamento colligas. *Lipsius.*

2. *Amicus esse mihi.* Verbum *cœpi*, quod istis vulgo adjiciebatur, ex glossemate natum esse jam olim Opsopœus monuerat suorum codicum auctoritate, quibus accedunt nostri *b. c.* et *Par. a. b. d.* et ed. Rom. Miratus sum quidem repertum esse id verbum in Gruteri *Pal. sec.* satis probato alioquin codice : sed nimirum cæteris Gruterianis plerumque præstat ille codex, aliis vero vetustioribus, ut nostro *a.* et *b.* et *Par. b.* aliisque quibus Opsopœus usus erat, longe est inferior. *Schw.*

3. *Profecit.* Recte noster *b.* cum edd. non *proficit*, ut *Par. a. b.* Vocem *qui* vero, quam ante *numquam* interserunt nonnulli, ignorant Parisienses cum eodem *Arg. b. Schw.*

4. *Scito hunc*, etc. Vulgo, *Qui sibi amicus est, scito hunc*, etc. ubi percommode adjecta videri poterant priora ista verba; sed, deberi illa meræ conjecturæ Mureti, liquido intelligitur ex mastorum omnium, cum nostrorum et Parisiensium *a.b.d.* tum quotquot vel ab Opsopœo vel a Grutero excussi sunt, constante cum impressis ante Muretum consensu. Eademque verba si in uno suorum codicum reperisset Pincianus, haud dubie moniturus fuerat deesse illa editioni Erasmi, cujus ad exemplum ille codices suos exegit. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA VII.

FUGIENDA EST TURBA.

Consortium malorum quum ex pervetusto proverbio vitiositatem aliquam facillime vel optimis moribus affricare soleat, suadet Lucilio Seneca, ut turbam, sive multorum conversationem devitet, qua nihil emendationi morum periculosius sit. A generali hoc præcepto devertitur ad spectacula gladiatoria, quibus nuper interfuerat. Qua occasione data in illa spectacula, s. munera gladiatoria ideoque in populum qui iis tanta insania gaudere soleat, acerbissime invehitur. Fortasse hujus loci est, quædam huc pertinentia breviter delibasse. Hæc spectacula publica, Græcis liberis diu prorsus incognita, et quum cognovissent, odio habita, maximopere placuerunt Romanis (Auctor Dialogi de Caussis corr. Eloq. c. XXIX). Originem traxere a more sævissimo captivos ad placandos manes suorum in bello cæsorum inferiarum loco mactandi; quem et apud Græcos obtinuisse Homerus tradit. Decimus Junius Brutus a. U.c. CCCCXC captivos inter se pugnare jussit in honorem defuncti patris, ideoque munus gladiatorium edidit primus (Liv. Epit. XVI. Valer. Max. II, 4, 7). Mox res in ludum versa mos factus est, ut a magistratibus et deinceps a Candidatis ad populi favorem sibi conciliandum, ederentur. Quare lanistæ exorti sunt, qui viles homines et mancipia emta, familiam autem dixere, sub procuratore sagina gladiatoria alerent, et ludis gladiatoriis secundum dictata et leges exerceri juberent. Quid, quod nobiles iique potentes gladiatorum adeo familias in ergastulis prædiorum suorum, ubi detinebantur, alerent, teste bello Spartacio! Armis et modo pugnandi, quibus utebantur, genera gladiatorum constituebantur, et nomina. Ex iis, qui vulgari modo inter se pugnarent, ordinariis paribus, excerpere hic liceat duo genera, postulatitios et bestiarios. Quorum quidem priores a principibus privatim emtos alitosque, ideoque Cæsarianos fiscalesque (Καίσαρος μονομάχους Epictet. Diss. I, 29, 37), nominatos a populo, propter peritiam, qua inclaruerant, interdum in arenam fori s. Amphitheatri sibi commodari postulatos esse legimus, ubi paria inter se componebantur. Bestiariorum, ad mortem plerumque propter scelera commissa damnatorum, pugna erat cum bestiis e. c. leonibus, quam vel pœnæ loco, vel ultro, vel auctoramento s. mercede conducti pugnarunt: hæc pugna vocata est venatio. Jam vero qui mane cum leonibus ursisque pugnaverant, meridie inter se depugnare cogebantur, nominati inde catervarii s. meridiani, gregatim temere ac sine arte mortis pe-

Digitized by Google

riculo objecti. Plura dabit *Mejerotto ueber Sitten u. Lebensart der Rœmer in verschiedenen Zeiten der Republik*, Tom. I, p. 127 sqq.

Jam quum hæc sævitia velut contagione quadam animi proximum quemque invadere soleat, cum iis tantummodo versandum esse suadet Seneca, qui emendationem dare et recipere possint: sufficere addit, sibi et melioribus didicisse. Tria egregia dicta Democriti, Heracliti et Epicuri afferuntur huc facientia: quæ nostras Balde Sylva lyric. lib. VII, 14, in usum suum convertit, præclare expressa ab Herdero, in Terpsichore Tom. II, p. 312. *Allen immer gefallen ist ein Glucksspiel*, etc.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quid tibi vitandum præcipue existimes[1] quæris. — Turbam! Nondum illi tuto committeris[2]. Ego certe confitebor[3] imbecillitatem meam. Nunquam mores, quos extuli, refero: aliquid ex eo, quod composui, turbatur; aliquid ex his, quæ fugavi, redit[4]. Quod ægris evenit, quos longa imbecillitas usque eo affecit, ut [5]nusquam sine offensa[6] proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo[7] reficiuntur. Inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat,

1. *Existimes*, id est, existimare debeas. Sic commode ed. *A.* et Rom. consentientibus msstis *Arg.* et *Par.* aliisque Opsopœi, et melioribus Gruteri: nec opus erat ut in *existimem* mutaretur, quod nuper in ed. Matth. factum, cui quidem præivere ed. Tarv. et aliæ ante Muretum, cum msstis nonnullis Gruterianis. *Schw.*

2. *Nondum illi tuto committeris.* Sic rursus ed. Rom. cum nostro ms. *b.* et optimis quibusque aliis: nec dissentit noster ms. *c.* aut ed. *A.* nisi quod in his *tute*, pro *tuto* scribitur. Vulgo *Nondum enim tuto illi te commiseris*. *Schw.*

3. *Confitebor*, non *confiteor*, dedere iidem mss. *Arg.* et *Par. a. b. d.* cum aliis. *Schw.*

4. *Redit.* Nescio an verum sit *rediit*, quod habet ed. Rom. et aliæ ante Muretum, ms. *Arg. b.* et *Par. a.* Illud scio, sæpius pro *ii*, cum alias, tum præsertim in tertia persona præteritorum, simplicem *i* vocalem poni in nostris msstis. *Schw.*

5. *Nusquam* ms. *Arg. b.* et *Par. b. d.* cum aliis a Modio, Opsopœo et Grutero laudatis. Vulgo *nunquam*. *S.*

6. *Sine offensa*, i. noxa, incommodo. *Ruhk.*

7. *Ex longo morbo.* I. e. vitiositate Ep. LXXV, 9. Declarant Stoici: sic animi nondum emendati sed passionibus laborantis statum, nonnisi ope Philosophiæ purgandum. Cf. Cicer. Tusc. Qu. IV, 10, coll. IV, 12, init. Diog. Laert. VII, 115. Stob. Eclog. ethic. p. 177. Tiedemann *System der stoischen Philos.* III, p. 263, sqq. *Ruhk.*

Digitized by Google

2 aut imprimit, aut nescientibus allinit[1]. Utique, quo major est populus[2], cui miscemur[3], hoc periculi plus est. Nihil vero tam damnosum[4] bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere : tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. Quid me existimas dicere? Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior[5], immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui[6]. Casu in meridianum[7] spectaculum incidi, lusus[8] exspectans[9], et sales, et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano
3 cruore acquiescant. Contra est : quidquid ante pugnatum est, misericordia fuit[10]. Nunc, omissis nugis, mera homicidia sunt; nihil habent quo tegantur; ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulatitiis[11] præferunt.

1. *Allinit*, vel *adlinit* cum impressis tenent vetustiores mssti; *illinit*, vel *inlinit* juniores. *Schw.*

2. *Populus*. Turba, multi, stoico sensu, i. e. stulti pravique, φαῦλοι : ideoque opponuntur sapientibus s. sapientiæ studiosis, σπουδαίοις. *Ruhk.*

3. *Miscemur* ms. *b.* et *Par. a.* Vulgo *commiscemur*, quod non minus ex glossemate natum nobis visum erat, quam *conversamur*, quod est in ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

4. *Tam damnosum.* Vulgo, *est tam damn.* Delevi verbum cum mss. *b. c. Par. b. d.* et aliis. *Schw.*

5. *Luxuriosior.* Post *luxuriosior* poterat interrogationis signum poni, quo intelligeretur, « An tu hoc solum me dicere existimas? Immo vero, etc.»

6. *Quia inter homines fui*, stultos et nulla philosophia excultos, φαύλους. *Ruhk.*

7. *Meridianum.* In arena duplex spectaculum, *Matutinum* et *Meridianum*; ibi cum bestiis : nunc, qui reliqui inter se depugnabant. Me Vide lib. II Saturnalium. *Lipsius.*

8. *Lusus..... acquiescant*; mimos, pantomimosque, etc.

9. *Lusus exspectans.* Nudum *spectans* cum ed. Erasm. tenet quidem noster ms. *b.* et *Par. a. b. d.* aliique. *sed exspectans*, a Modio e suis mss. laudatum, commode reposuit Muretus, consentientibus etiam edit. vett. inde a Rom. in quibus *expectans* scribitur. Editio *A.* quidem cum ms. *c. aspectans* præfert. *Schw.*

10. *Misericordia fuit.* Quidquid ante pugnatum est misericordia fuit : verbum *ante* spectat ad matutina spectacula in quibus homines feris objiciebantur. Talibus peractis spectaculis, quum laxamenta quædam quæ animum horrore plenum recrearent exspectavisses, longe fœdiora spectacula offerebantur, et quidquid ante pugnatum fuerat misericordia videbatur.

11. *Ordinariis..... postulatitiis. Ordinariis*, qui legitimo tempore,

Digitized by Google

Quidni præferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes[1]? Omnia ista mortis moræ sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur. Interfectores interfecturis jubentur objici[2]; et victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors est; ferro et igne res geritur[3]. Hæc fiunt, dum vacat arena. — Sed latrocinium fecit aliquis! quid ergo? meruit[4] ut suspendatur. Occidit hominem! 4

loco et apparatu inducuntur, qui proprie et primo gladiatores sunt. At isti, velut vicarii quidam et subito suffecti, minus artis, aut pompæ habebant. *Postulatitiis:* plus etiam quam ordinariis. Nam isti sepositi quidam et velut principales erant, quos populo poscenti per gratiam indulgebant. *Lips.*

1. *Quo artes?* Sic mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* cum aliis; non *quo gladii artes*, nonnullis Gruteri codd. inde a Lipsio vulgatum erat. Mediam vocem ignorant etiam editt. vett. sed *quo arces* dabat ed. Rom. et seqq. *Artes* restituit Erasm. quod jam dederat ed. *A. Schw.* — *Quo gladii artes* protulit. Ruhk. Nonnulli, inquit, codd. et Erasmi editio omittunt τὸ *gladii*, quod tamen in multis aliis additur, idque jure. Spectant autem hæ gladii artes ad dictata et leges quas lanistæ gladiatoribus in ludis gladiatoriis commentari solebant. Cic. de Or. — *Quo... artes?* I. e. cui bono sunt iis munimenta, e. c. galea, scutum? Plura exempla hujus phraseos attulit Gronovius ad Senec. Nat. Quæst. I, 16, probatus a Bentleio ad Horat. I, Epp. 5, 12. Exquisitior autem usus est τοῦ *quo* conjuncti cum accus. ubi *quo* antiquus dativus pro *cui* esse videtur, intellecto: adhibeam, aut simili verbo. *Ruhk.*

2. *Interfectores interfecturis jubentur objici; jubent* scriptum oportebat cum editis ante Erasm. et mss. *Arg.* et *Par.* aliisque apud Opsop. et Grut. quod equidem nunc demum, cuncta denuo circumspiciens, animadverti. Recte vero *interfecturis* editur inde a Lipsio, quam quidem scripturam non nisi recentissimi mss. noster *Arg. c.* et qui ejusdem familiæ erat codex scholasticus Pinciani, servarunt cum ed. *A.* Cæteri mss. cum editt. vett. *interfectis* dabant; quod suo ex ingenio Muretus in *inter se* mutavit. Commode tamen etiam Gron. in membranis, quibus usus est, *Interfecturis interfectores* reperit. *S.* — Sensus est: ii homines qui modo interfecerunt feras, nunc objiciuntur hominibus a quibus ipsi interficiantur. *Lagrange* vertit: *Ils viennent de terrasser un monstre; ils vont l'être par un homme.*

3. *Ferro et igne res geritur.* Donec arena, s. locus, in quo gladiatores pugnabant, vacua sit, omni vi sæviunt in se invicem. *Igne;* fugax, aut certe retrogradus in adversarium ire cogebatur. Jusjurandum, quo lanistæ obligabantur gladiatores, occurrit ap. Petron. c. 117. Cf. Horat. II, Serm. 7, 58. Senecæ Ep. XXXVII, 1; uri, vinciri, verberari, necari non detrectabant. *Ruhk.*

4. *Quid ergo? meruit, ut sus-*

Digitized by Google

qui occidit[1], ille meruit ut hoc pateretur. Tu quid meruisti miser? ut hoc spectes. — « Occide, verbera, ure! Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur[2]? » — Plagis[3] agitur[4] in vulnera, ut mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiant[5]. — « Intermissum est spectaculum: interim jugulentur[6] homines, ne nihil agatur. »

Age, ne hoc quidem intelligitis, mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite Diis immortalibus gratias, quod eum docetis[7] esse crudelem, qui non potest discere.

pendatur. Sic distincta sunt verba in ed. Ruhk. et Matth. Commodior vero fuerit vetus distinctio, *Quid ergo meruit? ut susp.* Cæterum ipsa illa verba commode quidem ex ed. Rom. in alias omnes propagata sunt; sed ignorant ea nostri mssti *b. c.* et *Par. a. b. d.* cum ed. *A. Schw.*

1. *Occidit hominem! qui occidit.* In nostro ms. *b.* sic ista distinguuntur: *Occidit: hominem qui occidit.* In *Par. a. b. d.* pro *qui* scribitur *quia*, et hoc ipsum, compendiose quidem scriptum, habent et nostri *b.* et *c. Schw.*

2. *Quare parum libenter moritur?* Hæ voces sunt et affectus populi. Cicero pro Milone: « Etenim si in gladiatoriis pugnis et in infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidos et supplices, et ut vivere liceat obsecrantes odisse solemus; fortes et animosos et se acriter ipsi morti offerentes servare cupimus, eorumque nos magis miseret qui misericordiam nostram non requirunt, quam qui illam efflagitant; quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus? »

3. *Plagis.* Id est ictibus, cum essent qui timidos ac refugientes sequerentur a tergo, ac verberarent, cogerentque etiam invitos ruere in ferrum. *Muretus.*

4. *Agitur.* Sic edd. ante Erasm. cum *Arg. b. c. Par. b. d.* et aliis. Vulgo *aguntur. Schw.*

5. *Ut..... excipiant.* Sic noster ms. *b.* Vulgo *et..... excipiunt*, inde ab ed. Rom. Et indicativum *excipiunt* habet etiam ms. *c.* cum *Par.* et aliis nonnullis: sed *excipiant* cum nostro *b.* recte tuentur duo mssti Opsopœi. At vero prima vocula *ut* vel *et* abest plerisque mssti, ac delenda utique videtur, ut tota illa ῥῆσις, *Plagis..... excipiant*, intelligatur esse continuata oratio mimica spectatorum, qui hoc genere spectaculorum delectantur; scilicet: *quare parum libenter moritur?* (quare) *plagis agitur in vulnera?* (sive, *Plagis agatur in vulnera!*) *Mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiant! Intermissum est*, etc. *Schw.*

6. *Jugulentur* recte edd. vett. cum ms. *b.* non, ut vulgo, *jugulantur. Schw.*

7. *Agite..... discere.* Lipsius et Muretus referunt hæc ad Neronem, in cujus clementiæ laudem, blande nec tamen falso, sub initia quidem im-

Digitized by Google

Subducendus populo est tener animus, et parum tenax recti : facile transitur ad plures. Socrati, et Catoni, et Lælio excutere morem suum[1] dissimilis multitudo potuisset : adeo nemo nostrum[2] qui quum maxime concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest. Unum exemplum luxuriæ[3] aut avaritiæ 6
multum mali facit[4] : convictor delicatus paulatim enervat et mollit[5]; vicinus dives cupiditatem irritat; malignus comes quamvis candido et simplici rubiginem suam[6] adfricuit : quid tu accidere his moribus[7] credis, in quos publice factus est impetus[8]? Necesse est aut imiteris, aut oderis. Utrumque autem devitandum est; ne vel[9] similis malis fias, quia multi sunt; neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse[10] quantum potes; cum 7
his versare, qui te meliorem facturi sunt; illos admitte, quos tu potes facere meliores! Mutuo ista fiunt; et ho-

perii, hæc dicta sint. *Docetis*, de conatu, pro : docere vultis. *Ruhk.*

1. *Excutere morem suum.* Commodissime editum videri poterat *excut. mentem suam.* At *mortem*, non *mentem*, dabant mssti; sic quidem noster *b.* et *Par. a. b. d.* quam scripturam, utpote manifeste vitiosam, annotare neglexerunt viri docti, qui alios veteres codices excusserunt. Veram scripturam, *morem suum*, servavit noster (levioris alioquin auctoritatis) ms. *c.* cum ed. *A.* Eodem vero spectat id, quod deinde consentientibus libris legitur, *quid tu accidere his moribus credis. Schw.*

2. *Adeo nemo nostrum..... potest.* Lipsius laudat Epictet. Diss. Arrian. II, 16. *Ruhk.*

3. *Exemplum luxuriæ.* Interpositam vulgo particulam *aut* delevi ex veterum codicum præscripto. *Schw.*

4. *Facit.* Pro *facit*, commode *fecit* præfert ms. *c.* cum ed *A.* Vide not. ad Epist. IV, p. 9, 12, et conf. ibid. l. 9. *Ruhk.*

5. *Mollit* ed. Rom. et mss. *b. c.* et *Par. b.* Vulgo *emollit. Schw.*

6. *Rubiginem suam.* Eadem fere habet Arrian. in Diss. Epict. III, 16, 3, Lipsio laudante. *Ruhk.*

7. *Moribus.* Optime restituit Gronov. e membranis et vett. edd. explicans *his moribus :* horum hominum moribus et bonæ licet indoli : non potest ea servari in turba, quæ omnis eam destruere nata et operata est. Cf. Gronovii Obss. I, 24, p. 149, (ed. Lips. 1755). *Ruhk.*

8. *In quos publice factus est impetus. Lagrange* vertit : *Que sera-ce donc si tout un peuple vous livre un assaut général?*

9. *Ne vel. Neve* ms. *b.* et *Par. a. b. d. Schw.*

10. *Te ipse* recte *Arg. b.* et *Par. a*

Digitized by Google

mines, dum docent, discunt. Non est ergo[1] quod te gloria publicandi ingenii producat in medium, ut recitare istis velis, aut disputare : quod facere te vellem, si ha-
8 beres isti populo idoneam mercem[2]. Nemo est, qui intelligere te possit. Aliquis fortasse unus aut alter[3] incidet : et hic ipse formandus tibi erit, instituendusque ad intellectum tui. — « Cui ergo[4] ista didici ? » — Non est quod timeas ne operam perdideris : tibi didicisti[5].

Sed ne mihi soli hodie didicerim, communicabo tecum quæ occurrerunt mihi egregie dicta circa eumdem fere sensum tria : ex quibus unum hæc epistola in debitum solvet, duo in antecessum[6] accipe. Democritus[7] ait : « Unus mihi pro populo est, et populus pro uno. » Bene et ille, quisquis fuit (ambigitur enim de auctore), quum quæreretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret ad paucis-
9 simos perventuræ : « Satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est nullus. » Egregie hoc tertium Epicurus, quum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet : « Hæc, inquit, ego non multis, sed tibi : satis enim ma-

non *te ipsum*. Vitiose alii *te ipso*. *S.*

1. *Non est ergo*. Delectam velim postremam vocem, quam cum edd. vett. ignorant *Arg. b. Par. b. d.* et alii apud Opsop. *Schw.*

2. *Mercem*. Sic *Arg. b.* et *Par. b. d.* cum aliis. Perperam vulgo *mentem* ; olim vero *mercedem* edebatur, quod habet noster ms. *c. Schw.* — *Mentem* Ruhk. edidit : id est, inquit, si tibi cum populo conveniret ; omnium fere codd. et edd. lectio, præterquam quod nonnulli scripti habent : *mercem*, nullo sensu. Unde Gronov. emendabat : *artem*. Sed vulgata bene habet.

3. *Alter incidet*. Similia exstant ap. Persium Sat. I, 2. « Quis leget hæc?—Vel duo, vel nemo. » *Ruhk.*

4. *Cui ergo*. Vulgo *inquis* adjiciebant, invitis mssis *Arg. Par.* aliisque. *Schw.*

5. *Tibi didicisti*. Edebatur *si tibi didicisti* : at conjunctivam particulam meliores omnes mssti ignorant. *Schw.*

6. *In antecessum*. Vox a foro et argentariis ducta : significat inante solvi et priusquam dies cessit, etc. *Lipsius.*

7. *Democritus*. Cf. de Ira II, 10, 2. *Heraclitι* est sequens dictum, si Symmachum lib. IX, Epp. 105, sequaris : secundum Heraclitum physicum, qui summam laudis arbitrabatur placere uni : is esset optimus, qui probaret. *Ruhk.*

Digitized by Google

gnum alter alteri theatrum sumus. » Ista, mi Lucili, condenda in animum[1] sunt, ut contemnas voluptatem ex plurium assensione venientem. Multi te laudant. Et[2] quid habes cur placeas tibi, si is es quem intelligant multi[3]? introrsus[4] bona tua spectent. Vale.

1. *In animum* commode edd. inde ab Erasm. et sic ms. *b.* cum aliis. Olim *in animo*, quod est in ms. *c. S.*

2. *Et quid.* Sic mss. *b. c.* et *Par. a. d.* nescio an et *Par. b.* cum edd. vett. Vulgo *Ecquid*, inde ab Erasm. *S.*

3. *Intelligant multi* edd. vett. cum mss. *Arg.* et *Par.* Vulgo *multi intelligunt. Schw.*

4. *Introrsus bona tua spectent. Lagrange* vertit : *Votre mérite, c'est en vous-même qu'on doit le trouver.* — *Bona tua*, abest *tua* ms. *Arg. b.* et *Par. a. Schw.*

EPISTOLA VIII.

CUI REI SAPIENS OPERAM IMPENDERE DEBEAT.

Priori epistolæ responderat Lucilius, illum secessum, quem Seneca suaserat, contra Stoicorum esse dogmata, quæ imperant in actu mori. Immo vero, respondet noster, ago quæ prodesse possint pluribus : posterorum negotium ago, conscribendo illis salutaria præcepta, quæ ipse expertus sum. Epicuri sententia : libertatem veram a philosophia dari, bene cum antecedentibus cohærens, claudit epistolam. Vide de Tranquill. An. c. 3, Argum. libri de Otio aut Secessu : quibus addas quæ Uptonus ad Arrian. Diss. Epictet. I, 10, 7, collegit, ubi Schweighæus. hujus Epistolæ non immemor fuit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

« Tu me, inquis, vitare turbam jubes, secedere, et conscientia esse contentum! Ubi illa præcepta vestra, quæ imperant in actu mori? » — Quid? ego tibi videor interim sedere[1]? In hoc me recondidi, et fores clausi,

1. *Quid? ego tibi videor interim sedere?* Inepte olim : *Quod ego tibi videor interim suadere.* Gronovii conjecturam, *Quid? ego tibi videor inertiam suadere?* adoptavit Ruhk. Equidem unice probavi Mureti conjecturam. Tenent quidem *suadere* mssti, quos novimus, omnes : sed et

Digitized by Google

ut prodesse pluribus possim. Nullus[1] mihi per otium dies exit; partem noctium studiis vindico; non vaco somno, sed succumbo; et oculos, vigilia fatigatos cadentesque, in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus, sed
2 etiam a rebus[2], et primum a meis[3]. Posterorum negotium ago: illis aliqua, quæ possint prodesse, [4]conscribo: salutares admonitiones, velut medicamentorum utilium compositiones, litteris mando; esse illas efficaces in meis ulceribus[5] expertus, quæ, etiamsi persanata non sunt, serpere[6] desierunt. Rectum iter, quod sero cognovi et lassus errando, aliis monstro. Clamo: « Vitate quæcumque vulgo placent, quæ casus attribuit! ad omne fortui-
3 tum bonum[7] suspiciosi[8] pavidique subsistite! Et fera, et piscis, spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista for-

interim tenent. Istud *suadere* haud dubie ab homine erat invectum, qui non meminisset verbum *sedere* percommode a Seneca hic poni potuisse pro *residere*, *otiosum sedere*. Quo facto, *Quid* a nonnullis in *Quod* mutatum est: sed alii *Quid* tenent. Et cod. *c.* quidem præterea pro *ego* habet *ergo*, ne id quidem male: *Quid ergo? tibi videor*, etc. *Schw.*

1. *Nullus..... exit.* Quisnam Titi imperatoris illud celeberrimum non recordabitur; diem non perdidi! Cf. Plinii Panegyr. LXVIII, 2, ibi Schwarz. *Ruhk.*

2. *Sed etiam a rebus.* Ignorant *etiam* mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* et ed. *A.* nec fortasse injuria; amat enim illam brevitatem Seneca. *Schw.*

3. *Primum a meis.* Placet *primum*, ex ed. Rom. propagatum: nam *imprimis*, quod musti nostri habent, ex scholio esse videtur. Tum *a rebus meis* dabat ms. *b.* cum *Par. a. b. d.* et ed. Rom. *A meis rebus* ms. *c.* et ed. *A.* Vocem *rebus* merito (me judice) delevit Muretus, ut ex scholio natam. *Schw.*

4. *Illis aliqua..... conscribo.* Spectant hæc imprimis, ut opinor, ad Senecæ Moralium libros nunc deperditos, in quibus de omni materia ad Philosophiam morum spectante fusius disputaverat, ut innuit ipse Epist. CVI, 2. CVIII, 1. CIX, 14. Cf. Lactant. I, 16. II, 2. VI, 17. *Ruhk.*

5. *Ulceribus. Vulneribus* habet ms. *c. Schw.*

6. *Serpere.* I. contagione grassari, ingravescere. De ulceribus est vox propria. *Ruhk.*

7. *Ad omne fortuitum bonum..... subsistite.* Nam Stoicorum dogma est, illa tantummodo bona esse in iisque rebus ponenda, quæ in nostra potestate sint. Arrian. Diss. Epict. II, 16, 1. Antonin. VI, 32. Hinc *fortuita* idem valent, quod *aliena* § 8. Cf. Cort. ad Sallust. Jug. I. *R.*

8. *Suspiciosi* recte mss. cum edd.

Digitized by Google

tunæ putatis? insidiæ sunt. Quisquis vestrum[1] tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, ista viscata beneficia[2] devitet; in quibus hoc quoque miserrimi fallimur: habere nos putamus, hæremus[3]. In præcipitia cursus iste deducit; hujus eminentis vitæ exitus, cadere est. Deinde ne resistere quidem licet, quum cœpit transversos agere felicitas. Aut saltem[4] rectis, aut semel ruere[5]! Non vertit 4

non *subsidiosi*, quod commendaverat Scaliger. *Schw.*

1. *Vestrum.* Mss. cum ed. *A.* Vulgo *nostrum*. *Schw.*

2. *Beneficia. Viscata beneficia* bene nominat illa bona, quæ nos ab officio avocare, et morbis quos vocant Stoici, i. perturbationibus implicare solent. *Ruhk.*

3. *Hæremus.* Neutiquam sperno vulgatum *habemur*, quod a Pinciano commendatum recepit Mur. et agnoscit noster ms. *c.* cum ed *A.* Sed græcum verbum ἰχνεύθαι percommode exprimebatur latino *hæremus*, quod cum ed. Rom. dedit ms. *b. Par. a. d.* (nescio an et *Par. b.*) et Gruteri codices omnes: et apte quadrat hoc verbum cum *viscatis beneficiis*, paulo ante nominatis. Accedit quod et alibi permutata inter se verba *hærere* et *habere* in mss. nostris reperiuntur, ut XI, 31, 3. *Schw.* — Ruhk. protulit *habemur*, quæ vulgata, inquit, recte defenditur codd. Pinciani, Erasmi et Mureti. Accedit quod antithesin amat noster: eademque sententia sæpius apud illum fere iisdem verbis expressa reperitur: Ep. CXIX, 12. *Sic divitias habent, quomodo habere dicimus febrem, quum illa nos habeat.* De Vita Beata, cap. 22; *ad postremum divitiæ meæ sunt, tu divitiarum es.* Sic et Valerius: *Procul dubio hic non possedit divitias, sed a divitiis possessus est.* Est Bionis vetus dictum in avarum; οὐχ οὗτος τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον. Non iste bona possidet, sed bona ipsum.

4. *Aut saltem.* Tenet *saltem* ed. *A.* cum aliis libris: sed *solum* habet ms. *c.* scilicet ex scholio, et commodo illo quidem; nam illa h. l. vis vocabulo *saltem* (sive *saltim* malueris cum ed. Rom. et duobus Opsopœi codd.) inest. *Schw.*

5. *Aut semel ruere!* Opsopœi hæc conjectura erat, quam certissimam equidem judicavi, et miratus sum a nemine receptam. Editt. vett. et ms. *Par. a. aut temet fruere*, quod revocavit Ruhk. postquam *fruerís* posuerant alii cum Lipsio, quod ex nonnullis Gruteri codd. ductum. Sed *semel fuere* dat noster ms. *b.* cum *Par. b. d.* et aliis. Ops. et Grut. Jam confer Ep. LXXI, *ne hoc quidem miserum rvip. contingat, semel ruere!* et XXII, *Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quam semel cadere*: nec dubitabis, *ruere* h. l. scripsisse Senecam, alludentem ad votum a gubernatore navis fieri solitum: « Contingat mihi, *aut saltem rectis* (velis) navigare, portumque tenere, *aut semel ruere!* » Conf. Ep. LXXXV, ibique Lipsium: adde Ernest. Clav. Cic. voc. ὀρθὰν τὰν ναῦν. Sic perapte cum istis cohærent proxima verba: *Non vertit fortuna* (scilicet, Qui fortunæ in se potestatem

Digitized by Google

fortuna, sed cernulat[1] et allidit. Hanc ergo sanam et salubrem formam[2] vitæ tenete[3], ut corpori tantum indulgeatis, quantum bonæ valetudini[4] satis est. Durius tra-

facit, ei istud non contingit: sæpe enim fortuna non subito ac semel evertit navem); sed *cernulat* (i. e. circumagit eam) et *allidit:* ubi simplex verbum *vertit*, pro vulgato *evertit*, dedit ms. *b.* cum *Par. b. d.* et Opsopœi omnibus. Quorum ex codicum consensu delevi etiam verba ista, *Qui hoc faciunt;* quæ ante hæc, *non vertit fortuna*, inserta vulgo legebantur: scilicet imperite huc inculcata ex scholio, quod ad aliam in præcedentibus verbis scripturam spectabat. Nam pro istis, *aut semel ruere*, in ms. *c.* et in ed. *A.* scribitur *aut timet facere eos:* et in vetustiore quodam exemplari ad vocem *eos* spectaverat scholion hujusmodi, *scil. qui hoc faciunt*, quæ ipsa verba in eodem ms. *c.* et in ed. *A.* temere in contextum recepta sunt. Ineptius etiam *Par. a. aut temet fruere eos scilicet, qui faciunt.* — Sic Schweighæuserus: Ruhkopfius contra: « *aut saltem rectis, aut temet fruere*, lectio est, inquit, fere omnium codd. et sic fere Erasmus: *Aut rectis saltem, aut temet fruere.* H. e. Aut emendatorum hominum consortio fruaris, vitatis quæ vulgo placent, aut, si hoc tibi non contingat, recede in te ipsum, tibi vive. At Muretus his verbis nullum idoneum sensum inesse putans, e sua conjectura dedit: *aut rectus ista, aut semel fuge.* Nec Gronovius vulgata contentus emend.: *Aut statum rectus, aut temet tene; non vertet fortuna; se cernuet et allidet.* Equidem vulgatam teneo, nec hic quædam, ex Lipsii opinione, excidisse puto. » — Quo de loco Lipsius desperans: Ego non attollo hunc locum, imo depono.

1. *Sed cernulat.* Pro *cernulat* præter rationem *cernuat* posuit Ruhk. quod nusquam nisi in ed. Erasm. reperitur. *S.* — Lipsius: Ergo minus hoc est quam evertere quod præivit: an majus? Sane qui *cernuum* se abjicit, præcipitat et quod hic addit, *allidit. Cernulat* autem in glossario explicatur κυβιστᾷ· in caput se jacit pronum. *Ruhk.*

2. *Formam vitæ tenete.* Ratio vitæ ita instituatur, ut beneficiis istis fortunæ bene careas, parum sollicitus, utrum domus tua sit casa s. tugurium, an *lapide vario* i. marmore varii coloris externo (Plin. XXXIII, 1) exstructa. Marmora autem Paria, Carystia, Hymettia, Numidica, etc. ideoque gentium alienarum domibus exstruendis ornandisque esse adhibita vel ex Plin. libr. XXXVII, notum est: Italiæ enim marmora illis posthabita sunt, e. c. Lunense marmor (Carrarium nunc vocant), quod etsi non longe ante Cæsarem inventum esset (Strabo, V, 2, 5, p. 130, ed. Lips. jam memorat. cum laude); diu tamen peregrinis illis cessit honore, nec a delicatioribus facile adhibitum esse videtur. Sed hoc in disquisitione de ætate statuæ Apollinis (in Belvedere dicti) ad liquidum deductum est. Cf. *Les œuvres de Raph. Mengs*, T. II, p. 9 sqq. *Ruhk.*

3. *Tenete*, et *indulgeatis*, pro vulgatis *tenere memento*, et *indulgeas*, commode dedere mss. nostri *b. c.* aliique. *Schw.*

4. *Valetudini.* H. l. et alibi constanter *valitudini* per *i* scribunt codd. nostri. *Schw.*

Digitized by Google

ctandum est, ne animo male pareat : cibus famem sedet, potio sitim exstinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta corpori[1]. Hanc utrum cespes erexerit, an varius lapis gentis alienæ, nihil interest : scitote[2] tam bene hominem culmo, quam auro tegi. Contemnite omnia, quæ supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogitate[3], nihil præter animum esse mirabile; cui magno nihil magnum est[4]! »

Si hæc mecum[5], si cum posteris loquor, non videor tibi plus prodesse, quam quum ad vadimonium[6] advocatus descenderem, aut tabulis testamenti annulum imprimerem, aut in senatu candidato vocem et manum commodarem[7]? Mihi crede : qui nihil agere videntur, majora agunt; humana divinaque simul tractant. Sed jam finis 6
faciendus est, et aliquid, ut institui, pro hac epistola dependendum. Id non de meo fiet : adhuc Epicurum replicamus[8], cujus hanc vocem hodierno die legi : « Philo-

1. *Infesta corpori.* Tenui hoc, ab Erasmo primum sic editum, quum *corporis* dedissent superiores cum mastis *b. c.* et *Par. a. b. d. Schw.*

2. *Scitote*, et *contemnite*, commode rursus dedere mss. *b.* et *c.* cum ed. *A. Et scitote* etiam ex *Par. b.* et *d.* adnotatum. Vulgo rursus in sing. *scito*, et *contemne. Schw.*

3. *Cogitate* noster *b.* cum duobus Ops. et Pal. sec. apud Grut. Alii *cogita*. Sed *cogitate* superest etiam in ed. Rom. nisi quod in duas voces ibi divisum verbum, *cogita te :* ex quo prognata scriptura (inde ab ed. Tarv. vulgata) *cogita in te. Schw.*

4. *Cui magno..... est.* Quæ si cum animo sapientia imbuto comparaveris, parvi sunt momenti. — *Lagrange* vertit : *Est-elle grande* (l'ame) : *tien ne sera grand pour elle.*

5. *Si hæc mecum* ms. *b.* et *Par. a. b. d.* Vulgo *si hoc mecum.* Dein ms. *Par. a.* et nonnulli apud Grut. *si hæc cum posteris;* sed alii, et quidem iidem fere qui ante *hæc* habent, dein *si hoc cum post;* ubi equidem abjiciendum pronomen judicavi, utpote ex scholio repetitum. Præpositio *cum*, ante *posteris*, deest *Par. a.* et *Arg. c. Schw.*

6. *Ad vadimonium advocatus*, ab amico reo tanquam sponsor præsentiam amici coram judice mea fide et periculo meo promittens. Clav. Cic. *R.*

7. *Aut.... commodarem :* nam sub Tiberio Comitia e Campo in Curiam sunt translata. Tacit. Annal. I, 15, Plin. Epp. III, 20. *Ruhk.*

8. *Epicurum replicamus. Complicamus* fuerat a pr. manu in nostro ms. *b.* idque ipsum tenet ms. *c.* et

Digitized by Google

sophiæ [1] servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. » Non differtur in diem, qui se illi subjecit et tradidit. Statim circumagitur [2] : hoc enim ipsum, philosophiæ servire, libertas est. Potest fieri, ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius, quam
7 nostrorum? quid est tamen, quare tu istas Epicuri voces putes esse, non publicas? Quam multa poetæ [3] dicunt, quæ philosophis [4] aut dicta sunt, aut dicenda! Non attingam tragicos, aut togatas [5] nostras (habent enim hæ

ed. *A.* et Rom. cum msstis *Par. a. b.* et Opsopœi omnibus, et Gruteri *Pal. sec.* Unde probabilis fiebat scriptura *compilamus;* quam ex antiqua correctione præfert hodie noster ms. *b.* et unice agnoscit *Par. d.* eamdemque, ab Erasmo in Append. commendatam, in contextu posuerat Curio, tenueratque Muretus. *Sentitenim* (inquit Erasmus) *se suffurari ex Epicuro quæ tradit.* Cum quo convenit quod ipse Seneca Epist. IV, ait, *ex alienis hortulis sumtum;* et Ep. XIV, sub fin. *propositum est aliena laudare.* Placuit tamen *replicamus* (id est, evolvimus, legimus), quod primus Lipsius recepit e suo libro, consentientibus aliis Pinciani et Gruteri msstis. Nempe adhuc in Epicuri lectione versabatur Seneca; et ex his, quæ quolibet die legerat, communicare aliquid cum Lucilio suo voluit. *Schw.*

1. *Philosophiæ..... libertas.* Egregie idem asserit Epictetus in Arrian. Diss. II, cap. 1, ubi § 25, ait: Οἱ φιλόσοφοι λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐλευθέροις εἶναι, εἰ μὴ τοῖς πεπαιδευμένοις. Dicit autem Stoicos. Eodem sensu Zenodotus Stoicus in Brunkii Analect. II, 78, Zenonis disciplinam μαχαίρα ἐλευθερίας appellat. Nam sapiens solus rex et liber est. Cf. Cicero, de Finib. lib II, cap. 75, Paradox. V, Epictet. Diss. IV, 1, de libertate, ubi vide quoque Uptonum. *Ruhk.*

2. *Circumagitur.* Στρέφεται, manumittitur ritu solemni coram prætore per vindictam *Ruhk.*—Lipsius: *Circumagitur:* ad Romanum ritum, quo manumissi, manu capiti impositā, in orbem vertebantur. Persius: « Verterit hunc dominus, momento temporis exit Marcus Dama. » Horatius: .....« Quibus una quiritem Vertigo facit. » Ritus qui significabat, liberos jam esse, huc et illuc ire posse, quo vellent.

3. *Quam multa poetæ dicunt.* Sic primus Muretus, nescio ex libris, an ex ingenio. Msti quidem nostri et *Par. a. b. d.* cum ed. *A.* et Rom. *Quam multi* præferunt, quod et ipsum ferri poterat. *Schw.*

4. *Philosophis.* Quæ *a philosophis* edd. Nos prætulimus, in ms. *b.* nonnisi a sec. manu adsutam, abjecimus cum mss. *Par. a. b. d.* et aliis apud Ops. *Schw.*

5. *Aut togatas.* Commodius *nec tog.* ms. *b. Par. a. b. d.* et alii apud Ops. et Grut. quod repositum malim. *S.* — Togatas comœdias, quæ argumenta Romana tractabant, et admodum ludicra. *Ruhk.*

Digitized by Google

quoque[1] aliquid severitatis[2], et sunt inter comœdias et tragœdias[3] mediæ): quantum disertissimorum versuum inter mimos jacet! quam multa Publii[4], non[5] excalceatis, sed cothurnatis[6] dicenda sunt! Unum versum ejus, qui 8
ad philosophiam pertinet, et ad hanc partem quæ modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in[7] nostris habenda:

Alienum est omne, quidquid optando venit[8].

Hunc versum[9] a te dici non paulo melius et[10] adstrictius memini:

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

1. *Hæ quoque*, scil. togatæ. Sic commode edd. inde ab Erasm. et sic *Par. d. Hæc quoque* noster *b.* et *Par. a. b.* cum ed. Rom. Pronomen omnino nescit noster *c.* cum ed. *A.* in quibus paulo ante scribitur *togatos nostros*, quod est item in ed. Rom. sed *togatas nostras* tenet ms. *b.* cum aliis. *Schw.*

2. *Severitatis* bene edd. nec aliud ex mss. Paris. aut ex Pinciani, Opsopœi aut Gruteri codd. notatum reperio: sed *serenitatis* habet ms. *c.* cum ed. *A. Securitatis* ms. *b.* quod et e suo vet. cod. annotavit Juretus, *serietatis* scriptum opportuisse suspicatus. *Schw.*

3. *Et tragœdias. Ac trag.* ms. *c.* commode, quum paulo ante præcesserit *et*; nam variare istas particulas amat auctor noster. *Schw.*

4. *Publii.* De Publio Syro mimographo Laberii æquali et æmulo cf. not. ad Consol. ad Marc. IX, 4, de Tranquill. An. XI, 6. Vixit sub Cæsare et denatus est sub Augusto. Vide Fabricii Bibl. lat. Tom. I, p. 477, sq. Ern. *Schw.*

5. *Excalceatis.* Quod in mimis et comicis, qui socco, non cothurno utebantur. *Lipsius.*

6. *Cothurnatis.* Tragicis, quorum altiores hi calcei, ut magis sublimes et augustæ essent regum aut principum illæ personæ. Noster Epist. LXXVII, ut cothurnati, simul exierunt, excalceantur et redeunt ad staturam suam. *Lipsius.*

7. *In nostris.* A Mureto hoc est, ac vereor ne invitis omnibus vetustis libris. Sane *in nostro* (id est, in eo quod nostrum est) dant communi consensu mss. nostri *b. c. Par. a. b. d.* et Gruteri *Pal. sec.* et *Col.* cum ed. *A.* et ed. Rom. Ad eamdemque scripturam referebatur scholion, *in proprio*, quod in *Pal.* 1, 3, 4, contextum occupavit. *Schw.*

8. *Optando venit.* Non deterius est *evenit*, quod cum ed. *A.* agnoscunt nostri mss. *b. c.* et *Par. a. b. d. Pal.* 1, 4, et *Col. Schw.*

9. *Hunc versum.* In quonam poemate hi versus occurrerint, ignoramus. *Ruhk.*

10. *Non paulo melius et adstrictius.* Istud *et* a Mureto est. Superiores edd. et mssti libri (quod sciam)

Digitized by Google

Illud etiamnunc melius dictum a te non præteribo :

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

Hoc non imputo in solutum, de tuo tibi [1]. Vale.

omnes *sed* præferunt. Quæ si vera scriptura est, (quod facile equidem mihi persuaserim), fuerit elliptica locutio, quales amavit Noster, idem valens ac si dixisset, *non modo paulo melius, sed et adstrictius*. Similiter verbi causa, Epist. XVIII, extrema ait : *ira vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis :* id est, *non modo moderationis causa, sed et sanitatis.*

1. *De tuo tibi.* Tibi do quæ tua sunt.

EPISTOLA IX.

DE SAPIENTIS AMICITIA.

Stilponi Megarensi et Stoicis objecerat Epicurus, male eos dicere : sapientem se ipso esse contentum, ideoque amico non indigere. An recte hæc ab Epicuro reprehensa sint scire desideraverat Lucilius. Respondet noster, hanc reprehensionem non cadere in Stoicos, quippe qui aliam ἀναίθειαν, quam Stilpo cum suis acciperent. Megarici enim omnem mali sensum in sapiente excludunt, Stoici non item. Atque licet utrisque commune sit dogma illud vere magnificum, sapientem seipso esse contentum ; amico tamen Stoicus et gaudere potest, et revera gaudet, quanquam et sine amico esse possit. Enimvero quum faciendarum amicitiarum pēritissimus sit, nunquam amico carebit. Egregie huc facit Hecatonis dictum : Si vis amari, ama ; et illud Attali : Jucundius esse, amicum facere, quam habere. Quibus allatis, docet ideo præsertim a Stoico sapiente desiderari amicum, ut amicitiam exercere possit, non ut ea sibi auxilium comparet, ad modum Epicuri, qui utilitatis causa amicitias jungendas esse præcepit, temporarias illas quidem, quæ Stoico satisfacere non possunt. Altera ex parte perperam interpretantur sapientem. Non se contentus est ad vivendum, sed ad beate vivendum. Nulla re indiget, sed multis illi rebus opus est, ideoque et amico, ut vivat, non ut beate vivat. Naturali autem irritatione ad amicitiam, ad conjugium, etc. fertur : appetit societatem, nec abest amor sui. Si tamen ei idem quod Stilponi acciderit, et ille omnibus amissis, sua se virtute involvet. Neque tamen Epicurum dissimilia his docuisse monet ; quippe qui dixerat : Si cui sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.

Huic Apathiæ descriptioni, quam apud omnes fere Stoicos iteratam invenimus, utique posteaquam Peripatetici duriorem, quam primi Stoæ magistri

Digitized by Google

stituebant, apathiam impugnaverant, multo major laus tribui debet, quam illi antiquiori : quanquam nec sic omnes, quibus systema laborabat, difficultates effugere poterant Stoici. Cf. Lipsii Manuduct. III, Diss. 10, 9, et Tiedemanni *System der stoischen Philosophie*, III, p. 187 sqq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

An merito reprehendat in quadam epistola Epicurus eos, qui dicunt sapientem se ipso esse contentum, et propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc objicitur Stilponi[1] ab Epicuro, et his[2] quibus summum bonum visum est[3] animus impatiens[4]. (In ambiguitatem incidendum est, si exprimere ἀπαθείαν[5] uno verbo[6] cito voluerimus, et *impatientiam*[7] dicere. Poterit enim contrarium ei, quod significare volumus, intelligi. Nos[8] eum 2
volumus dicere, qui respuit omnis mali sensum : accipietur is, qui nullum ferre possit malum. Vide ergo, num satius sit, aut *invulnerabilem animum*[9] dicere, aut *ani-*

1. *Stilponi. Stilboni* mss. *b. c.* et editt. *A.* et Rom. *S.* — *Hoc objicitur Stilponi* de quo philosopho Megarensi in Antiquitate celeberrimo, Zenonis magistro, qui floruit circa Ol. CXX, cf. Fabricii Bibl. Græc. III, p. 627, ed. Harl. et de Constantia Sap. V, 3, not. *Ruhk.*

2. *Et his* sc. Stoicis. Multa autem dogmata Megaricis et Stoicis fuere communia, inprimis illud de Apathia. *Ruhk.*

3. *Visum est*; *visus est* ms. *c.* sed vulgatum tenet ed. *A. Schw.*

4. *Impatiens.* Ex ratione a nobis recepta (de qua in præf. dixi), *inpatiens* scribere debueram cum nostro ms. *b.* et deinde. *Schw.*

5. Ἀπαθείαν. *Aphatian* ms. *b.* Alii cum ed. *A.* et Rom. *affatim* aut *affatiam. Schw.*

6. *Cito* omnium codd. et edd. ante Pincian. lectio, quam ille et Dionys. Godofredus conjectur. et var. lect. (Basil. 1540, 8, per Euseb. Episcopium) p. 18 in *scite* emendavit. Enimvero hæc Senecæ sententia non fuit, si statim ἅπ. uno verbo exprimere v., sit, posset hoc fieri. At scite id non factum esse, ambiguitas interpretationis satis docet. Scitius factum esset, verbo : imperturbatio, cum Lipsio, delecto. Simili modo Cicero Tusc. Disp. I, c. 7, omne pronuntiatum (sic enim mihi in præsentia occurrit,) ut appellarem ἀξίωμα, etc. Restituendum itaque duxi. — Sie Ruhk. quem Schw. probat.

7. *Impatientiam*, ubi quidem perperam idem *Arg. b. impatiam* scribit. *Schw.*

8. *Nos eum.* Vulgo *Nos enim eum* invitis mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* aliisque. *Schw.*

9. *Invulnerabilem animum.* Parum scite exprimit meo quidem sensu:

Digitized by Google

mum extra omnem patientiam[1] *positum*[2].) Hoc inter nos et illos interest : noster sapiens vincit quidem incommodum omne, sed sentit ; illorum, ne sentit quidem[3]. Illud nobis et illis[4] commune est, sapientem se ipso esse contentum : sed tamen et amicum habere vult, et vicinum, et contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat. Vide quam sit se contentus ; aliquando sui parte contentus est, si illi manum aut morbus, aut hostis exciderit[5]. Si quis oculum casu excusserit[6], reliquiæ illi suæ satisfacient ; et erit imminuto[7] corpore et amputato tam lætus, quam integro

cur non *imperturbabilem animum* potius? cur non uno verbo (licet enim fingere) imperturbationem? *Lips.*

1. *Patientiam.* Vox hoc sensu, quo Græci τῷ πάσχειν, τῷ παθητῷ utuntur, Stoicis propria, ad sensum declarandum. Cf. Ep. XIII, 6. Abest igitur a vulgari significatione quam definit Cicero de Inventione II, 54. Sentit quidem Stoicus sapiens malum, sed ita ut nullus inde affectus oriatur, nullum vulnus morbumque accipiat. *Ruhk.*

2. *Positum.* Hæc omnia quæ intra parentheses includuntur, in versione sua *Lagrange* omisit, ne admonito quidem lectore ; quia, ut arbitramur, quæ amphilogia versatur in Latino verbo impatientia, quo et animus ullius doloris expers et animus ulli ferendo dolori impar exprimitur, non occurrit in Gallico, quod prætulit, verbo, *apathie.*

3. *Illorum, ne sentit quidem.* Nemo ignorat verbum illud Stoici philosophi Posidonii, qui doloribus podagræ cruciatus maximis, quumque ei quasi faces doloris admoverentur, sæpe dixit : «*Nihil agis, dolor, quamvis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum.*» Illud enim Stoici negabant malum dici posse quod turpe non esset.

4. *Nobis et illis*, mss. *b. c.* et *Par. b. d.* cum ed. *A.* et Rom. (Hoc scripturæ compendio ed. Rom. insignire dehinc licuerit priscam *Romanam editionem.*) *Schw.*

5. *Exciderit*, mss. *b. c.* et *Par. b. d.* Vulgo *inciderit. Schw.*

6. *Casu excusserit.* Sic quidem ed. Rom. et aliæ ante Mur. idque, a Ruhk. temere instauratum, in nostram irrepsit. Repone *casus excusserit*, quod ex Pinciani msstis jam pridem Muretus receperat, tenentque *Arg. b. c.* et ed. *A.* cum msstis Paris. et tribus Gruteri. Sed et distinctionem orationis h. l. paululum mutatam velim, in hunc modum : *aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit, si quis oculum casus excusserit*, etc. *Schw.*

7. *Imminuto corpore..... quam integro.* Primum vocab. in duo divisum exhibent *b.* et *c. in minuto*, et ad eamdem rationem dein *in integro* scribunt. *Schw.* — *Imminuto..... tam lætus, quam integro.* Sic de Mecena noster *Lafontaine :*

Mécénas fut un galant homme.

Digitized by Google

fuit. Sed[1], quæ sibi desunt, non desiderat; non deesse mavult. Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico, sed ut possit; et hoc, quod dico, possit, tale est: amissum æquo animo fert. Sine amico quidem nunquam erit: in sua potestate habet, quam cito reparet[2]. Quo- 4
modo, si perdiderit Phidias[3] statuam, protinus alteram faciet: sic et hic, faciendarum amicitiarum artifex, substituet alium in locum amissi. Quæris, quomodo amicum cito facturus sit? dicam[4]; si illud mihi tecum convenerit, ut statim tibi solvam quod debeo, et quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Hecaton[5] ait: « Ego tibi monstrabo amatorium[6] sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficæ carmine. Si vis amari, ama[7]! » Habet autem

Il a dit quelque part : Qu'on me rende impotent,
Cul-de-jatte, goutteux, manchot, pourvu qu'en somme
Je vive, c'est assez, je suis plus que content.

Quanquam et Seneca et Mecenas longe alio sensu fere eadem loquebantur: quum ille timore mortis induceretur ut reliquis contentus esset, hic autem contemptu omnium quæ ad virtutem non pertinerent.

1. *Sed, quæ sibi desunt, non desiderat; non deesse mavult.* Sic ms. *b.* et alii apud Ops. et Grut. cum ed. Rom. Trajectionem verborum (*quæ sibi desunt; non desiderat deesse mavult*), quam ex Pinciani conject. adoptavit Mur. et alii, nullus codex mstus agnoscit. Erasmianam scripturam, *num desiderat?* quam Ruhk. revocavit, ex uno *Par. a.* enotatam reperi. In nostram lectionem consentiunt *Par. b. d.* et *Arg. c.* nisi quod isti vitiose *sunt* pro *desunt* habent; hic autem *nec deesse*, pro *non deesse. S.*

2. *Reparet; reperiet* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

3. *Phidias.* Celeberrimus ille coævus Periclis et Socratis, idemque artifex laudatissimus, cujus statuæ immortales exstabant Jupiter Olympiæ, Minerva Athenis. Vide Plin. XXXIV, 19 (8 sect. 19). De quo post Junii catalogum conferendi sunt Heyne Antiquar. Auffætze I, et Vœlkel in descriptione Jovis a Phidia confecti. Cf. Epis. LXXV, 34. *Ruhk.*

4. *Dicam..... convenerit.* Si hoc mihi ante permiseris, ut tibi solvam debitum, ideoque *paria faciamus*, i. e. neuter in alterius ære sit. *Ruhk.*

5. *Hecaton* recte ms. *b.* cum edd. inde ab ed. Tarv. *Hechaton* ed. Rom. *Catho* ms. *c. Schw.*

6. *Amatorium*, philtrum, quo et pertinent *medicamenta* i. venena, et *herbæ*, succi herbarum, φάρμακα, et *carmina*, incantationes. Cf. Tibulli El. II, 4, 55 sqq. et Ovidii Art. amat. II, 99, 599; ubi simile præceptum occurrit: « ut ameris, amabilis esto. » *Ruhk.*

7. *Ama.* Frequens hoc præceptum veteribus. Nonnulla laudat VVernsdorf ad Poet. Lat. Min. T. IV, p. 258

Digitized by Google

non tantum amicitiæ usus, veteris et certæ, magnam vo-
5 luptatem, sed etiam initium et comparatio novæ[1]. Quod interest inter metentem agricolam, et serentem; hoc inter eum qui paravit amicum, et qui parat. Attalus[2] philosophus dicere solebat : « Jucundius esse amicum facere, quam habere; quomodo artifici jucundius pingere est, quam pinxisse. » Illa in opere suo occupata sollicitudo, ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non æque delectatur, qui ab opere perfecto removit manum : jam fructu artis suæ fruitur; ipsa fruebatur arte, quum pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior.

6 Nunc ad propositum revertamur. Sapiens, etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult; si ob nihil aliud[3], ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus ja-

ad Saleii Bassi Carm. ad Pison. 120. *Ruhk.*

1. *Habet autem non tantum amicitiæ usus, veteris et certæ, magnam voluptatem, sed etiam initium et comparatio novæ.* Sic felicissime a Mureto curatus hic locus est, olim msstis et editt. vett. in hunc modum corruptus: *Habes autem non tantum usu* (*in usum* ms. *c.* et ed. *A.*) *amicitiæ..... comparationem novæ.* (Taceo voc. *autem* deesse ed. Ruhk.) Cujus corruptelæ origo inde derivanda videtur, quod vetus aliquis scriba ob præcedentia verba, *Si vis amari, ama*, etiam proxime sequens verbum in secunda persona efferendum putaverit. Sin tenendum illud *Habes* statuerit aliquis, accipienda tota ista ῥῆσις fuerit pro continuata *Hecatonis* oratione, et loco scripturæ *usu*, vel *in usum*, quam habent libri, nude *usum* legendum. Quidquid sit, ex veteris scripturæ vestigiis leviter mutatum contextum nostrum velim. Scilicet, trajectis duobus verbis, et deletis duabus virgulis quibus vulgo distinguebatur oratio, sic scriptum oportebat : *Habet autem non tantum usus amicitiæ veteris et certæ magnam volupt.*, etc. *S.*

2. *Attalus.* De eo Seneca pater in suasoria II, hæc habet : « Stoicus qui solum vertit a Sejano, magnæ vir eloquentiæ : ex philosophis, quos nostra ætas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus. » Cf. Epist. CVIII, 3. *Ruhk.*

3. *Ob nihil aliud* et mox *ob hoc* Erasmus al., nisi quod alii *aliud nisi ut e.* alii *si nihil aliud ut e.* omisso τῷ *ab*, et mox alii : *non hoc quod Epicurus*, alii *non ad hoc quod E.* legunt. *Ruhk.* — *Si ob nihil aliud.* Ignorat *ob* ms. *b.* non male. Cf. Ep. XXXVI. Mox vero nollem *ob hoc* ex aliis editionibus in nostram irrepsisset. Repone *ad hoc quod Epic.*

Digitized by Google

ceat : non ob hoc, quod Epicurus[1] dicebat in hac ipsa epistola, « ut habeat qui sibi ægro assideat, succurrat in vincula conjecto vel inopi ; » sed ut habeat aliquem, cui ipse ægro assideat, quem ipsum[2] circumventum hostili custodia liberet. Qui se spectat[3], et propter hoc ad amicitiam 7
venit, male cogitat : quemadmodum cœpit, sic desinet. Paravit amicum, adversus vincula laturum opem : quum primum crepuerit catena, discedet. Hæ sunt amicitiæ, quas *temporarias* populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est[4], tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedit[5] : circa eversos solitudo est[6] : et inde amici fugiunt, ubi [7]probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt, aliorum metu relin- 8
quentium, aliorum metu prodentium. Necesse est [8]initia

sic volentibus mostis omnibus. *Schw.*

1. *Epicurus.* Diogen. Laert. X, 120, ex emendatione Gassendi, qui ibi plura et ea egregia de amicitia ex mente Epicuri congessit : καὶ τὴν φιλίαν, διὰ τὰς χρείας εἶναι μὲν καὶ παρασκευάζεσθαι, καθὰ καὶ τὴν γῆν σπείρομεν. Vide et Plutarch. de amore prolis Tom. X, p. 75, ed. Hutt. si tamen locus ille sanus sit. Muretus laudat Horat. I. Serm. 1, 80 : « Aut si aliquis casus lecto te affixit, habes qui Assideat, fomenta paret, medicum roget, ut te Suscitet, ac reddat natis, carisque propinquis. » *Ruhk.*

2. *Quem ipsum.* Sic ed. Mur. et seqq. Rectius vero *quem ipse* edd. vett. cum mss. *b. c. Par. a. b. d.* et aliis : quod restitutum velim. *S.*

3. *Qui se spectat.* Ab istis verbis *Qui se spectat* novam Epistolam incipiunt mss. *Par. a. b. d.* et *Arg. c.* non *Arg. b. Schw.*

4. *Qui causa utilitatis adsumptus est.* Commodius, trajectis verbis *utilitatis causa* scribunt *Arg. b. c.* et alii apud Ops. *Qui*, et *assumptus est*, cum ed. Rom. et sqq. tenet noster *b.* et *Par. d. Quæ.....adsumta est* habent *Par. a. b.* et *Arg. c. S.*

5. *Circumsedit* recepi ex *Arg. b. Circumsedet* edd. cum *Arg. c.* et *Par. b. Circumsidet Par. a. d. Schw.*

6. *Solitudo est.* Vulgo *ingens solit.* Otiosum epitheton ignorant mss. nostri *b. c.* et *Par. a. b. d.* cum aliis. *S.* — Notissimum illud Ovidianum : « Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora si fuerint nubila, solus eris. »

7. *Probantur.* I. e. examini submittuntur. Laudat hæc verba satis apposite Bentleius ad Horat. Carm. 1, 35, 22. — Ennius : « Amicus certus in re incerta cernitur. » Lucretius : « Quo magis in dubiis homines spectare periclis Convenit, adversisque in rebus noscere qui sint. » *Ruhk.*

8. *Necesse est initia. Ut initia* ms. *b.* cum ed. *Schw.*

Digitized by Google

inter se et exitus congruant. Qui amicus esse cœpit, quia expedit, placebit ei[1] aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet præter ipsam[2]. In quid amicum paro[3]? ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exsilium sequar, cujus me morti et opponam et impen-
9 dam. Ista, quam tu describis, negotiatio est[4], non amicitia : quæ ad commodum accedit, quæ, quid consecutura sit, spectat. Non dubie aliquid habet simile amicitiæ affectus amantium : possis dicere, illam esse insanam amicitiam[5]. Numquid ergo quisquam amat lucri causa? numquid ambitionis aut gloriæ? Ipse per se amor, omnium aliarum rerum negligens, animos in cupiditatem formæ,
10 non sine spe mutuæ caritatis, accendit. Quid ergo? ex honestiore causa coit turpis affectus? — « Non agitur, inquis[6], nunc hoc, an amicitia propter se, an propter aliud

1. *Placebit ei.* Pronomen personale ignorant mss. *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d.* Ac fortasse ex interpretamento adjectum est. *Schw.*

2. *Si ullum in illa placet præter ipsam.* Vocab. *pretium*, quod post *placet* interserebant vulgo, ignorant mssti; nempe interpolatum ab homine, qui non animadvertisset, *ullum* apud Senecam idem valere ac *quidquam*, *res ulla*; quemadmodum frequenter *nullum* dicit, pro *nihil*.

3. *In quid amicum paro.* In *Arg. b.* ex correct. sic legitur, *Inquis amicum paro*, quod habent plerique Gruteri; sed idem *Arg. b.* olim habuerat, *In quid amicum paras?* quod etiam nunc est in *Par. b.* et ex alio item optimo codice (Nicotiano) laudatur ab Ops. *Inquit amicum paro* ed. *R.* et mss. *Par. a. d.* sed in *Par. a.* primum fuerat *paras*. In ed. Ven. est, *Inquies igitur amicum paro.* In *Arg. c.* et ed. *A. In quo amicum paras.* Quibus omnibus et inter se, et cum sequente oratione collatis, vide ne sic fortasse Seneca scripserit: *In quid, inquis, amicum paras?*

4. *Negotiatio est.* Cic. de Natura Deorum lib. II: « Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. » *Ruhk.*

5. *Amicitiam. Illam esse ins. amic. illum* ed. Ruhk. quod primum in ed. Lipsiensi 1702, reperi. Superiores omnes cum mssis *illum* tenent. *Schw.*

6. *Non agitur, inquis, nunc hoc, an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda; nam si propter se ipsam*, etc. Sic edd. omnes, inde ab ed. *R.* nisi quod inter duo verba *nunc hoc* particulam *de* interponunt, quam mssti etiam omnes agnoscunt, et primus delevit Muretus, Tulliani styli æmulus. Minime vero expeditus

Digitized by Google

ait expetenda; nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam accedere, qui se ipso contentus est. » — Quomodo ergo ad illam accedit? quomodo ad rem pulcherrimam: non lucro captus, nec varietate fortunæ perterritus. Detrahit amicitiæ majestatem suam, qui illam parat ad bonos casus. Se contentus est sapiens.

Hoc, mi Lucili, plerique perperam interpretantur: sa- 11
pientem undique submovent, et intra cutem suam [1] cogunt. Distinguendum est autem, quid et quatenus vox ista promittat. Se contentus est sapiens, ad beate vivendum, non ad vivendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est; ad illud tantum animo sano, et erecto [2], et despiciente fortunam. Volo tibi Chrysippi [3] quoque distin- 12

locus; cui nescio satisne medeatur optimi alioquin codicis Nicotiani lectio ab Ops. commendata: *Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam appetenda sit. Immo vero nihil magis probandum est. Nam si propter se ipsam expet.* Variant autem alii codices. Et *Par. b.* quidem si recte percepi, ita habet, *Non agitur, inquis, nunc de hoc an amicitia propter se ipsam expetenda est* etc., omissis mediis, quæ ab eisdem verbis *propter se* incipiebant. Noster *Arg. b.* vero, *Non ag. inq. nunc de ac* (i. e. *de hac*) *amicitia. Nam si*, etc. Rursus *Par. d. Non ag. inq. nunc de hoc, an amicitia propter aliud sit expetenda. Nam si*, etc. Sic et *Par. a.* nisi quod post *expetenda* verbum *dic* adjiciat. Denique *Arg. c.* et ed. *A. Non ag. inq. nunc de hoc an amicitia vera expeti per se debeat. Nam si*, etc. *S.*

1. *Intra cutem suam.* I. e. intra se. Proverbiale est, ut in Horatio (Serm. I, 6, 22): « quoniam in propria non pelle quiessem. » Martial. (Ep. III, 16, 6): « memento Intra pelliculam, cerdo, manere tuam. » *Lips.* — Sensus est: illi metiuntur sapientem ex se suisque viribus, ideoque sapiens submovetur, i. e. is, quem interpretantur, non amplius sapiens haberi meretur.

2. *Et erecto. Et recto.* ms. *b. Schw.*

3. *Volo tibi Chrysippi..... eget.* Muretus hic notat, non idem esse apud Stoicos: egere et indigere, i. e. δεῖσθαι et ἐνδεῖσθαι. Nam egere eum dicunt, qui ita caret aliqua re, ut angatur animo, et ejus desiderium non ferre possit: indigere autem eum modo, qui caret re aliqua, qua uti scit, quæque utilis esse ei potest. Illud est stulti, ideoque mali, φαύλου, hoc sapientis, σπουδαίου. Noster quidem hoc discrimen h. l. non observavit. Hæc attigit Cic. Tusc. Qu. I, multo melius Plutarch. in libro de communibus notionibus adversus Stoicos. Cf. Lipsius in Manud. III, Diss. II, qui hanc Chrysippi distinctionem ex Plutarch. l. l. affert: ὡς οὐ δέονται μὲν, ἐνδέονται δὲ οἱ φαῦλοι

Digitized by Google

ctionem indicare. Ait, « sapientem nulla re indigere[1], et tamen multis illi rebus opus esse : contra stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. » Sapienti et manibus, et oculis, et multis ad quotidianum usum necessariis opus est; eget nulla re[2] : egere enim, necessitatis est; nihil necesse sapienti est. Ergo, quamvis se ipso contentus sit, amicis illi opus est; hos cupit habere quam plurimos : non ut beate vivat; vivet enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instrumenta non quærit : domi colitur; ex se totum est. Incipit fortunæ
13 esse subjectus[3], si quam partem sui foris quærit. Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam conjectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in navigatione longa retentus, aut in desertum littus ejectus? Qualis est Jovis[4], quum resoluto mundo, et Diis in unum confusis, paulisper cessante na-
14 tura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus! Tale quiddam sapiens facit : in se reconditur; secum est. Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare,

(mali non egent, sed indigent). Cic. Tusc. Qu. IV, 9 : « indigentia libido inexplebilis. » *Ruhk.*

1. *Nulla re indigere.* Sic ms. *Arg. b.* et tres Gruteri cum edd. Poteram quidem *egere* corrigere, ut Ops. voluerat, ex aliorum omnium codd. præscripto; sed non erat necesse. Nec enim, ut Chrysippus pro sua subtilitate inter verbum δεῖσθαι et ἐνδεῖσθαι distinxerat, sic Seneca inter *egere* et *indigere*. Quod Chrysippo ἐνδεῖσθαι erat, id Senecæ perinde et *indigere*, et *egere* est (cf. Ep. XIV, p. 44, extr. et p. 45, 4) : quod δεῖσθαι Chrysippo, id Senecæ h. l. est *opus habere*, et *scire uti. Ruhk.*

2. *Eget nulla re.* Vulgo *sed eget*, invitis mss. qui non magis particulam *autem* agnoscunt, quæ *lin. seq.* vulgo inserta erat.

3. *Subjectus.* Sic mss. omnes et edd. ante Erasmum, qui primus *subjectum* vulgavit. *Ruhk.*

4. *Qualis est Jovis..... traditus?* Stoicorum dogma est (cf. Lipsii Manud. in Physiol. II, Diss. 22) : omnia conflagratione, ἐκπυρώσει, in se aliquando conversum iri. Ait igitur Noster, sapientem ita victurum in solitudine, si res ferat, ut Jovem exiguo illo tempore, quo conversis in se omnibus, ideoque et diis, paulisper a generatione cessat. Heracliti fuit illa opinio, quam Stoici adoptaverunt. Cæterum suum sapientem Jo-

Digitized by Google

se contentus est : et ducit uxorem, se contentus[1] : et liberos tollit, se contentus : et tamen non vivet, si fuerit sine homine victurus. Ad amicitiam fert[2] illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio. Nam, ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ. Quomodo solitudo in odium est[3], et appetitio societatis quomodo hominem homini natura[4] conciliat; sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus, quum sit amicorum amantissimus, quum illos sibi comparet, sæpe præferat; omne intra se bonum terminabit, et dicet quod Stilpon[5] ille dixit, quem Epicuri epistola insequitur. Hic enim, capta patria, amissis liberis, amissa uxore, quum ex incendio publico solus, et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit : « Numquid perdidisset? omnia, inquit, bona mea mecum sunt! » Ecce vir, fortis ac strenuus! ipsam hostis sui victoriam vicit. *Nihil*, inquit, *perdidi* : dubitare illum coegit an vicisset. *Omnia mea mecum sunt* : justitia, virtus, prudentia[6], hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes

vi assimilasse Stoicos constat. *Ruhk.*

1. *Se contentus.* Utrobique vulgo post *se contentus* repetitur verbum *est*, quod delevi cum ms. *Arg. b. S.*

2. *Ad amicitiam fert..... irritatio.* In his Noster nobiliori Stoicorum parti accessit : fuere enim quoque, qui amicitiam propter utilitatem petendam esse censent. Cf. Cic. de Fin. III, 21. *Ruhk.*

3. *Quomodo solitudo in odium est, et appetitio societatis*, etc. Ex mssis nostris restitui locum, corruptum vulgo et imperite interpolatum. *Schw.* Ruhk. et Lipsius sic proferunt hunc locum : *Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat*, etc.

4. *Natura.* Ad vocab. *natura*, spectat scholion in ms. *c. naturaliter*; quo indicabatur, in ablat. casu accipiendam esse vocem. *Schw.*

5. *Stilpon.* Eadem fere occurrunt in Senecæ libro de Constant. Sap. V, 3. De Demetrio Poliorcete similia narrat Plutarch. in ejus vita T. V, p. 16 sq. 6, 9. Reisk. *Ruhk.*

6. *Prudentia.* Vocab. *temperantia*, quod ante istud vulgo legeba-

Digitized by Google

sine noxa corporum transeunt : quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum et ruinas et ignes, illæsus et in-
17 demnis evasit! Vides, quanto facilius sit totam gentem, quam unum virum vincere? Hæc vox illi communis est cum Stoico : æque et hic intacta bona per concrematas urbes fert. Se enim ipse[1] contentus est; hoc felicitatem suam fine designat. Ne existimes nos solos[2] generosa verba jactare : et ipse Stilponis objurgator Epicurus, similem illi vocem emisit; quam tu boni consule, etiamsi hunc
18 diem jam expunxi[3]. « Si cui[4], inquit, sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. » Vel, si hoc modo tibi melius enuntiari videtur (id enim agendum, ut non verbis serviamus, sed sensibus) : « Miser est, qui se non beatissimum judicat, licet imperet mundo. » Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud Comicum[5] invenies :

Non est beatus, esse se qui non putat.

19 Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus? — Quid ergo? inquis, si beatum se dixerit ille turpiter dives, et ille multorum dominus, sed plurium servus : beatus sua sententia fiet? — Non, quid dicat, sed quid sentiat, refert : nec, quid uno die sentiat, sed quid adsidue. Non est autem quod verearis, ne ad indignum res tanta perveniat. Nisi sapienti, sua non placent : omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

tur, ignorant nostri mssti cum Ops. *S.*

1. *Ipse* ms. *b.* non *ipso. Schw.*

2. *Ne existimes. Nec existimes* unus ms. *c. Schw.*

3. *Hunc..... expunxi.* Hunc diem, quo tibi sententiam debebam, eo ex tabula debitorum meorum delevi, quia tibi debitum jam persolvi. Sunt qui male de bene exacto die intelligant. *Ruhk.*

4. *Si cui..... miser est.* Meminit hujus sententiæ Epicuri Diogen. Laert. X, 120, ubi vid. Menag. qui Ælian. V. H. IV, 13 laudat. *Ruhk.*

5. *Apud Comicum.* Vulgo *apud poetam comicum.* Mediam vocem ignorat noster *b. S.*—*Comicum*, Publium Syrum. Laudat Gruterus Erasmi Adag. 4504. Vide Lipsii Manud. II, Diss. 17. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA X.

DE SOLITUDINIS UTILITATE.

Solitudinem ut amet, hortatur. Quam etsi hominibus multis et iis imprudentibus utique non suadeat, quoniam malo iis et incommodo esse potius soleat, quam utilitati, Lucilio tamen, quippe cui multum fidat, potissimum commendandam esse putat. In salute et bona mente comparanda sit illa occupata. Quare monet, ut nonnisi ea, quæ eo spectant, Deum roget. Quibus monitis bene annectit Athenodori dictum : Nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Sic est! non muto sententiam : fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum velim. Et vide quod judicium meum habeas[1] : audeo te tibi credere. Crates[2], ut aiunt, hujus ipsius Stilponis auditor, cujus mentionem priore epistola feci, quum vidisset adolescentulum secreto ambulantem, interrogavit, « quid illic solus faceret ?—Mecum, inquit, loquor. — Cui Crates : Cave, inquit, rogo, et di-

1. *Quod judicium meum habeas.* Id est, quid de te ego judicem, vel *quid de te sperem*, ut haud multo post ait. Vulgo *quo..... abeat*, ex ed. Ven. Restitui scripturam ed. Rom. cui adsentitur ed. *A.* et ms. *c.* et *Par. d.* Etiamque noster *b.* et *Par. b.* tenent *quod*, sed vitiose *habeo* scribunt, quod paulo ante recte suo loco stabat (*non habeo cum quo te*, etc. sed ibi in nostro *b.* perperam in *habes* mutatum est, quum h. l. mutari debuisset. Quod post ista Gronovius in suo cod. inserta duo verba reperit, *mitti hæreas*; quæ ille ex *tibi hæreas* corrupta cènsuerat ; suspicor scribere voluisse librarium *multi* (scil. *multi codices* præferunt) *habeas*, quod erat scholion ad vitiosam scripturam *habet* spectans, quam idem codex hoc loco præferebat. Cæterum et alibi in mss. confundi verba *habere* et *hærere* jam notavimus ad Ep. VIII. *Schw.*

2. *Crates :* Cynicus philosophus, Thebanus, Ascondi filius, Diogenis discipulus. Anno circiter 325 ante Christum, florebat. Inter suos discipulos Zenonem habuit a quo Stoici orti sunt. *Ruhk.*

Digitized by Google

2 ligenter attende ne cum homine malo loquaris ! » Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur : nemo est ex imprudentibus [1] qui relinqui sibi debeat. Tunc mala consilia agitant ; tunc aut aliis, aut ipsis futura pericula struunt ; tunc cupiditates improbas ordinant ; tunc, quidquid aut metu, aut pudore celabat, animus exponit [2] ; tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. Denique, quod unum solitudo habet commodum, nihil ulli committere, non timere indicem,
3 perit stulto : ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, immo quid spondeam mihi (spes enim incerti boni nomen est) : non invenio cum quo te malim esse, quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo quædam verba projeceris, quam roboris plena [3]. Gratulatus sum protinus mihi, et dixi : non a summis labris [4] ista vene-

1. *Imprudentibus. Inprud.* scribitur in cod. *b.* At idem tamen mox *improbas* per *m* tenet. *S.* — *Imprudentibus.* I. e. philosophia non studiosis, φαύλοις. Bene laudat Lipsius Antisthenem, qui interrogatus : quid ex philosophia fecisset lucri? respondit : Posse mecum loqui et versari (τὸ δύνασθαι ἐαυτῷ ὁμιλεῖν), ap. Diogen. Laert. VI, 6. Contulisse non pœnitebit Horat. Serm. I, 4, 133 sqq. Sextii egregium exemplum habes ap. Nostrum III, de Ira, 36, 2. Cf. Cic. de Offic. III, 1. Fuisse hoc inter pythagorica præcepta constat vel ex Meiners *Geschichte der Wissensch.* I, p. 411. *R.*

2. *Exponit* merito ex msstis restituit Ruhk. pro *expromit*, quod quidem non (ut ait ille) Erasmus ex conjectura posuerat, sed ex Erasmi conjectura temere in contextu posuerat Muretus. Eodem vero h. l. idem Ruhk. non minus temere aliam conjecturam Gronovii recepit, proxime præcedentia verba sic scribens, *malus celabat animus.* Vocem istam *manus*, quam ex *malus* corruptam Gronovius censuerat, meliores libri (nostri quidem et Parisienses omnes) ignorant : nec *manus* scribere debuerat is, cujus ex calamo istud primum manavit *animus ;* scil. ex scholio, quo indicabatur, ad verbum *celabat* subintelligi idem vocab. *animus*, quod deinde verbo *exponit* adjectum est. Ex simili scholio factum videtur, ut in ed. Rom. (et inde in aliis ante Lipsium) vocab. *animus* ante *celabat* poneretur. *Schw.*

3. *Quam roboris plena.* Sic ms. *b.* quod prætuli vulgato *quanti rob. pl. Schw.*

4. *Non a summis labris :* proverbialis loquendi ratio de iis qui leviter rem tractant. Inde ἀπὸ δογμάτων et ἀπὸ χειλῶν λαλεῖν sibi opponuntur :

Digitized by Google

runt; habent hæ voces fundamentum! iste homo non est unus e populo; ad salutem spectat! Sic loquere, sic vive: vide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum veterum licet Diis gratiam facias [1]; alia de integro suspice: roga bonam mentem [2], bonam valetudinem animi, deinde [3] tunc corporis. Quidni tu ista vota sæpe facias? Audacter Deum roga: nihil illum de alieno rogaturus es. —Sed ut more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam, verum est, quod apud Athenodorum [4] inveni: « Tunc scito [5] esse te omnibus cupiditatibus solutum, quum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam! » Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima vota Diis insusurrant: si quis admoverit aurem, conticescent; et quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit: sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. Vale.

vid. Epictet. Diss. III, 16, 7. Cf. Ep. XX. Similiter dicebatur proprie de iis, qui in mortis limine constituti sunt: senilis anima in primis labiis est. Ep. XXX, 13. Gatack. in Misc. Advers. II, 6, p. 302. *Ruhk.*

1. *Gratiam facias*, i. e. remittas, non exigas. Ep. XX, 7. Cf. Aul. Gell. I, 12 not. *Ruhk.*

2. *Bonam mentem.* I. e. stoice, rectam s. perfectam rationem, mentem bene eruditam, judicii sanam. Eadem ferme occurrunt jam apud Platon. Alcib. 11. *Ruhk.*

3. *Tunc* abest a plerisque edd.

4. *Athenodorum.* Vide de hoc philosopho stoico, amico Marci Catonis Uticensis, ad c. III, 1, de Tranquillitate Animi pag. 339. *Ruhkopf.*

5. *Tunc scito.... palam.* Sublimis sententia! Cf. Heyne ad Tibull. II, 1, 84. Platon. Euthyphr. Tom. I, p. 32. Alcibiad. II, Tom. V, p. 95 sqq. Bip. Lipsius laudat nostrum de Benef. VI, 38. II, 1. Horat. I, Epp. 16. Martial. I, 40. Pythagoreorum præscriptum: clara voce precandum esse (μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσι), disce ex Clementis Alexandr. Stromat. libr. IV, prope finem. Hoc effatum et Macrobius Saturnal. I, 17, p. 226 Bip. tanquam præceptum philosophiæ secundum affert. In hæc eadem fere inciderat Gatack. ad M. Antonin. p. 93, 1, 7. Uptonusque ad Epict. Diss. Arrian. III, 13, 7. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XI.

QUID VALEAT SAPIENTIA AD EMENDANDA VITIA.

Lucilii amicum, qui se ad sapientiam composuerat, laudans, erubuisse narrat. Qua occasione utitur, de rubore quædam afferendi. Esse, autem, ait, ruborem pudoris signum idque egregium, quod adeo sapientem et constantissimum virum sequatur : comparere tamen interdum quoque in malis, ibique esse mali notam. Clausulam efficit dictum Epicuri : Eligas tibi virum bonum, quo velut inspectante vivas. Cf. Ep. XXV.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Locutus est mecum amicus tuus bonæ indolis; in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum jam etiam profectus[1], sermo primus ostendit. Dedit [2]nobis gustum, ad quem respondebit[3] : non enim ex præparato locutus est, sed subito deprehensus. Ubi se [4]colligebat, verecundiam, bonum in adolescente signum, vix potuit excutere : adeo illi[5] ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam quum se confirmaverit et
2 omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla

1. *In quo..... profectus.* Bona voluntas moresque egregii, deinde vires hunc animum excolendi, tandem ipse earum laudabilis usus intelliguntur. *Ruhk.*

2. *Dedit nobis.* Intersertam vulgo particulam *enim* ignorant mssti. *S.*

3. *Gustum... respondebit*, vita sua sequente efficiet, ut bona de eo concepta spes expleatur. *Ruhk.*

4. *Ubi se colligebat, verecundiam*, etc. Sic ex vet. cod.: corrigendum monuit Erasmus in Append. pro eo, quod in edit. vett. legebatur, *Ibi se colligebat verecundia*, quod ipsum et mssti *Arg.* et *Par.* aliique tenent. Muretus, reliquam adoptans Erasmi emendationem, insuper (nescio qua auctoritate) *collegit* edidit, pro *colligebat*, *Schw.*

5. *Adeo illi..... rubor.* Laudat Lipsius Diogenis Cynici dictum in juvenem, quem erubescere viderat : confide, talis virtutis est color, ap. Diog. Laert. VII, 54, ubi vide Menag. qui et post Lipsium Menandri comici versum affert : Ἐρυθριᾶν πᾶς χρηστὸς εἶναι μοι δοκεῖ. *Ruhk.*

Digitized by Google

enim[1] sapientia naturalia corporis, aut animi vitia ponuntur : quidquid infixum et ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et æstuantibus solet : quibusdam tremunt genua dicturis ; quorumdam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt[2]. Hæc nec disciplina, nec usus unquam excutit : sed natura vim suam exercet, et illo vitio sui etiam robustissimos admonet[3]. Inter hæc esse et ruborem scio, 3 qui gravissimis quoque viris subitus affunditur[4]. Magis quidem in juvenibus apparet, quibus et plus caloris est, et tenera frons ; nihilo minus veteranos et senes tangit. Quidam nunquam[5] magis, quam quum erubuerint[6], timendi sunt ; quasi omnem verecundiam effuderint. Sulla

1. *Nulla enim..... vincitur.* Videshic Senecam a rigidis Stoicorum decretis de sapiente dissentire : nam si Ciceron. de Fin. III, 9. Stob. Ecl. Ethic. p. 180, 183. Cant. et Diog. Laert. VII, 125, comparaveris, eum videbis ne naturali quidem corporis aut animi vitio succumbere. *Ruhk.*

2. *Labra concurrunt.* Sic Crassus in Cic. de Oratore : « equidem et in vobis animadvertere soleo et in me ipso sæpissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, et tota mente atque omnibus artubus contremiscam »

3. *Et illo vitio sui etiam robustissimos admonet. Et illos vitii sui* ed. Erasm. et seqq. invitis msstis, in quibus (quemadmodum et in ed. *R.*) est *et illos vitio sui*, quod revocavit Ruhkopf. intelligens naturam isto vitio admonere etiam sapientissimos, esse ipsos homines. Equidem *sui* ad *naturam* referendum puto, quæ *etiam sapientissimos admonet sui*, i. e. admonet quanta sit ipsius vis. Tum vero pronomen *illos* prorsus otiosum, immo alienum ab hoc loco, mihi visum erat; itaque in *illo* mutare de mea conjectura ausus sum. In ms. *c.* quidem est *et illos etiam vicio suo :* in ed. *A. et etiam illos vicio suo. Schw.*

4. *Affunditur. Arg. b. c.* et *Par. d. affunditur. Par. b.* habet *adfunditur.* Vulgo *offunditur*, ab Erasmo *effunditur* ed. *R. Schw.*

5. *Quidam nunquam..... effuderint.* Laudat Lipsius Tacitum de Domitiano in Jul. Agricolæ vita c. 45, Pliniumque in Panegyric. c. 48 not. addatur Sueton. Domit. c. 18. *Pompeii* de quo hoc idem narrat Plutarch. in Ejus Vita Tom. III, c. 2, p. 707, Reisk. Hanc eamdem oris mollitiem quoque in Pompeii statua, si tamen est genuina, quæ in Palatio Spada Romæ asservabatur, conspici dicunt; vid. Raccolta 127, cf. Raschii Lexic. *Ruhk.*

6. *Quum erubuerint. Erubuerunt*

Digitized by Google

tunc erat violentissimus, quum faciem ejus sanguis invaserat. Nihil erat mollius ore Pompeii : nunquam non coram pluribus rubuit, utique in concionibus.[1] Fabianum, quum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini; et hic illum mire pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a novitate rei ; quæ inexercitatos, etiamsi non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos : nam, ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis, et cito in os pro-
4 deuntis. Hæc, ut dixi, nulla sapientia abigit : alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. Quæcumque attribuit conditio nascendi et corporis temperatura, quum multum se diuque animus composuerit, hærebunt[2]. Nihil horum vetari[3] potest, non
5 magis quam arcessi[4]. Artifices scenici[5], qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur verecundiam : dejiciunt vultum[6], verba submittunt, figunt in terram oculos et deprimunt : ruborem sibi exprimere non possunt; nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil adversus hæc sapientia promittit, nihil proficit : sui juris

mallet Schweigh. sane quia *quum* hic tempus, non causam exprimit.

1. *Fabianum.* Cf. de eo not. ad Consol. ad Marc. XXIII, 2, de Brevit. vit. XIV, 4. *Ruhk.*

2. *Hærebunt. Habebunt* ms. *c.* et ed. *A.* Quo de errore monui ad VIII, § 3. *Schw.*

3. *Vetari,* prohiberi, arceri. Recte Gronov. hanc lectionem vulgatæ : *vitari* e Gruter. Modii Opsopœi, etc. prætulit. Sic et noster Amplonian. et Erlangensis præstant. *Ruhk.* — *Vetari* mss. *b.* et *c.* habent cum aliis. *Schw.*

4. *Arcessi.* Tenui et h. l. et alibi istam scripturam, quam vulgatam reperi. *Accersiri* ed. *A.* et *R.* cum ms. *c.* et *Par. a. Accersi* ed Erasm. cum ms. *Arg. b.* et aliis. *Schw.*

5. *Artifices scenici.* (Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται) comœdi, tragœdi : h. l. mimi, pantomimi. Cic. pro Arch. poet. c. V. Cf. Ernesti clav. Cic. ubi recte VVesseling. ad Diodor. Sicul. IV, c. 5, p. 451 laudatur. *Ruhk.*

6. *Dejiciunt vultum. Dejiciunt enim vultum* edd. vett. cum msstis *b. c.* et *Par. a. b. d.* non male, more Græco. *Schw.*

Digitized by Google

sunt; injussa veniunt, injussa discedunt. — Jam clausu- 6
lam epistola poscit. Accipe equidem utilem [1] et salutarem, quam te affigere animo volo : « Aliquis [2] vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus. » Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit : custodem nobis et pædagogum dedit; nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatori testis assistit [3]. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non præsens tantum [4], sed etiam cogitatus emendat! O 7
felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat, atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus. Elige itaque Catonem : si hic tibi videtur nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lælium; elige eum, cujus tibi placuit et vita, et oratio, et ipse animum ante se ferens vultus [5] : illum tibi

1. *Equidem utilem*, id est, sane, utique utilem. Sic mssti cum edd. vett. Vulgo *et quidem*, ab Erasmo. In *Par. d.* scholion in contextu positum, *utique utilem*. *Schw.*

2. *Aliquis.... faciamus.* Egregium non dubie consilium! Similia jam præceperat Plato de Legg. lib. IX, init. Tom. IX, p. 4, Bip. Cf. et Epictet. in Enchiridio c. 33, ed. Schweigh. ubi Upton. p. 159, similia loca veterum notavit, post Gataker. ad M. Antonin. p. 409 sq. ubi nec nostri loci immemor fuit. *Ruhk.*

3. *Assistit. Peccatori testis assistit.* Vulgo *peccaturis testis assistat*, invitis mssts nostris et Paris. *Schw.*

4. *Non præsens tantum.* Vulgo *non adspectus tantum*, a Mureto, contra codicum fidem : nempe sic ille corrigere voluerat mendosum *actus*, quod pro *præsens* habebat ed. Erasm. In ed. *R.* non fuerat *non præsens tantum factum*, sed postremum verbum recte ignorant mssti. *Schw.*—Ruhkopf. pro *præsens* habet *aspectus*. Sana, inquit, lectio : ex qua aberrationes librariorum ortas putem *actus* s. *præsens*. Amplonian. et Erlang. præstant *præsens*, uti Erasmi vetustissimus codex. Plurimi : *actus*, quod et Erasmi editio habet.

5. *Et ipse animum ante se ferens vultus.* Sic recte *Arg. b.* cum *Par. a. b. d.* Inepte vulgo, *et ipsius animum ante te ferens et vultum.* — Sic confidentissime Schweigh. Illa tamen lectio quam *ineptam* declarat optimum præbet sensum, et cum præcedentibus optime congruit, si totam phrasim sic interpunxeris : *elige eum cuj. tibi pl. v. et oratio; et ipsius*

Digitized by Google

semper ostende, vel custodem, vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, prava non corriges. Vale.

animum ante te ferens et vultus, illum semper, etc. quam lectionem vulgatam recepit Ruhk. post Erasmum, Muretum, et alios.

EPISTOLA XII.

DE SENECTUTIS COMMODIS, ET MORTE ULTRO APPETITA.

De senectute agit, cujus se admonitum narrat urbanissime, quum ad suburbanum suum venisset. Eam voluptatis plenam esse, pergit, si illa scias uti, nec molestum esse, mortem ante oculos habere, quum omnibus hominibus certa, et cuique spes data sit vitæ longioris. Addit, unumquemque ad mortem quotidie paratum esse debere. Sæpe huc redit Noster, e. c. Ep. XLIX al. Quis non Ciceronis egregium librum de Senectute hac occasione recordabitur?

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

QUOCUMQUE me verti[1], argumenta senectutis[2] meæ video. Veneram in suburbanum meum, et querebar de impensis ædificii dilabentis: ait villicus mihi[3], non esse negligentiæ suæ vitium; omnia se facere, sed villam veterem esse. Hæc villa inter manus meas crevit: quid mihi futurum est, si tam putrida[4] sunt ætatis meæ saxa[5]? Iratus illi, proximam stomachandi occasionem[6] arripio. Apparet, inquam, has platanos[7] negligi: nullas habent

1. *Verti.* Ms. *Arg. b. Par. a. b. d.* et alii. *Verto* ms. *c.* cum edd. *Schw.*

2. *Argumenta senectutis meæ:* id est argumenta quibus me senem esse intelligebam.

3. *Ait villicus mihi.* Postremam vocem, quæ aberat vulgo, dedere nostri mssti et alii optimi quique cum ed. *A.* et *R. Schw.*

4. *Tam putrida.* Ruhk. *Jam putria.*

5. *Ætatis meæ saxa:* id est, quæ ipse substruxi, ponenda curavi. *Ruhk.*

6. *Arripio.* Sic ms. *b.* cum aliis. Mendose *accipio* ms. *c.* et ed. *A. Arripui Par. a. b. d.* et *Col.* apud Grut. *Schw.*

7. *Platanos.* Umbræ causa has arbores, cæterum steriles et celibes (Virg. Geor. II, 70. Horat. II, Carm. 15, 4), una specie excepta, cui vitis

Digitized by Google

frondes! quam nodosi sunt et retorridi rami[1]! quam tristes et squalidi trunci! hoc non accideret, si quis has 2
circumfoderet, si irrigaret! — Jurat per Genium[2] meum, se omnia facere, in nulla re cessare curam suam; sed illas vetulas esse. — Quod inter nos sit[3], ego illas posueram, ego illarum primum videram folium. — Conversus ad januam: Quis est, inquam, iste decrepitus, et merito ad ostium admotus? foras enim spectat[4]. Unde istunc nactus es? quid te delectavit, alienum mortuum tollere? — At ille: Non cognoscis me? inquit: ego sum Felicio, 3

jungebatur (Antipater Sidon. 38, in Anal. Brunk. II, p. 16, ibi Jacobs), ex Asia primum ad insulas Diomedeas, ex adverso Apuliæ sitas, deinde ad Siciliam arcessitas, et inter primas arbores Italiæ circa captæ urbis ætatem donatas esse, testatur Plin. Nat. Hist. XII, 3 et 4 Bip. qui etiam monet, eas mero infusis radicibus egregie enutriri. In suburbana autem Claudio demum principe ab ejus liberto quodam esse translatas docet Plinius l. l. c. 5, unde patet quod Seneca juvenis eas posuisse se testatur. *Ruhk.*

1. *Retorridi rami.* I. e. sicci, nimio calore extenuati, ideoque *tristes et squalidi trunci* quoniam hispidi, rugosi et asperi erant. *Ruhk.*

2. *Jurat per Genium meum.* Ab Etruscis, ut videtur, hæc opinio per totam Italiam dissipata erat, cuique homini esse numen tutelare, Genium, qui cum eo nasci et mori a multis credebatur: diversa ab ea, quam Græci δαίμον tribuebant, significatione. Apud Romanos hæc religio privata; unde, quum et locorum, et urbium, quin adeo deorum Genii reperti essent, publica quoque exorta est, magni habebatur. Genius feminarum autem Juno vocabatur, cum deo natali interdum confusus, et adoratione, ideoque libatione dignus habitus. Tibull. II, 2; Horat. Epist. II, 2, 187; Plin. N. Hist. II, 7; Arrian. I, 14; Senec. Ep. CX, 1: « Singulis enim et Genium, et Junonem dederunt (majores nostri). » Juramenti per Genium exempla non rara sunt: cf. v. c. Suet. Calig. 27; Epictet. Diss. Arrian. IV, 1, 14, p. 809, not. *Ruhk.*

3. *Quod inter nos sit.* Neutiquam hoc sperno: sed vide ne verum sit *intra nos* quod habent *Arg. b.* et *Par.b. d. Schw.* — *Quod inter nos sit.* Sic Erasmus in suis codd. invenit et Modius. Facete dictum est, quod cur Gronov. non accipiat, non video. Alii codd. dant: *quid inter nos sit*, unde Pincianus fecit: *quid interim nobis fit?* alii: *quidem intra nos sit*, unde Gronov. fecerat: *quidni veteres sint. Ruhk.* — Cui locutioni latinæ optime respondet nostra Gallica *entre nous*, ut *Lagrange* vertit.

4. *Foras enim spectat* cadaverum more, quæ ad ostium deponi solebant, pedibus et facie foras versis. Ritum hunc explicat Serv. ad Virgil. Æn. XII, 345. Cf. Lipsii Electa I, 6. *R.*

Digitized by Google

cui solebas sigillaria[1] afferre; ego sum Philositi[2] villici filius, deliciolum tuum. — Profecto[3], inquam, iste delirat! Pupulus[4] etiam delicium meum[5] factus est? Prorsus potest fieri : dentes illi quum maxime cadunt!

Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quocumque adverteram, apparuit. Complectamur illam, 4 et amemus : plena est voluptatis, si illa scias uti. Gratissima sunt poma[6], quum fugiunt; pueritiæ maximus in exitu decor est[7]; deditos vino potio extrema delectat, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit. Quod in se jucundissimum omnis voluptas[8] habet, in finem sui differt. Jucundissima est ætas devexa jam, non tamen præceps : et illam quoque in extrema regula stan-

1. *Sigillaria.* Munuscula, e. c. placentæ multiformes, e melle, etc. confectæ, imagunculæ æreæ a sigillariis fusæ (Reines. ad Inscript. Cl. XI, 89, p. 644), quæ Saturnalium die ultimo domini servis suis mittere solebant. Erat autem iste Felicio unus e vernis, qui ob vernilitatem, jocos procaces, amabantur; unde ap. Horat. III, Carm. 23, 7, dulces alumni vocantur. *Ruhk.*

2. *Philositi.* Sic edd. inde a Mureto. Alii aliter. *Phylofici* ed. *R. Philofici* ed. *A.* cum ms. *c. Philosia* ms. *b.* Forsan *Philosyci* debuerant. Ex Paris. nil annotatum. *Schw.*

3. *Profecto* ex ora Erasmi primus recepit Mur. et probavi equidem, licet *perfecte* dent mssti *Arg.* et *Par.* cum edd. vett. *Schw.*

4. *Pupulus....factus est.* Profecto, quum ille parvulus esset verna, iste etiam deliciolum meum factum est : hoc concedo : nunc vero senex est, nam dentes ei quum maxime cadunt. *Ruhk.*—At non videtur Ruhk. salem auctoris intellexisse. Nam quum dentes et pueris septennibus, itemque senibus cadant, per jocum ait eum forsitan adhuc puerum esse, quum illi cadant dentes. — *Pupulus* ex emend. Mureti et Lipsii est : olim *vetulus* edd. sed *populus* mss. et ed. *A. Schw.*

5. *Delicium meum.* Prætermitto nonnulla, quæ ex mssiis a nobis correcta sunt; ut *delicium meum*, pro *deliciolum meum;* et paulo post, *potio extr.* pro *potatio extrema. S.*

6. *Gratissima sunt poma.* Hæc docendi et probandi per exempla ratio Nostro perquam familiaris est et populari scribendi generi satis idonea : quanquam in poeta, e. c. Ovidio, magis exspectatur. Nec dubito, quin ex eo, quem diligenter legisse videtur, mutuatus eam sit. *Ruhk.*

7. *Pueritiæ maximus in exitu decor est.* Ideo Sapho Ovidiana ad Phaonem : « O nec adhuc juvenis, nec jam puer. »

8. *Omnis voluptas* ex Gruteri conj. merito adoptavit Lipsius. Olim *hominis vol.* edd. et mssti omnes. Si-

Digitized by Google

tem[1], judico hab ere suas voluptates; aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere. Quam dulce est, cupiditates fatigasse ac reliquisse! — « Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere! »—Primum ista tam seni[2] ante oculos debet esse, quam juveni; non enim citamur ex censu[3]; deinde nemo tam senex est, ut improbe unum diem speret[4]. Unus autem dies, gradus vitæ est: tota ætas partibus constat, et orbes habet circumductos majores minoribus. Est aliquis, qui omnes complectatur et cingat; hic pertinet a natali ad diem extremum: est alter, qui annos adolescentiæ excludit[5]; est qui totam pueritiam ambitu suo astringit; est deinde ipse annus[6], in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur. Mensis arctiore præcingitur

militer alibi permutantur ista vocabula; ut Ep. XLIV et LXIII. *Schw.*

1. *In extrema regula stantem* de fine vitæ explicandum est: metaphora ducta a ludis circensibus, quorum sunt carceres, i. e. locus in Circo, unde cursus initium fiebat, et *regula* i. e. catenula s. repagulum, ὕσπληξ, in cujus demissione effundebantur in cursum currus. Hoc sensu adhibetur vox *regula* a Statio Theb. VI, 593, et Græcis satis solenne est de aurigis, ἑστᾶσιν ἐφ' ὕσπληγος, excursuris. Haud dubie autem obversabatur Nostro decretum stoicum illud, animum, hic in corpus, tanquam in vincula, conjectum, morte in libertatem vindicari. *Regula* itaque illa *extrema* hactenus cum Horatiano illo (lib. I, Epp. 16, vs. 79): « Mors ultima linea rerum est, » contendi potest. Græcis non infrequens locutio similis: ἐπὶ ἰσχάτης τοῦ βίου γράμμης. Conf. Diod. Sicul. lib. XVIII, p. 625. Rhodemann. ed. *Ruhk.*

2. *Primum ista tam seni*, etc. Abest *ista* ms. *b.* non male; et videtur ex scholio irrepsisse. Restituimus autem verba in eum ordinem, quem ex Senecæ usu loquendi servant mssti omnes cum editis ante Muretum: de quo conf. Opsop. et Grut. *Schw.* — Ruhk. præbet *primum ista tam juveni..... quam seni.*

3. *Non enim citamur ex censu*, ex tabulis censualibus, in quibus juniores senioresque notati, et cujusque adeo ævum. Talis autem citatio in militia et dilectu obtinebat: at non, inquit, in morte. *Lipsius.*

4. *Ut improbe unum diem speret.* Similiter Cicero: « Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere. »

5. *Excludit.* Exspectaveram *includit;* sed nil mutant libri. Intelligendum igitur, *e majore orbe excludit.S.*

6. *Deinde ipse annus.* Hoc a Pinciano laudatum primus recepit Mur. et habet ms. *c.* cum ed. *A.* Sed *deinde per se annus* ms. *b.* et Gruteri omnes, cum ed. Rom. *Schw.*

Digitized by Google

circulo[1] : angustissimum habet dies gyrum : sed et hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occasum. Ideo [2] Heraclitus, cui cognomen *Scotinon* fecit orationis obscuritas : « Unus,
7 inquit, dies par omni est. » Hoc alius aliter [3] accepit : dixit enim, parem esse horis ; nec mentitur : nam si dies est tempus viginti et quatuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait, parem esse unum diem omnibus similitudine : nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non et in uno die invenias, lucem et noctem ; et in alternas mundi vices [4] plura facit ista, non alia, alias contractior, alias productior. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen [5], et consummet at-
8 que expleat vitam. Pacuvius [6], qui Syriam usu suam

1. *Circulo* e quinque codd. revocandum censuit Gruterus, recte antea : *cingulo. Ruhk.*

2. *Heraclitus.* Cf. ad II de Ira, 10, 2. Aristotel. Rhetor. III, 5, 6. Ubi Buhle loca veterum apposuit. *Ruhk.*

3. *Hoc alius aliter accepit. Excepit* ms. *b.* et ed. *A.* non male. Sic pro *accipe*, eadem notione, complures libri *excipe* præferunt in Epist. LXXXII, quemadmodum ἐκδέχεσθαι Græci dicunt. *Schw.*

4. *Et in alternas mundi vices plura facit ista, non alia, alias contractior, alias productior.* Sic scripti omnes ; quare Gronov. restituit. Sensum explicat Gronov. sic : nempe dies ille 24 horarum *plura facit ista*, non aliud, plus lucis modo facit, modo plus noctis, *non alia*, non aliud quam lucem et noctem, *alias contractior, alias productior*, scilicet alterutra harum, luce vel nocte, idque *in vices mundi alternas*, ut ita alternæ sint mundi lucem et noctem mortalibus præbentis vices. Erasmus habet : *et alternas mundi vices. Planeta* (Muretus : *Planiora*) *facit ista, non alias contractior, alias productior dies.* Muretus : *f. ista nox*, omisso : *dies. Ruhk.* — Ruhkopfium probat Schw. Cum mss. inquit, consentit ed. Rom. nisi quod, pro *non alias contractior*, quod est in his, illa *non alia contractior* habet : nempe utrique simul voci, *alia*, et *alias*, suus hic locus erat. *Schw.*

5. *Tanquam cogat agmen.* Concinne vertit *Lagrange* : *Comme s'il devait, pour ainsi dire, fermer la marche de nos jours.* Sic Horatius : « Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. »

6. *Pacuvius.* Pacuvii legati Tacitus Annal. II, 79, mentionem facit ad ann. U. C. 772, post Christ. nat. 19. Fuerat autem a partibus Pisonis contra Germanicum et post ejus mortem, etiam contra Sentium, prævenitque Domitio Laodiceam Syriæ urbem petenti.

Digitized by Google

fecit [1], quum vino et illis funereis [2] epulis sibi parentaverat [3], sic in cubiculum ferebatur a cœna, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, Βεβίωται, βεβίωται [4]! Nullo non se die extulit. Hoc, quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus; et in somnum ituri, læti hilaresque dicamus :

Vixi! et, quem dederat cursum fortuna, peregi [5].

Crastinum si adjecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit : *Vixi* [6]! quotidie ad lucrum surgit. 9

Sed jam debeo epistolam includere [7]. — Sic, inquis,

Jam vero is per aliquot annos prætor Syriæ, seu legatus Cæsaris fuisse videtur : etenim inde ab anno 775, sequutus est Prætor Syriæ Flaccus Pomponius (Suet. Tib. XLII, cui a. U. C. 786 mortuo, Tacit. Annal. VI, 27), successit L. Vitellius (Tacit. Annal. VI, 27, 32). Nisi pravus homo fuisset, cum Pisone non conspiravisset contra Germanicum. *R.*

1. *Usu suam fecit.* I. e. usucepit, ap. Liv. XXII, 40, ubi vid. J. F. Gron. *Ruhk.* — Cum diutissime ei præfuerit, ita volente Tiberio, qui ut quemque cuique provinciæ præfecerat, ita fere ibi consenescere cogebat. *Muretus.* Vertit *Lagrange* : *Qui s'appropria la Syrie à titre de prescription.*

2. *Funereis. Funebribus* ms. c. *Par a. d. Funeribus Arg. b.* et *Par. b. Schw.*

3. *Sibi parentaverat.* Lipsius laudat Ep. CXXII, 3, non convivantur, sed justa sibi faciunt : et de Vit. beat. II, 3. Non sine allusione ad convivia in columbariis s. hypogæis celebrari solita eaque satis opipara, de quibus occasione operum artis in iis repertorum Bartolus (*gli antichi sepolchri Rom.* 1697, fol.) aliique docte egerunt. *Ruhk.*

4. Βεβίωται, βεβίωται. I. e. acta vita est. Omnium fere codd. scriptura, probata Turnebo (Adversar. XII, 2,) et Grutero. Erasmi et insequentium edd. habent βεβίωσε, βεβίωσε, vixit. Illud erat usitatius paullo. Cic. ad Attic. XII, 2; XIV, 21. *Ruhk.*

5. *Vixi..... peregi :* Virgilii versus occurrit in Æneid. IV, 654. *Ruhk.*

6. *Vixi.* Diogenes Sinopensis, qui ad hoc dictum vitam disposuit, ἡμερόβιος inde dicebatur (in diem vivens). Cf. M. Antonin. IV, 35, ibique Gataker, p. 161 sq — *Quisquis dixit : Vixi, quotidie ad lucrum surgit.* Callide vertit *Lagrange* : *Qui s'est dit le soir : J'ai vécu, dira le matin : Je gagne un jour.*

7. *Epistolam includere* ed. *A.* et *R.* cum msstis omnibus. Cf. CXIV, 165, 22. Vulgo *cludere. Schw.* — *Includere.* Omnes Gruteri, Gronov. et Erfurt. Compositum pro simplici sæpe scriptores ævi Augustei et sequentis usurpant, nec nostro insoli-

Digitized by Google

sine ullo ad me peculio veniet? — Noli timere; aliquid secum feret[1]! quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac voce præclarius, quam illi trado ad te perferendam? « Malum est, in necessitate vivere : sed in necessitate vivere, necessitas nulla est. » Quidni nulla sit? patent undique ad libertatem viæ multæ, breves, faciles. Agamus Deo gratias, quod nemo in vita teneri potest[2] : calcare ipsas necessitates licet. « Epicurus[3], inquis, dixit. Quid tibi cum alieno? » Quod verum est, meum est : perseverabo Epicurum tibi ingerere; ut isti, qui in verba jurant[4], nec quid dicatur æstimant, sed a quo, sciant, quæ optima sunt, esse communia. Vale.

tum, v. c. de Ira III, 19, 2, fin. Horat. IV, Carm. 13, 15, 16. *Ruhk.*

1. *Secum feret.* Corrige *fert* ex mssstorum consensu cum ed. *A.* et *R. Schw.*

2. *Nemo in vita teneri potest.* Tragicus : « eripere vitam nemo non homini potest; at nemo mortem. »

3. *Epicurus, inquis, dixit.* In iis quæ nobis ab aliis conservata sunt de Epicuri decretis, hæc verba non reperiuntur, quamquam ejus sententiis non adversantur. Quum enim animi immortalitatem rejecisset, nulla fere ratio erat, qua ab hac, quam Seneca profert, sententia revocari posset. Stoicorum quoque decretum eodem redire, constat. Cf. Tiedemann *System der stoischen Philosophie* III, p. 309. *Ruhk.*

4. *Jurant. Jurarant* ms. *b.* et *Par. d. Jurarent Par. b.* Debuerunt puto *jurarunt*, quod ex uno suorum laudavit Opsop. *Schw.*

EPISTOLA XIII.

QUÆ DEBEAT ESSE SAPIENTIS FORTITUDO. DE FUTURO NE SOLLICITERIS.

Quanquam jam inde ab adolescentia Lucilius se firmum gesserat contra fortunæ injurias, priusquam philosophiæ se dedisset, tamen auxilia, quibus ad majorem firmitatem elevari ideoque se munire contra mala possit, cum eo communicanda censet Seneca. Jam quum opinioni major metus terrorque, quam ipsis rebus inesse soleant, constantiam ei commendat, et vacuitatem ab

Digitized by Google

omnibus præjudiciorum opinionumve commentis. Quam si tueatur, vera rerum natura animo concepta una cum judicio integro, ideoque spe metuque recte examinatis, contra mala tum præsentia, tum futura securus et munitus sit. Nec ipsum malum, si tamen veniat, semper contra nos, sed quoque pro nobis venire debet, atque adeo vitam nostram honestare, sicut Socratis Catonisque exempla docent. Conclusionem facit præclara Epicuri sententia: Stulti est, quotidie novam vitam incipere.

Pro brevitate et consilio epistolæ non male res cessisse Nostro videri debet. Nam non omnia remedia et præsidia, quæ alias Stoici contra mala afferre solebant (et quæ prudenter collecta vides a Tiedemanno l. l. III, p. 205 sqq.) velut pulvisculo converrere voluit nec debuit in hoc leviori scribendi genere. Stoicismo tamen in omnibus quæ protulit, se gessisse patebit de Tranq. An. XIII, et de Benef. IV, 34, etc. comparanti. De Lucilii fatis cf. Præf.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MULTUM tibi esse animi scio. Nam etiam, antequam instrueres [1] te præceptis salutaribus et dura vincentibus, satis adversus [2] fortunam placebas tibi; et multo magis, postquam cum illa conseruisti manum, viresque expertus es tuas, quæ nunquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi quum multæ difficultates hinc et illinc apparuerunt, aliquando vero et propius accesserunt. Sic verus ille animus [3], et in alienum non venturus arbitrium, probatur; hæc ejus obrussa est [4]. Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquam suggil- 2

1. *Instrueres.* Præferunt plerique mss. Gruteri et Modii. I. e. antequam Philosophiæ te dedisti. Confirmat Nat. Quæst. IV, præfat. med. liberalibus me studiis tradidi, quamquam paupertas alia suaderet, etc. qui locus hic conferri meretur. Antea: *instruerem. Ruhk.*

2. *Satis adversus.... placebas tibi.* I. e. te pro satis valido contra f. habebas. Tacit. Hist. IV, 23, vis et arma satis placebant, i. e. validiora esse videbantur quam ut munimentis se cingerent. *Ruhk.*

3. *Verus... animus.* I. e. recta tua et virtuti conveniens animi indoles roburque naturale experientia tantum cernitur, præter quam nulla alia ejus *obrussa* probatio est (Cicer. Clav. Ern.). *Ruhk.*

4. *Hæc ejus obrussa est.* Sic ex vetusto cod. Erasmi. Plures codd. Gruteri: *hæc enim res ejus probatio est*, partim *hic ejus probatio obscura est*, vel *obtrusa est:* lectiones quæ ignorantiæ, vel oscitantiæ librariorum debentur. *Ruhk.* — *Obrussa* gallice est: *pierre de touche.*

Digitized by Google

latus est[1]. Ille, qui vidit[2] sanguinem suum, cujus dentes crepuerunt sub pugno; ille, qui supplantatus adversarium toto tulit corpore, nec projecit animum projectus; qui, quoties cecidit, contumacior resurrexit; cum
3 magna spe descendit ad pugnam. Ergo, ut similitudinem istam prosequar, sæpe jam fortuna supra te fuit; nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti, et acrior[3] constitisti: multum enim adjicit sibi virtus lacessita[4]. Tamen, si tibi videtur, accipe a me auxilia, quibus munire te possis. Plura sunt, Lucili, quæ nos terrent, quam quæ premunt: et sæpius opinione, quam re, laboramus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac summissiore. Nos enim dicimus, omnia ista quæ gemitus mugitusque exprimunt,
4 levia esse, et contemnenda. Omittamus hæc magna[5] verba, sed, Dii boni! vera. Illud tibi præcipio, ne sis miser ante tempus; quum illa, quæ velut imminentia expavisti,

1. *Suggillatus est.* Livida verberum vestigia, ὑπώπια, suggillationes (subciliationes, a cilio, i. e. parte sub oculis. *Festus*), quas pugiles cestibus pugnisve sibi invicem infligere solebant. Hinc pugiles cestibus contusi (ap. Cic. Tusc. Q. II, 10) et inprimis auribus fractis, ὠτοθλαδίαι, ὠτοκατάξεις, οἱ τὰ ὦτα κατεαγότες. Cf. Menag. ad Diogen. Laert. V, 67. Winckelmann Monim. inedit. p. 76. De lucta et pugillatu, ex quibus pancratium constabat, vid. Aristot. Rhet. I, 5, fin. T. IV, Bip. Patusan. VIII, 40 init. Fac. et ibi laudatus Philostrat. Icon. II, 6. Adversarium itaque pugno male mulctare, eum pede ex loco dimoto prosternere s *supplantare*, σφάλλειν, et deinde collum premere et suffocare propria pugnæ erant. *Ruhk.*

2. *Vidit* e priscis libris præferunt vulgatæ: *fudit* Lipsius, Gruterus, Modius. Prior confert de Provident. c. 4, 7, audacter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se sæpe vicisse post sanguinem: adde ibid. § 4. *R.*

3. *Constitisti.* Recte e pluribus libris et vetere editione restituit Gron. qui egregie confert Ep. XXIX, 7, attolle animum, adversus formidata consiste. De Ira II, 7, 3, ubi est vox forensis quoque litigii, derivata inde, quod in athletis et pugnantibus etiam status observabatur, unde in statu stare, similia. Cornel. Nep. Chabria c. 1 fin. Antea: *restitisti*, sensu parum diverso. *Ruhk.*

4. *Multum enim adjicit sibi virtus lacessita.* Crescit, et ut vetus poeta, viresci vulnere virtus. *Lips.*

5. *Omittamus hæc magna verba.* Nisi Lucilium stoicæ philosophiæ rudem fuisse statuamus, nulla subest

Digitized by Google

fortasse nunquam ventura sint, certe nondum [1] venerint. Quædam [2] ergo nos magis torquent, quam debent; quædam ante torquent, quam debent; quædam torquent, quum omnino non debeant. Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut præcipimus. Primum [3] illud, quia res in controversia est, et litem contestatam habemus, in præsentia differatur. Quod ego leve dixero, tu gravissimum esse contendes; scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea videbimus [4], utrum ista suis viribus valeant, an imbecillitate nostra: illud [5] præsta mihi, ut, quoties circumsteterint qui tibi te miserum esse persuadeant, non, quid audias, sed quid sentias, cogites; et cum patientia [6] tua deliberes, ac te ipse interroges, qui tua optime nosti: quid est quare isti me complorent? quid est quod trepident, quod contagium quoque mei timeant, quasi transilire calamitas possit? Est aliquid istic mali? an res ista magis infamis est, quam mala? Ipse te interroga: numquid sine causa crucior, et mœreo, et, quod non est, malum facio?

Quomodo, inquis, intelligam, vana sint, an vera,

causa, cur stoice præcepta sua efferre noluerit. Cæterum non irridet Stoæ, opinor, sed laudat eam: nam *dii boni!* i. e. profecto non semper irrisionis caussa adhibetur. Cf. De constant. Sap. c. III. *Ruhk.*

1. *Nondum venerint.* Satis erat *non ven.* quod est in ms. *b.* et *Par. b. d.* Alii *nec ven.* alii *nunquam ven. Schw.*

2. *Quædam.... præcipimus:* conclusiones illæ tres dupliciter enunciatæ: *augemus* mala magis nos torquentia quam debeant. *Præcipimus*, i. e. occupamus antequam torqueant, *fingimus* quæ omnino non debeant torquere. *Ruhk.*

3. *Primum..... differatur* sc. nos augere dolorem. Stoicis autem est indifferens, quod Epicureis juxta ac Peripateticis al. malum est. Ideoque res adhuc in controversia posita erat. *Litis contestatio* fiebat a re, de qua disceptabatur, exponenda Prætori, qui deinde utraque parte consentiente, judicem s. judicium, s. actionem dabat. Vid. Ernesti Clav. Cic. *Ruhk.*

4. *Postea videbimus, utrum ista,* quæ nos magis torquent, quam debeant, etc. *Ruhk.*

5. *Illud præsta*, promittas.

6. *Patientia.* Sensu ejusque judicio. Cf. Ep. IX, 2, not. *Ruhk.*

Digitized by Google

7 quibus angor?— Accipe hujus rei regulam! Aut præsentibus torquemur, aut futuris, aut utrisque. De præsentibus facile est judicium. Si corpus tuum liberum est, sanum est, nec ullus ex injuria dolor est; videbimus quid futurum sit: hodie nihil negotii habet. At enim futurum est! Primum dispice, an certa argumenta sint venturi mali: plerumque enim [1] suspicionibus laboramus; et illudit nobis illa, quæ conficere bellum solet, fama, multo
8 autem magis singulos conficit. Ita est: mi Lucili! cito accedimus opinioni [2]; non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt, nec excutimus; sed trepidamus, et sic vertimus terga, quemadmodum illi, quos pulvis motus fuga pecorum, exuit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo, magis vana perturbant: vera enim modum suum habent; quidquid ex incerto venit, conjecturæ et paventis animi licentiæ
9 traditur. Nulli itaque tam perniciosi, tam irrevocabiles, quam lymphatici [3] metus sunt; cæteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Inquiramus itaque in rem diligenter. Verisimile est, aliquid futurum mali? non statim verum

1. *Plerumque enim..... conficere bellum.* Ad Livii verba dicas aspectum XXVII, 47: Fama bellum conficit et parva momenta in spem metumve animos impellunt. Cf. Curt. III, 8, 7, intpp. *Ruhk.*

2. *Accedimus opinioni.* Atque ita mala præcipimus, male. Bis terque enim ita miseri: quod pulchre Diogenes in Stobæo: πάντα μεν οὖν τὰ δεινὰ πίφυκε μᾶλλον ἐκπλήττειν τοὺς προσδεχομένους ἢ λυπεῖν τοὺς πειρα θέντας· ὁ δὲ φόβος ὄυτω χαλεπός ἐστιν, ὥστε πολλὰ ἤδη προέλαβον τὸ ἔργον. Omnia gravia magis percellere solent eos qui futura præcipiunt, quam qui jam patiuntur. Metus enim adeo improbus est, ut multi quod venturum videtur, anticipent. Euripides pariter:

ἢ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν
ὡς τοῦγε πάσχειν τοὔπιδν μεῖζον κακόν·

Quod est futurum quotidie metus movet: ut plus mali exspectando quam patiendo sit. *Lipsius.*

3. *Lymphatici.* Multa exempla terroris panici, quem mox *lymphaticum* vocat, in historia occurrunt: quæ hic notare nihil attinet. De re cf. Stob. Serm. VIII, p. 210 sq. Schow. Gataker ad Antonin. IV, 3, p. 128, 2 sq. *Ruhk.*

Digitized by Google

est. Quam multa non exspectata venerunt! quam multa exspectata nunquam comparuerunt[1]! Etiam si futurum est[2], quid juvat dolori suo occurrere? satis cito dolebis, quum venerit; interim tibi meliora promitte. Quid facies lucri? tempus! Multa intervenient, quibus vicinum periculum, ut prope admotum[3], aut subsistat, aut desinat, aut in alienum caput transeat. Incendium[4] ad fugam patuit; quosdam molliter ruina deposuit; aliquando gladius ab ipsa cervice revocatus est; aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna levitatem. Fortasse erit; fortasse non erit; interim non est[5]; meliora propone. Nonnunquam nullis apparentibus signis, quæ mali aliquid pronuntient, animus sibi falsas imagines fingit, aut verbum aliquod dubiæ significationis detorquet in pejus, aut majorem sibi offensam proponit alicujus, quam est; et cogitat, non quam iratus[6] ille sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa vitæ[7] esset, nullus miseriarum modus, si timeretur quantum potest. Hic prudentia prosit, hic robore animi evidentem quoque metum respue; si minus, vitio vitium repelle[8], spe

1. *Nunquam comparuerunt.* Repone *nusquam*, cum msstis omnibus, et editis ante Lipsium. *Schw.*

2. *Etiam si futurum..... promitte.* Contrarium præcepit Anaxagoras apud Euripidem in Tragœd. deperdita, Theseo: cf. Fragmm. Eurip. p. 478, ed. Lips. quem locum Cicero Tusc. Disp. III, 14, interpretatus est: Futuras mecum commentabar miserias. — Ut, si qua invecta diritas casu foret: Ne me imparatum cura laceraret repens. *Ruhk.*

3. *Ut prope admotum* ms. *b.* cum *Par. a. b. d.* et ed. *R.* Nempe *ut*, pro *quamvis*, de quo monuerat etiam Ops. Vulgo *vel prope admot. Schw.*

4. *Incendium.* I. e. loca, quæ igne correpta sunt, patent fugæ. *Ruhk.*

5. *Interim non est.* Vulgo *interim dum non est*, ex scholio, invitis msstis et ed. Rom. *Schw.*

6. *Quam iratus* ms. *b.* et *Par. b. d.* Vulgo *quantum iratus. Schw.*

7. *Esset..... si timeretur.* Vulgo non male, *est..... si timetur.* Sed *timeretur* dedere *Arg. b.* et *Par. a. b. d.* cum aliis apud Ops. Itaque pro *est* scripsi *esset* cum ms. *Amb.* apud Ops. *Schw.*

8. *Vitio vitium repelle:* nam spes et metus sunt affectus, ideoque vi-

Digitized by Google

12 metum tempera. Nihil tam certum est[1] ex his quæ timentur, ut non certius sit, et formidata subsidere, et sperata decipere. Ergo et spem ac metum examina, et, quoties incerta erunt omnia, tibi fave; crede quod mavis: si plures habebis sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina, et perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo volve, majorem partem mortalium, quum illi nec sit quidquam mali, nec pro certo futurum
13 sit, æstuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi, quum cœpit[2] impelli; nec timorem suum redigit ad verum[3]. Nemo dicit: vanus auctor est, vanus est[4]; aut finxit, aut credidit! Damus nos referentibus[5]; expavescimus dubia pro certis; non servamus modum rerum; statim in timorem venit scrupulus.

Pudet me, ibi sic tecum loqui[6], et tam levibus te re-
14 mediis focillare. Alius dicat: fortasse non veniet! tu dic: quid porro, si veniet? videbimus uter vincat[7]:

tia, sensu stoico. Laudat Lipsius Ep. CIV, et Plutarch. Quæst. conviv. IV, Quæst. 4, 3, p. 185, Tom. XI. Hutten. ubi elpisticorum philosophorum fit mentio, qui vitam potissimum spe contineri affirmabant, Brucker, Histor. crit. Phil. T. III, p. 244, Stoicos esse putat. *Ruhk.*

1. *Nihil tam certum est..... decipere.* Vertit *Lagrange: Ce que vous redoutez a beau être certain, il est encore plus certain que souvent l'homme est abusé par la crainte et l'espérance.*

2. *Cœpit.* Mss. vulgo *cœperit. S.*

3. *Redigit ad verum.* Sic constanter loquitur Seneca, numquam *redigere in.* Quod Bentleius ad Horat. I, Carm. 37, 14, eleganter animadvertit, laudato J. F. Gronovio ad Liv. XLI, 23. *Ruhk.*

4. *Vanus auctor est, vanus est.* Sic *Arg. b. c.* et *Par. a. b.* cum al. Postremum verbum aberat vulgo; quare alterum *vanus* cum sqq. junxit Matth. *vanus aut finxit*, etc. In ed. *R.* desunt duo verba repetita, *vanus est. Schw.*

5. *Damus nos referentibus. Referendos* ed. *A.* cum mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* de quo cogitet eruditus lector. *Schw.*—Sensus est: tradimus nos decipiendos quælibet narrantibus.

6. *Ibi sic tecum loqui. Ibi*, id est, in istis quæ modo scripsi. Abest vulgo ea vox, quam exhibent mssti *Arg. b.* et *Par. a. b. d.* cum al. apud Opsop. et Grut. *Schw.*

7. *Uter vincat* mss. Vulgo *utrum veniet.* Mox vero, ubi *pro me veniet* (ut vulgatum erat) tenui, ibi repone *pro me venit* ex ed. *A.* et *R.* et mssti omnibus, quod in nostro quidem *Arg.*

Digitized by Google

fortasse pro me veniet, et mors ista vitam honestabit. Cicuta magnum Socratem confecit[1] : Catoni gladium assertorem libertatis extorque, magnam partem detraxeris gloriæ. Nimium diu te cohortor, quum tibi admonitione magis, quam exhortatione opus sit. Non in diversum te a natura tua ducimus : natus es ad ista quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge, et exorna. Sed jam finem epistolæ faciam, si illi signum suum impressero, id est, aliquam magnificam vocem perferendam ad te mandavero. « Inter cætera mala[2] hoc quoque habet stultitia, semper incipit vivere. » Considera quid vox ista significet, Lucili virorum optime, et intelliges, quam fœda sit hominum levitas, quotidie nova vitæ fundamenta ponentium, novas spes etiam in exitu inchoantium[3]. Circumspice tecum singulos : occurrent tibi senes, qui se quum maxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negotiandum parent. Quid est turpius, quam senex vivere incipiens? Non adjicerem auctorem huic voci, nisi esset secretior, nec inter vulgata[4] Epicuri dicta, quæ mihi et laudare, et adoptare permisi. Vale.

b. non apparebat, ubi decurtatum verbum in fine lineæ. *Schw.*

1. *Confecit* omnes fere libri et edd. praeferunt vulgatæ *fecit*, quam Muretus nixus Pinciani judicio introduxit. Mox Gronov. e nonnullis codd. qui habent : *libertatis victor abstuleris, magnam*, emendat : *Catoni gladium adsertorem libertatis victor abstulerit, magnam partem detraxerit gloriæ :* intellecta ad prius membrum particula conditionali *si :* supius a Seneca al. suppressa : cf. ad III de Benef. 31. *Victor* sc. Cæsar. Haud dubie perquam egregia emendatio, etiamsi in textum, vulgata temere repudiata, reducere non ausim.

2. *Inter cætera mala.... vivere.* Cf. Epist. XXIII, 7; Cl. 4; Horat. I, Carm. 4, 15. *Ruhk.* — *Habet stultitia.* Vocab. *proprium*, vulgo adjectum, ignorant edd. ante Lipsium, cum melioribus quibusque msstis. *S.*

3. *Novas spes etiam in exitu inchoantium.* Sic verbum illud *inchoare* apud Horat. Od. Liv. I, 4 : « vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam. »

4. *Inter vulgata Epicuri dicta*, i. e. inter sententias ejus ratas, quas tantopere laudat Lucianus, Tom. V. p. 106; et Diogenes Laertius. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XIV.

QUOMODO CORPORI CONSULENDUM.

Etiamsi vitæ cura agenda sit diligentissime, tamen ei non serviendum, ideoque non propter corpus vivendum, sed ita eo utendum est, ut, si opus sit, ab eo facile discedamus. Enimvero ejus cura postulat, ut tum incommoda et pericula, tum inopiam, morbos, inprimis vero ea mala devitemus, quæ per vim potentioris eveniunt, quippe quæ majori varietate et apparatu terribiliori nos concutiunt. Qua re offensis potentiorum inprimis vulgi abstinendum est, sed ita, ut et specie nocituram potentiam vitandi careas. Fieri hoc ita optime docet philosophia, ut vitentur odium, invidia, contemtus. Itaque tranquille modesteque vita agenda est, et bene videndum, an cum successu operam tuam rebus interposueris : ipsa M. Cato melius forsan republica abstinuisset, ut quæ jamdudum pessundata erat. Quod consilium si sequutus fueris, plerumque te felicem præstabit, nisi si quando fortuna vitæ tuæ quædam adversa admiscuerit. Epicurea sententia concludit epistolam : Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget.

Stoica philosophia has egregias sententias Nostro suppeditavit, quippe quæ docet, corpore utendum esse instrumenti loco (cf. Simplicius ad Epicteti Manuale init. Antonin. IX, 3). Hæc vero epistola hujus sententiæ præcipua s. classica sedes est. Nec omnino a republica capessenda recedet sapiens, sed πολιτεύεσθαι φασὶ τὸν σοφὸν, ἂν μή τι κωλύῃ secundum Chrysippum Diogenis Laert. VII, 121. Cic. de Fin. III, 20. Cf. Senec. de Otio Sapientis.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

FATEOR insitam esse nobis[1] corporis nostri caritatem ; fateor nos hujus gerere tutelam[2] : non nego indul-

1. *Fateor insitam esse nobis.* Est stoicum dogma : nobis insitus est nostri amor, ama te ipsum ut prima naturæ consequaris, et quæ iis opposita sunt evites : quæ quum sine corporis conservatione fieri non possunt, primum et necessarium est officium, naturam adjuvandi eamque conditionem sequendi, quæ naturæ vel maxime consentanea est ; unde tamen quoque sequitur, corpus esse adhibendum ut instrumentum necessarium. Cf. Cic. de Fin. III, 6. Epictetus eamdem sententiam de cura corpori adhibenda bene tuitus est Dissert. Arrian. II, 4, 17, ed. Schweig. *Ruhk.*

2. *Nos hujus gerere tutelam.* Nam,

Digitized by Google

gendum illi; serviendum nego [1]. Multis enim serviet, qui corpori servit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore [2]. Hujus nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis objicit. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est. Agatur ejus diligentissime cura; ita tamen, ut, quum exiget ratio, quum dignitas, quum fides, mittendum in [3] ignes sit. Nihilominus, quantum possumus, evitemus incommoda quoque [4], non tantum pericula; et in tutum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli. Quorum tria, ni fallor, genera sunt : timetur inopia, timentur morbi, timentur quæ per vim potentioris eveniunt. Ex his omnibus nihil nos magis concutit, quam quod ex aliena potentia inpendet; magno enim strepitu et tumultu venit. Naturalia mala quæ retuli, inopia atque morbi, silentio subeunt, nec oculis, nec auribus quidquam terroris incutiunt : ingens alterius mali pompa est : ferrum circa se habet, et ignes, et catenas, et turbam ferarum [5], quam in viscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, et cruces, et [6] equuleos, 4

2

3

ait Epictetus Dissert. XI, lib. IV, si equum natura tibi credidisset, non prorsus eum neglexisses. Ergo nunc etiam puta, corpus tibi tanquam equum esse traditum. Lava id, absterge, facito ne quis aversetur, ne quis abhorreat.

1. *Serviendum nego.* Nam ut Sallustius : « Animi imperio, corporis servitio magis utimur. »

2. *Sed..... sine corpore.* Juxta proverbium : Edendum ut vivas, non vivendum ut edas.

3. *Inignes. Arg. b. c. Par. b. d.* et ed. *A.* Vulgo *in ignem. Schw.*

4. *Incommoda quoque.* Sic edd. inde a Mur. cum ms. *c.* et ed. *A.* Sed vide ne verum sit *incomm. quæque*, quod habet ed. Rom. cum ms. *Arg. b.* et *Par. a. b. d. Schw.*

5. *Turbam ferarum* quibus homines noxii objiciebantur in Amphitheatris. *Ruhk.*

6. *Equuleos*, instrumentum tortoris ad veritatem exprimendam, cui noxii intendebantur. *Ruhk.*

Digitized by Google

et uncum [1], et adactum per medium hominem, qui per os emergeret [2], stipitem, et distracta in diversum actis curribus [3] membra; illam tunicam, alimentis [4] ignium et illitam et textam [5]; quidquid aliud, præter hæc, commenta sævitia est. Non est itaque mirum, si maximus hujus rei timor est, cujus et varietas magna, et apparatus terribilis est. Nam quemadmodum plus agit [6] tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit (specie enim vincuntur, qui patientiæ [7] restitissent) : ita ex his, quæ animos nostros subigunt et domant, plus proficiunt quæ habent quod ostendant. Illæ pestes non minus graves sunt, famem dico, et sitim, et præcordiorum suspirationes [8], et febres [9] viscera ipsa torrentes; sed latent, nihil habent quod intendent, quod præferant : hæc, ut magna bella, aspectu paratuque vicerunt.

1. *Uncum*, instrumentum ferreum, instar hami, quod gutturi eorum, qui in carcere necati erant, impingebatur, ut ad Tiberim pertraherentur. *Ruhk.*

2. *Qui per os emergeret.* Sic edd. vett. cum msstis. Vulgo *emergat. S.* — Quod Græci vocant σκολοπίζειν, sive palo infigere, familiare supplicium hodie Asiaticis. *Lips.*

3. *Curribus.* Ap. Erasmum, al. *cruribus* scripti fere tuentur, ut omnes ap. Gruterum. Sensus tamen idem est : agitur, autem de iis noxiis, quos cruribus s. pedibus ad currus alligatis, in diversum actis equis distrahere solebant. *Ruhk.*

4. *Tunicam, alimentis ignium.* Hanc describit Isidorus, etsi male culleum appellet. Ait tunicam fuisse ex sparto, in modum crumenæ factam, et solitam liniri pice et bitumine. Hac miseros illos induebant, et in ea sic ustulabant. Molestam tunicam vulgo appellabant, ut Martial. lib. X. « Nam cum dicatur, tunica præsente molesta, Ure manum : plus est dicere, non facio. » Et Juvenalis : « Ausi quod liceat tunica punire molesta. »

5. *Textam.* Vulgo *intextam*, invitis msstis. *Schw.*

6. *Agit.* Fortasse erat : *angit*, quanquam vulgata bene defenditur. *Ruhk.*

7. *Patientiæ* ex uno cod. Palat. ap. Gruter. et Lipsiano, Grutero et Lipsio suadentibus, restitui. *Patientia* est sensus; cf. ad Ep. IX, 2. Antea *patientia. Ruhk.*

8. *Præcordiorum suspirationes* edd. vett. cum *Arg. b. c. Par. a. d.* et mss. Grut. Vulgo *suppurationes* ab Erasmo, cui suffragantem unum *Par. b.* cognovi. Prætuli autem istud, utpote minus quidem alioquin in promptu, conveniens autem cum Ep. LIV. *Schw.*

9. *Febres..... torrentes*, mss. *c.* et

Digitized by Google

Demus itaque operam, abstineamus offensis. Interdum populus est, quem timere debeamus; interdum, si ea civitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur[1], gratiosi in eo viri[2]; interdum[3] singuli, quibus potestas populi, et in populum, data est. Hos omnes amicos habere, operosum est: satis est, inimicos non habere. Itaque sapiens nunquam potentium iras provocabit: immo declinabit, non aliter quam in navigando procellam. Quum[4] peteres Siciliam, trajecisti fretum. Temerarius gubernator contempsit[5] austri minas (ille est enim, qui Siculum pelagus exasperet, et in vortices cogat): non sinistrum[6] petiit littus, sed id, quo propior Charybdis maria convolvit: at ille cautior peritos locorum rogat, qui æstus sit[7], quæ signa dent nubes; et longe ab illa regione vorticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam vitat, hoc primum cavens, ne vitare videatur. Pars enim securitatis et in hoc est, non ex professo eam petere[8]; quia, quæ quis 6 7 8

ed. *A.* Vulgo *febrem.... torrentem.S.*

1. *Ut plurima per senatum transigantur.* Hoc tunc temporis ex Tiberii instituto Romæ fiebat, comitiis in curiam e campo translatis. *R.*

2. *Gratiosi in eo viri.* Sic plurimi codd. ap. Pincian. Modium et Gruterum. At Erasmus al. *gratiosi timeantur in eo viri. Ruhk.*

3. *Singuli*, magistratus.

4. *Quum.... convolvit.* Exemplo utar trajectione freti in Siciliam Scylla, quæ Italiæ adjacet, et Charybdi, quæ Siciliæ est, infami: infestissima navigiis Charybdis, gurges mirse profunditatis, in quem æstus freti ea abrepta absorbet, et fragmenta ad littus Tauromenitarum ejicit, quod hac de causa Copriam (quasi excrementa) vocabant, Strabone referente VI, 2, 3. p. 258, ed. Lips.

5. *Contempsit*, ἀορισπιχῶς, pro contemnere solet.

6. *Non sinistrum.* Ubi Scylla est, versus Pelorum. Virgilius: « Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis, Obsidet. » Quod ita est Siciliæ respectu, et si quis ex ea solvat. At qui ex Italia *lævam* Scyllam habent, *dextram* Charybdim, si media utriusque, ut solent, nautæ tenent. *Lipsius.*

7. *Æstus sit. Æstus* accessus, ἄμπωσις. Cf. Cluver. Sicil. Antiq. I, 5. *Ruhk.* — Optime vertit *Lagrange*: *La direction des courans.*

8. *Petere* omnium est codd. lectio, quam Muretus mutavit in: *fugere*,

Digitized by Google

fugit, damnat[1]. Circumspiciendum ergo nobis est, quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum nihil idem concupiscamus[2] : rixa est inter competitores. Deinde nihil habeamus quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit : quam minimum sit in corpore tuo spoliorum[3] ! Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci; plures computant, quam oderunt[4] : nudum latro transmittit; etiam in obsessa[5] via
9 pauperi pax est. Tria deinde, ex præceptione[6] veteri, præstanda sunt ut vitentur : odium, invidia, contemptus. Quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum[7] est; verendumque, ne in contemptum nos invidiæ timor transferat; ne, dum calcare no-

nescio unde. Lipsius ait : sententia ex illo eadem elicitur : non petendam palam securitatem, quia sic videmur fugere potentes (subducendo nos et removendo) : quod est tacite eos damnare. Gruterus tamen suspicabatur aliquid deesse, quippe post *petere* habentur in aliquot mss. : *Non nostræ professionis, vulgi favores appetere quia quæ*, etc. Sed hæc verba desunt in Gruterianis aliisque, et inepte ab interprete vel ab annotatore adjecta sunt, Erasmo, Modioque judicibus et sensu repugnante. *Ruhk.*

1. *Quæ quis fugit, damnat. Lagrange* vertit : *Fuir, c'est désapprouver.*

2. *Nihil idem concupiscamus : rixa est*, etc. Sic optimi quique mssti cum edd. ante Mur. et sic rursus ed. Gronov. Vitiosam vero et interpolatam scripturam, *nihil inde conc. unde rixa est*, tenuit Ruhk. *Schw.* — Sic Schw. at Ruhk. habet, *Primum nihil inde concupiscamus, unde rixa est inter competitores*, quam lect. Muretus e codd. Pinciani in contextum recepit : quum ap. Erasm. Grut. Modium illud : *unde* non exstet, quod et Lipsius, cujus liber optimus habet : *nihil idem*, delendum censet. Falsam lectionem non putaverim cum Grutero. Sensus est satis manifestus : *nihil inde* i. e. a vulgo concupiscamus, a quo rixa oritur, s. qui rixæ ansam dat. *Ruhk.*

3. *Spoliorum*. I. e. quæ tibi eripiant, ut spoliorum loco habeantur.

4. *Plures computant, quam oderunt*. Id est, lucrum ex eo facinore eventurum proponunt; et ideo magis, quam odii ergo, suscipiunt. Seneca de Benef. V, 17. *Quotusquisque uxoris optimæ mortem timet, ut non computet?* Argute; ut non simul etiam de lucello, ab ejus morte cogitet. *Lipsius.*

5. *Obsessa* sc. a latronibus.

6. *Præceptione. Præcepto* repone ex mssti cunctis et edd. ante Lips. *Schw.*

7. *Temperamentum*. I. e. modus, cautio. Philosophia hæc suadet, ut a capessenda republ. omnino recedas

Digitized by Google

lumus [1], videamur posse calcari : multis timendi attulit causas, timeri posse. Undique nos reducamus : non minus contemni, quam suspici, nocet.

Ad philosophiam ergo confugiendum est : hæ litteræ, 10
non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco sunt [2]. Nam forensis eloquentia, et quæcumque alia populum movet [3], adversarios habet : hæc, quieta et sui negotii, contemni non potest ; cui ab omnibus artibus [4], etiam apud pessimos, honor est. Nunquam in tantum convalescet nequitia, nunquam sic contra virtutes conjurabitur, ut non philosophiæ nomen venerabile et sacrum maneat. Cæterum philosophia ipsa tranquille 11
modesteque tractanda est. — Quid ergo ? inquis, [5]videtur tibi Marcus Cato [6] modeste philosophari, qui bellum civile sententia sua reprimit ? qui furentium principum armis medius intervenit ? qui aliis Pompeium offendentibus, aliis Cæsarem, simul lacessit duos ? — Potest aliquis disputare, an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Quid tibi vis, Marce Cato ? jam non agitur de libertate ; olim pessumdata est ! quæritur utrum Cæsar, an Pompeius possideat rempublicam. Quid tibi cum ista 12
contentione ? nullæ partes tuæ sunt. Dominus eligitur :

et tranquille modesteque philosophiam tractes. *Ruhk.*

1. *Dum calcare nolumus.* Unice vera mihi visa est hæc scriptura, a Modio pridem commendata, et a Gronov. recepta, quam eamdem exhibet noster *Arg. b.* Ruhkopfius *calcari* tenuit, nulla ne nota quidem adjecta. *Schw.*

2. *Infularum loco sunt.* Dignitatem et securitatem præstant : omnes quippe sacris rebus operam dantes propter infulas quas gerunt, sacri et inviolabiles. Cf. ad Helviam XIII, 4. *Ruhk.*

3. *Movet, adversarios habet.* Sic mssti et editiones vett. Vulgo *movent, adversarium habent. Schw.*

4. *Ab omnibus artibus :* philosophiæ honor est, quia nulla *ars* (immo scientia), ea carere potest. *Ruhk.*

5. *Videtur.* Perperam vulgo *videbitur. Schw.*

6. *Marcus Cato.* De M. Catone Uticensi omnia nota sunt. Cf. tamen de eo lib. de Constant. Sap. cap. I,

Digitized by Google

quid tua, uter vincat[1]? potest melior vincere; non potest non pejor esse, qui vicerit! Ultimas partes attigi Catonis; sed ne priores quidem anni fuerunt, qui sapientem in illam rapinam reipublicæ[2] admitterent. Quid aliud quam vociferatus est Cato, et misit irritas voces, quum modo per populi levatus manus, et obrutus sputis, et portandus extra forum traheretur, modo e senatu in
13 carcerem duceretur? Sed postea videbimus[3], an sapienti opera perdenda sit: interim ad hos te Stoicos voco[4], qui a republica exclusi, secesserunt ad colendam vitam, et humano generi jura condenda, sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in se vitæ novitate convertet. Quid ergo? utique erit tutus, qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum, quam in homine temperanti bonam valetudinem: et tamen facit temperantia bonam va-
14 letudinem. Periit aliqua navis in portu: sed quid tu ac-

et Cic. Tusc. Disputt. lib. V, § 19. *R.*

1. *Quid tua, uter vincat? potest melior vincere, non potest non pejor esse, qui vicerit.* Cum Erasmo et Lipsio hanc lectionem præfero; nam locus hic mire variat in codd. ut in acutis sententiis fieri solet. Cf. Gruter. et Schotti Obss. V, 4, qui legit: *melior vincere non potest. Potest esse pejor qui victus fuerit. Non potest esse melior, qui vicerit.* Confert Martial. Epigr. I, 8; de Deciani dogmate. *Ruhk.* — Potest ex his duobus melior videri (Pompeius scilicet) dum vincit, non potest dum vicit. Nam victor animum reserabit, et successus malitiam eliciet adhuc repressam. Plane idem in Lucano, ad ipsum hunc Catonem, Brutus ubi dissuadet pariter bello interesse. « Quod si pro legibus arma Ferre juvat patriis, libertatemque tueri, Nunc neque Pompeii Brutum, neque Cæsaris hostem, Post bellum victoris habes. » *Lipsius.*

2. *Rapinam reipublicæ.* Vere: nam hinc Cæsar, hinc Pompeius, Vatinius, Curio, alii distrahebant, diripiebant. Muretus tamen *ruinam* maluit præter libros. *Lipsius.*

3. *Sed postea videbimus.* H. e. aliàs, alia epistola, aut alio scripto. *Ruhk.*

4. *Ad hos te Stoicos voco.* Sic quidem editt. vett. consentientibus msstis: at recte videtur Muretus vocem *Stoicos* abjecisse, ut e scholio adscitam. *Schw.* — Ruhk. abjecit ipse vocem *Stoicos* et hæc verba ait spectare ad eos, qui factione quadam inimica e republica exclusi Philosophiæ se tradiderunt, ut Cicero aliique,

Digitized by Google

cidere in medio mari[1] credis? Quanto huic periculum paratius foret, multa agenti molientique, cui ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes; quis negat? nocentes tamen sæpius. Ars ei constat[2], qui per ornamenta percussus est. Denique consilium[3], rerum omnium sapiens, non exitum, spectat. Initia in potestate nostra sunt: de eventu Fortuna judicat, cui de me sententiam non do[4]. At aliquid vexationis afferet[5], aliquid adversi! Non dominatur latro[6], quum occidit.

Nunc ad quotidianam stipem manum porrigis[7]. Aurea 13
te stipe implebo; et quia facta est auri mentio, accipe

qui otio fruentes de genere humano scriptis suis bene meruerunt.

1. *In medio mari*, ed. *R.* cum ms. *Arg. b*, et al. Inficete vulgo, *in medio maris. Schw.*

2. *Ars ei constat..... est.* Etiamsi gladiator pugnans cadit, tamen inter artis peritos numeratur. *Ornamenta* i. e. galeam, loricam, scutum, quatenus gladiatorem instruunt ad pugnam. De armis (gladiis telisve) non intelligas cum Schotto Obss. V, 4. Cf. Ernesti ad Sueton. Tit. IX, Excurs. XXVII. *Ruhk.*

3. *Consilium.* Ex Erasmi et Grut. codd. repositum, quum nonnullæ edd. habent: *initium. Ruhk.*

4. *Cui de me sententiam non do.* Non eam admitto in consilium ut deliberem quid agendum sit, eam pro nihilo habeo in statuenda agendi norma.

5. *Afferet.* Vulgo *affert.* Futurum commode dedere mss. *Arg.* et *Par.* cum ed. *A. Schw.*

6. *Non dominatur latro, quum occidit.* Vulgo omnes mssti editique, *non damnatur*, etc., haud dubie corrupta scriptura: ubi me advertit, quod, quum *dampnare*, inserta *p* littera, constanter alias scribant codices nostri et editiones veteres, h. l. illa *p* littera in nullo libro compareat: itaque *non dominatur* corrigendum putavi, atque ita scripsisse Senecam mihi persuasi, sententia hujusmodi: *Occidere latro* etiam sapientem *potest: sed non ideo est (aut fit) dominus* ejusdem: sapiens enim, solus liber, nullum dominum agnoscit. Pro *dominatur* veteres librarii *domnatur* scribere potuerunt, aut *dn̄atur*, ut *domnus* aut *dn̄us* pro *dominus. Schw.* — Ruhkopfius qui, ut cæteri edidit *damnatur*, se cum Gronovio et Lipsio non videre quo spectet verbum illud, confitetur. Gronovius putabat esse scribendum *non damnat*, i. e. latro potest occidere, non damnare, seu efficere jure cæsum videri, qui latrocinio periit. Sic locum intellexit *Lagrange* qui vertit: *Un voleur qui m'assassine est-il un juge qui me condamne?* Longe potior hac conjectura videtur Schw. correctio, quæ integrum restituit auctori sensum una mutata littera.

7. *Nunc ad quotidianam stipem manum porrigis.* Bene vertit *Lagrange: Je vois déjà votre main*

Digitized by Google

quemadmodum usus fructusque ejus tibi esse gratior possit. « Is maxime[1] divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget. » — Ede, inquis, auctorem. — Ut scias quam benigni[2] simus, propositum est aliena laudare[3] : Epicuri est, aut Metrodori, aut alicujus ex illa officina. Et quid
16 interest, quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget divitiis, timet pro illis : nemo autem sollicito bono fruitur; adjicere illis aliquid studet : dum de incremento cogitat, oblitus est usus; rationes accipit[4], forum conterit[5], kalendarium[6] versat, fit ex domino procurator[7]. Vale.

s'ouvrir pour sa recette journalière.

1. *Is maxime... indiget.* Easdem sententias et Socrati proprias fuisse constat. Vid. Stob. Serm. XC sq. Similia sunt illa Epicuri ap. Plutarch. T. X, p. 23, Hutt. ὁ τῆς αὔριον ἥκιστα θεώρενος, ὥς φησιν Ἐπίκουρος, ἥδιστα πρόσεισι πρὸς τὴν αὔριον. Cf. Diogen. Laert. X, 127. Addas Nostrum de Vita beata XXI et XXII. *Ruhk.*

2. *Benigni simus.* Ruhk. habet *Benigne simus.*

3. *Propositum est aliena laudare. Lagrange* vertit : *J'emprunte pour vous donner.* Non intelligimus quomodo cum auctore consentiat : sensus est : Senecam Stoicum alienæ scholæ tolerantissimum esse, qui Epicurum laudet.

4. *Rationes accipit.* Qui divitias augere studet, de usu recto non cogitans, rationes accipit ab iis, qui pecuniam suam administrant. *Ruhk.*

5. *Forum conterit*, frequentat tanquam negotiator : ibi enim mensarii, argentarii et nummularii tabernas suas habebant. In foro et de mensæ scriptura magis quam ex arca domoque, vel cista, pecunia numerabatur Romæ, ait Donatus ad Terent. Adelph. II, 4, 13. Cf. Jo. Fr. Gronovii Obss. IV, 24, p. 797 sq. Lips. *Ruhk.*

6. *Kalendarium*, liber pecuniæ fœnebris, quæ per Kalendas, interdum tamen etiam per Idus mensis sequentis exigebatur, solvebaturque. Vid. Epist. LXXXVII, 6, qui locus egregius cum nostro contendi meretur. *Ruhk.*

7. *Fit ex domino procurator.* Theocritus idem jam dixerat ap. Stob. Serm. XVI, p. 335, Schow. Θεόκριτος τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἔλεγεν ἐπιτρόπους εἶναι, ἀλλὰ μὴ δεσπότας τῶν χρημάτων. *Ruhk.* — *Procurator* verti potest *intendant.* Lagrange : *homme d'affaires.*

Digitized by Google

EPISTOLA XV.

DE CORPORIS EXERCITATIONIBUS.

Valetudinem animi cum cura corporis conjungendam suadet, sed ita, ut non athletica fiat, ideoque nos cogat corpori, quod talis labor exhausit, alendo et restituendo omnem operam navare. Jam vero corporis exercitatio sit facilis et brevis, qua corpus sine mora laxetur, et tempori parcatur. Sana haud dubie præcepta, quæ postea Galenus, et quæ eum sequuta est schola Salernitana, recte repetivit. Exercitationes quidem corporis, quas natura homini suadere solet, mox bella in usum suum converterunt, idque jam tempore heroico: deinde Cretenses et Spartanos his militaribus studiis maximam operam impendentes, cæteri Græci sequuti superarunt: tum pugilatus et pancratium, quod quidem ex lucta et pugilatu compositum erat, apud omnes Græcos, præter Lacedæmonios, in honore esse cœpit, gymnasia ubique exstructa, victus vel sumtus præbitus juvenibus, qui se vitæ athleticæ traderent, atque duro gymnasiarcharum imperio subjicerent, tum præmiis, honoribus prope divinis, victores a civibus ornati. Mox autem artificia multiplicia eaque subtilia et difficilia inventa sunt, quibus vera ars gymnastica paullatim defecit, jam Aristophanis tempore, vid. ej. Nub. 985–1054. Hinc ars gymnastica, quæ ad corpora excelsiora, robustiora, pulchriora, et duriora reddenda reperta erat, in Athleticen est deflexa, quæ tale vitæ genus præscribebat, ut corpora juvenum et virorum quamvis validiora quassari atque debilitari necesse esset, omni quippe vivendi eorum modo contra naturæ leges instituto. Inprimis autem hoc spectabant Gymnastæ, ut Athletæ nil nisi bubula atque præsertim suilla carne vescendo, nolentes volentes (unde ἀνεγκαιοφαγία hæc vita dicta est) saginati, robur et obesitatem acquirerent, ut quosvis adversarios dejicere, eorumque ictus sustinere possent: sed enim Platonis (cf. Gorgia T. IV, p. 41 Bip.) jam et Euripidis ætate pervulgatum erat, Athletas esse somnolentos, tardos, atque parum aptos ad belli pacisque officia peragenda. Pervaserat tamen et hæc prava ars Romam. Cf. Meiners in Commentatt. Soc. Reg. Gottingensis Tom. XI.

Clausula ab Epicuro est: ne vita in futurum feratur, uti stulti faciunt: sed præsentibus bene utere. Et hæc sententia egregia, quæ ad Epicuri κυρίας δόξας pertinuit, cum Stoicismo bene convenit, τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω, M. Antonin. VII, 8; X, 1. Jam Pittacus præceperat παλαιὸν λογὸν secundum Platon. in Gorgia (cf. Hemsterhus. ad Lucian. Tom. III, p. 365 Bip.) ab Horatio III Carm. 29, 29 sq. bene expressum: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.

Digitized by Google

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Mos antiquis fuit[1], usque ad meam servatus ætatem, primis epistolæ verbis adjicere : « Si vales, bene est; ego valeo[2]. » Recte et nos dicimus[3] : Si philosopharis, bene est. Valere enim hoc demum est; sine hoc æger est animus[4]. Corpus quoque, etiam si magnas habet vires, non aliter quam furiosi aut phrenetici validum est. Ergo hanc præcipue valetudinem cura; deinde et illam secundam, quæ non magno tibi constabit, si volueris bene[5] valere. Stulta est enim[6], mi Lucili, et minime conveniens litterato viro, occupatio exercendi lacertos, et dilatandi cervicem, ac latera firmandi. Quum[7] tibi feliciter sagina

1. *Mos antiquis fuit.* Plinius, lib. I, Epist. XI: *Vel solum illud scribe, unde priores incipere solebant : si vales, bene est; ego valeo. Lipsius.*

2. *Si vales, bene est : ego valeo.* Mureti editio omittit : *ego valeo :* at Erasmi et quinque Gruteri habent: *ego valeo*, quod inde reposui. Cæterum res nota est ex epistolis Ciceronis, et Plinio lib. I, Ep. II. *Ruhk.*

3. *Dicimus :* malit Lipsius *dicemus;* sed non opus est; intelligit enim philosophos. *Ruhk.*

4. *Sine hoc æger est animus :* nam qui philosophiæ studio se non tradidit, ille ægrotat, e sententia Stoicorum. Cf. ad Ep. VII, 1. Epictetus in Diss. Arrian. II, 18, 8. Stoicos quoque intelligit, ubi Uptonus male ad Platon. IV, p. 166, Bip. lectorem ablegat, tacite correctus a Schweighæusero. Simplicio talis homo ὁ πολύς vocatur sub initio commentarii ad Epict. Manuale. *Ruhk.*

5. *Si volueris bene valere,* etc. *La-grange* vertit, perinde ac si scriptum foret *si tantum volueris b.v. : Si vous ne voulez que vous bien porter.* Nobis autem videtur *bene valere* hic esse pro philosophari. Sensus est: si animo volueris valere, si sapiens esse, corporis bona valetudo non tibi magno constabit : hanc enim ut obtineas, non indigebis istis gymnasticis exercitationibus litterato viro minime convenientibus; sed brevibus facilibusque exercitationibus quas deinceps præcipit noster. Τὸ *hanc* quod supra est, non ad posterius valetudinis genus, scilicet corporis valetudinem refert, ut mos latinorum scriptorum monebat, sed ad prius genus valetudinis, sc. valetudinem animi.

6. *Stulta est enim..... firmandi.* Hæc videlicet exercitationibus gymnicis consequi studebant, ut lucta et pugilatu *lacerti et cervix*, currendo vero *latera* i. e. pectus pulmonesque firmarentur. *Ruhk.*

7. *Quum.* Intellige *etsi.*

Digitized by Google

cesserit [1], et tori [2] creverint; nec vires unquam [3] opimi bovis, nec pondus æquabis [4]. Adjice nunc, quod majore corporis sarcina animus eliditur, et minus agilis est. Itaque, quantum potes, circumscribe corpus tuum, et animo locum laxa! Multa sequuntur incommoda huic deditos curæ: primum exercitationes [5], quarum labor 3
spiritum [6] exhaurit, et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit; deinde [7] copia ciborum subtilitas [8] impeditur. Accedunt [9] pessimæ notæ mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum et vinum occupati; quibus ad votum dies actus est, si bene desudaverunt, si in locum ejus quod effluxit, multum potionis [10] altius in jejunio iturae regesserunt. Bibere et sudare, vita cardiaci est [11]. Sunt exercitationes et faciles et breves, quæ 4

1. *Sagina cesserit.* Nam athletæ certo victu utebantur, corpori viribusque augendis. *Lipsius.*

2. *Tibi tori.* I. e. caro tendoque in lacertis et pectore. *Ruhk.*

3. *Opimi.* I. e. pinguis: sic dicti sunt boves altiles ad sacrificia publica saginati. Varro de Re rust. II, 1, 20, p. 162 Bip. *Ruhk.*

4. *Nec pondus æquabis.* Sic inter veteres philosophus, glorianti cuidam quod maxime vini capax esset: Etiamsi plus haurire posses, respondit, tamen dolio vincerere.

5. *Primum exercitationes.* Sequuntur. *Ruhk.*

6. *Spiritum.* Vires animi.

7. *Deinde..... impeditur.* Horatius prius idem dixerat lib. II, Serm. 2, vs. 77,78, « Quin corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat una, Atque affligit humo divinæ particulam auræ. » Comparat et Schottus Obss. I. *R.*—Et Ariston scite Athletas assimilabat τοῖς ἐν γυμνασίῳ κύσιν, ὑμένας λιπαροὺς καὶ λιθίνους, columnis quæ sunt in gymnasio, pariter nitidos et saxeos. Sic et Diogenes cynicus, qui interrogatus, quare Athletæ fere sine sensu, aut mente essent, quia, inquit, ex suillis et bovillis carnibus constant. Versus proverbialis παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, Venter pinguis mentem non gignit tenuem. *Lipsius.*

8. *Subtilitas.* Vocab. *animi*, ab Erasmo adjectum, ignorant meliores libri. *Schw.*

9. *Accedunt.... occupati*, græculi magistri, iique servi, quorum imperio te trades, nullaque alia re, nisi ungendi se et saginandi studio infames. *Ruhk.*

10. *Potionis altius in jejunio iturae.* Sic percommode ms. *Arg. b.* et *Par. a.* (*in jejunio*, id est, *dum jejuni sunt.* Cf. de hac locutione Epist. CXXII, et LXXXVIII) *in jejuno iturae. Par. b. d.* Vulgo *jejuno gutture. Schw.*

11. *Cardiaci est.* In ore stomachi vitium καρδιαλγία, ab humore acri

Digitized by Google

corpus et sine mora laxent[1], et tempori parcant, cujus præcipua ratio habenda est. Cursus, et cum aliquo pondere[2] manus motæ, et saltus, vel ille qui corpus in altum levat, vel ille qui in longum mittit, vel ille, ut ita dicam, saliaris[3], aut, ut contumeliosius[4] dicam, fullonius. Quod libet ex his elige; usu fit facile[5]. Quidquid facies, cito redi a corpore ad animum; illum noctibus ac diebus exerce; labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non æstus impediet, ne senectus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. Neque ego te jubeo semper imminere libro, aut pugillaribus: dandum est[6] aliquod intervallum animo; ita tamen ut non resolvatur, sed remittatur. Gestatio[7] et corpus concutit, et studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire; quorum nihil ne amvellicante et rodente. Celsus III, 19. Trallian. VII, 2. *Ruhk.*

1. *Sine mora laxent.* Sic edd. omnes inde ab ed. Rom. et ferri hoc utcumque possit; sed haud dubie præferendum *lassent*, quod cum ed. *A.* agnoscunt mssti nostri *b. c.* et alii tantum non omnes. Nempe *lassatur* corpus exercitatione; *laxatur* balneo. Conf. Ep. XCV. *Schw.* —Jam dixerat supra (§ 2) *animo locum laxa.*

2. *Pondere.* Halteres (ἁλτῆρες) vocabantur hæc pondera plerumque plumbea, quæ manibus tenentes saltabant. Vid. Epist. LVI, 1, et Mercurial. de arte gymn. II, 11 *Ruhk.*

3. *Saliaris.... fullon.* recte ed. ab Erasmo. *Salutaris* edd. vett. et mss. *S.* —*Saliaris*, Saliorum, Martis sacerdotum, qui quotannis semel per urbem pompam et ancilia ducendo tripudiabant: similis huic saltationi videbatur motus ille fullonum vestimenta, quæ coguntur, calcantium, et conciliantium (καλιζόντων). Cf. Jos. Scaliger. ad Varron. de Ling. Lat. lib. V. Nott. p. 137, 138 Bip. ubi et nostri loci memor fuit: addas Plauti Pseudol. III, 1, 15. *Ruhk.*

4. *Contumeliosius* propter contemptum artificiorum quæ illiberalia, sordida, ἔργα βάναυσα, βαναυσίαι, vocabantur. Cf. Cic. de Offic. I, 42 ibique Garve. *Ruhk.*

5. *Usu fit facile.* Sic vulgo edd. cum ms. *Par. d.* et Col. et Pal. sec. Sed *usum rude facile Arg. b.* et *Par. b. usum rudem facilem* ed. *A.* cum ms. *Arg. c.* et *Par. a.* Conf. Pincian. et Ops. ac vide ne proverbium aliquod olim in usu fuerit hujusmodi, *usu rude facile*, vel *usu rudis facilis. Schw.*

6. *Dandum est.* Vulgo *dandum et*, invitis mss. *Schw.*

7. *Gestatio* fiebat aut lectica, aut scamno, i. e. sella, aut rheda essedove subjunctis mulis aut equis, longe

Digitized by Google

bulatio quidem vetat fieri. Nec tu intentionem vocis contempseris; quam veto te per gradus et certos [1]modos attollere, deinde deprimere. Quod si velis[2] dein, quem- 6
admodum ambules, discere; admitte istos, quos nova artificia docuit fames[3]: erit qui gradus tuos temperet, et buccas[4] et dentes observet, et in tantum procedat[5], in quantum ejus audaciam patientiæ credulitate[6] produxeris.

aliter quam in lectica aut sella, quæ a servis portabatur. Gestatio tamen in essedo Senecæ tempore communior fuit. Cf. Lipsius in Centuria III, miscellanea Ep. XI, ubi locum nostrum non præteriit. *Ruhk.*

1. *Per gradus et certos modos.* Elationem demissionemque dicit. *Modus* est modulatio, ῥυθμὸς, respectu præcipuo habito ad tempus seu spatium, et ad sensus animi exprimendos: gradus vero μέλος, ad sonos diversæ altitudinis notandos. Cf. Aristot. Polit. VIII, c. 5—7. Quintil. in Instit. Orat. I, 10. Sensus itaque est: ne te imperio phonasci tradas. *R.*

2. *Quod si velis*, etc. Cum ed. *R.* et mss. *Arg. b. Par. d.* et Grut. forsan scribendum, *Quid si velis..... discere?* quæ verba cum superioribus ita cohærent, ut sententia sit: « Ad exercendam vocem (cujus intentio etiam ad totius corporis exercitationem valet) nihilo magis opus est musicos adhibere modos, quam ad ambulandum (ad corpus ambulatione exercitandum) opus est, ut a magistro didiceris quemadmodum ex artis legibus ambules. » Sed et in eamdem fere sententiam teneri *Quod si* poterit. Tum ironica et mimica (ut solet) oratione pergit: *Admitte istos*, etc. id est: Id ni ita esset, dicerem tibi, *admitte istos*, etc. Nam *admitte*, non (ut vulgo) *admittes* dedere mss. *Arg. b. Par. d.* et alii apud Ops. et Grut. *Schw. — Quod si velis... discere.* Intelligas de mimis et pantomimis, uno verbo, de saltatione. Augusti autem et insequenti tempore has artes ludicras Romanis magnopere placuisse, constat. Cf. Senec. Nat. Qu. VII, 32. Quis non recordatur Pylademet Bathyllum magnos harum artium apud Romanos statores? Quod jam Horat. III. Carm. 6, 21, 22: «Motus doceri gaudet ionicos Matura virgo,» de suæ ætatis moribus queritur, id Nostro majorem conquerendi copiam dabat. Cf. Epist. XC, 18. Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinæ sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium, mollesque cantus et infractos. *Ruhk.*

3. *Docuit fames.* Laudat apposite Lipsius Juvenalem III, Sat. 78: « Græculus esuriens, in cælum, jusseris, ibit. »

4. *Buccas et dentes* ex Gruteri conject. scripsi: pro quo si quis vulgatum *buccas edentis* (in quod consentiunt mssti) repositum voluerit, per me sit licitum. Illud moneo, pro terminatione *es* nominum pluralium tertiæ declinationis, frequenter in libris nostris priscam terminationem *is* superesse. *Schw.*

5. *Procedat.* Mssti vulgo *procedet*, *Schw.*

6. *Patientiæ credulitate* cum Gro-

Digitized by Google

Quid ergo? a clamore protinus et a summa contentione vox tua incipiet? Usque eo[1] naturale est, paulatim incitari, ut litigantes quoque a sermone incipiant, ad vociferationem transeant: nemo statim Quiritium fidem
7 implorat. Ergo utcumque impetus tibi animi suaserit, modo vehementius fac in vices convicium[2], modo lentius, prout vox quoque te hortabitur et latus. Modesta[3], quum receperis illam revocarisque, descendat, non decidat: moderatoris sui temperamentum habeat[4], nec hoc indocto et rustico more desæviat. Non enim id agimus[5], ut exerceatur vox, sed ut exerceat.

nov. e Gruteri et Ruben. codd. prætuli; h. e. Gronov. interprete: quousque ei animum audendi addideris, fide facta tuæ patientiæ? quousque tibi patientiam ferendi tam molesta et morosa imperia fore credet. Cf. Epist. XLI, 6. *Ruhk.*

1. *Usque eo* ed. *R.* cum ms. *Arg. b.* et *Par. a. b. d.* Vulgo *usque adeo. Schw.*

2. *Fac in vices convicium.* Vulgo *fac vitiis conv.* Nempe in codd. quibusdam emendatioribus hoc reperisse se ait Pincianus, unde recepit Mur. At hæc scriptura in nullo ex eis codd. quos vel Opsop. vel Grut. vel alius quisquam vidit, reperitur: nec agitur hic de reprehendendis vitiis, sed de exercitatione corporis, quæ fit declamando et vocem intendendo. Nostri codd. et Paris. et omnes Opsopœi et Gruteri *vicinis* dabant; non id quidem melius, sed non dubito eamdem scripturam exhibuisse Pinciani codices illos, quos ille *viciis*, vel *vitiis* dare debuisse existimaverat. Plerique ejusdem Pinciani codd. *in cives* dabant, quod et ed. Rom. et aliæ ante Mur. tenuerunt: qua in scriptura equidem mihi persuasi latere istam, *in vices* (i. e. alternis vicibus), quam unice veram judicavi. Nullum librariorum sphalma frequentius, quam litterarum quarumdam aut syllabarum in eadem voce transpositio. *Fac convicium* h. l. idem valet ac *declama*, nil amplius. *S.*

3. *Te hortabitur et latus. Modesta*, etc. Certius nihil habens, vulgatum tenui, quod ex Erasmi conject. receperat Mur. Masti nostri cum aliis, *te hortabitur in id latus modesta.* In uno tamen *Par. d.* scribitur *modeste*, quod non spernam. *Schw.*

4. *Moderatoris sui temperamentum habeat.* Vulgatam istam scripturam cum ed. *R.* nonnisi juniores fere codices (Gruteri Palat. 1, 2 et 3) agnoscunt. *Mediatoris sui temperamentum habeat*, *Arg. c.* et *Par. a. Moderationis sui temp. hab.* ed. *A.* et ms. *Col. Mediatoris sui habeat Arg. b.* Palat. sec. et *Par. b.* aliique apud Ops. *Mediatoris vim hab. Par. d. Medietatem oris sui hab.* cod. Ambian. Ops. *Schw.*

5. *Agimus* ed. *R.* cum *Arg. b. Par. a. b. d.* aliisque. *Agamus* ms. *c.* et ed. *A.* Vulgo *Agitur. Schw.*

Digitized by Google

Detraxi tibi[1] non pusillum negotium : mercedula et unus gradus ad hæc beneficia accedet. Ecce insigne præ- 8
ceptum : « Stulti vita ingrata est[2], trepida, tota in futurum fertur. » — Quis hæc, inquis, dicit ? — Idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam ? Babæ et Isionis[3] ? Non ita est : nostra dicitur, quos cæca cupiditas in nocitura, certe nunquam satiatura, præcipitat ; quibus, si quid satis esse posset, fuisset ; qui non cogitamus, quam jucundum sit, nihil poscere ; quam magnificum sit, plenum esse[4], nec ex fortuna pendere. Subinde itaque, Lucili, quam multa sis consequutus, 9
recordare : quum adspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur[5]. Si vis gratus esse adversus Deos et adversus vitam tuam, cogita quam multos antecesseris. Quid tibi cum cæteris[6] ? te ipse antecessisti ! Finem con-

1. *Detraxi tibi, n. p. n. Mercedula et unus gradus.* Mira est varietas : *Detraxit* plurimi habent : alii *mercedula et unum Græcum*, alii *mercedulæ et unus græcus* : alii *mercedula et minis gratus.* Inde emendavit Lipsius : *Detraxi tibi non pus. negotium mercedulæ et unius Græci* : vel ex suo : *mercedulæ et magistratus. Ad hæc beneficia accedet ecce insigne præceptum.* Adjicit : Docui te sine magistro græculo, sine stipendio exerceri. *Ruhk.* — *Unus gradus* ex Schw. conjectura est. Vulgo, inquit, *munus gratum* invitis mss. *Unus græcus* ms. *Arg. b.* et *Par. a. Unum græcus Par. b. d. Unus gratus* ms. *c.* et ed. *A.* Cf. Ops. et Grut. Frequens in libris nostris litterarum *d* et *t* permutatio.

2. *Stulti vita ingrata est*, etc. De hoc Epicuri dicto cf. Argum. *Ruhk.*

3. *Isionis.* Vulgo *Ixionis.* — *Babæ et Isionis.* Erasmus notat : scholium margini codicis adscriptum indicare : Babam et Isionem fuisse duos Senecæ temporibus notæ fatuitatis homines. In quo quidni acquiescamus, non video. *Ruhk.*

4. *Plenum esse.* I. e. divitem ideoque contentum esse cum iis, quæ habeas. *Ruhk.*

5. *Cogita quot sequantur.* Sapiens et quotidiani usus monitum ! Non prospice tantum, sed respice. Phavorinus bene : Τὸν ἐνθυμεῖσθαι δηλονοτι χρὴ ἐν μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἀφορᾶν εἰς τοὺς ἐλάττω κεκτημένους· ἐν δὲ τοῖς κακοῖς εἰς τοὺς μᾶλλον δυστυχοῦντας. Aliter plebeium ingenium. « Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat, » ut ait Manilius. *Lipsius.* — Cf. Plutarch. Tom. X, p. 9 et 14, de Tranquill. Animi. *Ruhk.*

6. *Qui tibi cum cæteris* hominibus rei est, ut cum iis te compares ? Tu ipse philosophiæ studio *te antecessisti*, perturbationes et malas animi pro-

Digitized by Google

stitue, quem transire ne possis quidem, si velis : discedent aliquando ista insidiosa bona, et sperantibus meliora, quam assequutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et implerent : nunc haurientium sitim concitant[1]. Mutantur speciosi apparatus[2] : et, quod futuri temporis incerta sors volvit, quare potius a fortuna impetrem, ut det; quam a me, ne petam? Quare autem petam, oblitus fragilitatis humanæ? congeram in quid laborem? Ecce hic dies ultimus est! ut non sit, prope ab ultimo est! Vale.

pensiones tui vincendo. Etiamsi tibi finem quamvis splendidum consiliorum tuorum constitueres, tamen aliquando evanescent omnia. *Ruhk.*

1. *Si quid... concitant.* Aristippi est hæc sententia apud Plutarch. de Cupiditate Divitiarum c. 3, p. 150, 151, Tom. X, Hutt. Solon tamen jam dixerat : Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν ap. Plut. l. l. p. 152. *Ruhk.*

2. *Mutantur speciosi app.* Vulgo, *concitant, et invitant spec. appar.* ex Erasmi conject. quum vitiose *imitantur* olim, pro *mutantur*, editum fuisset. *Schw.*

EPISTOLA XVI.

DE UTILITATE PHILOSOPHIÆ.

Quum observasse sibi videretur, Lucilium amore quidem philosophiæ teneri, sed nondum firmitatem satis idoneam assequutum, monet, ut semet ipsum scrutando videat, an et in vitam factaque penitus se jam insinuaverit philosophia. Nam quacumque hora utilitatem philosophiæ conspici, nec obstare diversa de fato et providentia dogmata, quoniam, quidquid sit, ea tamen nos tueri debeat, docendo nos, ut Deo pareamus et fortunam ac fortuita aspernemur. Clausula est Epicuri : Secundum naturam qui vivit, nunquam erit pauper, si ad opinionem, nunquam dives. Videre facile est, quantopere Epicurus cum Stoicis conveniat.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Liquere hoc tibi, Lucili, scio, neminem posse beate vivere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiæ studio;

Digitized by Google

et beatam vitam perfecta sapientia [1] effici, cæterum tolerabilem etiam inchoata [2]. Sed hoc, quod liquet, firmandum et altius quotidiana meditatione figendum est. Plus operis [3] est in eo, ut proposita custodias, quam ut honesta proponas. Perseverandum est, et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit, quod bona voluntas est! Itaque tibi apud me pluribus verbis haud affirmandum [4], nec tam longis: intelligo, multum te profecisse. Quæ scribis, unde veniant scio; non sunt ficta, nec colorata. Dicam tamen quid sentiam: jam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias, volo: non est quod tibi cito et facile credas; excute te, et varie scrutare, et observa! Illud ante omnia vide, utrum in philosophia [5], an in ipsa vita profeceris. Non est philosophia 2 3

1. *Perfecta sapientia* summo philosophiæ gradu, sensu Stoico. Cf. Lipsii Manuduct. in Stoic. philos. II, 8 et 9. *Ruhk.*

2. *Cæterum tolerabilem etiam inchoata.* Sic Erasmus et plures codd. In nonnullis libris est: *cæterum nec tolerabilem sine ipsa etiam inchoari*, quam tamen lectionem ab eruditulo esse intrusam notat recte Erasmus. Nam sensus et Senecæ Stoicismus (cf. sequentia et notam), repugnant. *R.*

3. *Plus operis..... bona voluntas est.* Bona mens et bona voluntas se excipiunt: hæc est inclinatio, bona illa quidem, sed nondum tam firma, ut everti nequeat, ὁρμή· bona mens est habitus. Est autem Stoicorum dogma: esse in hominis potestate, ut bonus fiat. Senec. de Ira II, 13. Ep. XLI et XCIV. Antonin. VIII, 29. Cæterum hoc erat Demetrii philosophi præceptum sane egregium ap. Senec. de Benef. VII, 1. Cujus utilitate ducti Pythagorei aureum carmen, Epicurus ratas sententias, Epictetus Manuale composuerunt *R.*

4. *Pluribus verbis haud affirmandum.* Locum, vulgo ex Erasmi conject. interpolatum, levi mutatione correxi. Mssti, *aut* (sed *Arg. c.* et ed. *A. haut*) *affirmatis. Schw.* — Ruhkopfius habet *Itaque tibi apud me pluribus verbis opus non est, aut affirmatis, aut tam longis.* Commoda, inquit, sententia, sed ab Erasmo, qui hæc tria; *opus non est* e conjectura infarsit. Nulla adest varietas, nisi quod *aut*, et, *nec tam longis*, et *audax summatis, assumatis.* Lipsius ait: *quid lateat, me latet.* Hinc Gronov. emendat: *plurib.v. aut affirmatis* (i. e. asseveratis, laborantibus ad probandum) *nequaquam opus, intelligo*: sive *nequaquam locus*: sive *pl. v. haud affirmandum: ex tali unque intelligo.* Locus conclamatus est.

5. *Utrum in philosophia... profeceris.* I. e. utrum studium philosophiæ

Digitized by Google

populare[1] artificium, nec ostentationi paratum ; non in verbis[2], sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut cum aliqua oblectatione[3] consumatur dies, ut dematur otio nausea[4] : animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum[5], et per ancipitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est : innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigant, quod ab hac petendum est. — Dicet ali-
4 quis[6] : « Quid mihi prodest philosophia, si fatum est ? quid prodest, si Deus rector est ? quid prodest[7], si casus imperat ? Nam et mutari certa non possunt, et nihil præparari potest adversus incerta ; si aut consilium meum Deus occupavit, decrevitque quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna permittit. » — Quidquid est ex his, Lucili, vel si omnia hæc sunt, philosophandum est : sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter Deus universi cuncta disposuit[8], sive casus res humanas sine

ad vitam quoque transtuleris. *Ruhk.* — *Lagrange* vertit : *Est-ce dans la philosophie, est-ce dans l'art de vivre, que vous êtes avancé ?*

1. *Populare* ad populi favorem aucupandum. *Ruhk.* — Forsitan *populare* significat potius, quod quisquis e populo amplecti potest, omnibus facile et patens.

2. *Non in verbis.* Non Hercules : et mendacium incongruens atque ineptum est non in pectore, sed in labiis habere bonitatem, ait Lactantius.

3. *Ut cum aliqua oblectatione.* Deerat *cum* edd. *Schw.*

4. *Ut dematur otio nausea. Lagrange* vertit callide : *Sa fonction n'est pas... de corriger la fadeur de l'oisiveté.*

5. *Sedet ad gubernaculum.* Ex meo libro opt. *sed et gubernaculum est.* Etsi illud non muto. *Lipsius.*

6. *Dicet aliquis..... fatum est ?* Stoicorum erat dogma : κατ' εἱμαρμένην πάντα γίνεσθαι. Diog. Laert. VII, 149. Cic. de Nat. D. III, 6. Discedit autem Seneca a vero stoicismo, secundum quem cæterosque plurimos philosophos, præcise docebatur, mundum fatumque a Deo regi. Cf. Seneca de Provid. c. V ; Ep. LXXVII, LXXXVIII. Plutarch. de Repugn. Stoicor. Tom. II, p. 1056, Francof. Gell. Noct. Att. VI, 2, et post Upton. ad Epict. Diss. Arrian. I, 12. Tiedemann *Syst. der Stoisch. Phil.* II, p. 134. *R.*

7. *Quid prodest, si casus imperat?* secundum Epicureos. Cf. Tiedemann *Geist der specul. Phil.* II, p. 377, 380. *Ruhk.*

8. *Disposuit. Arg. b.* Vulgo *disponit. Schw.*

Digitized by Google

ordine impellit et jactat, philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunæ contumaciter resistamus : hæc docebit, ut Deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit juris nostri, si providentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur : illo nunc revertor, ut te moneam et exhorter, ne patiaris impetum animi [1] tui delabi et refrigescere. Contine illum, et constitue, ut habitus fiat quod est impetus ! 5

Jam ab initio, si bene te novi, circumspicis ecquid hæc epistola munusculi attulerit? excute illam, et invenies. Non est quod mireris animum meum : adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quidquid bene dictum est ab ullo, meum est [2]. Sic [3] quoque quod ab Epicuro [4] dictum est : « Si ad naturam vives, nunquam eris pauper : si ad opinionem [5], nunquam eris dives. » Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Congeratur in te, quidquid multi locupletes possederant; ultra privatum pecuniæ modum fortuna te provehat, auro tegat, purpura vestiat; eo deliciarum opumque perducat, ut terram marmoribus abscondas; non tantum 6 7

1. *Impetum animi tui.* Sic mssti : vulgo nude, *animum tuum*, a Lipsio. Leviora prætermitto, e mssts a nobis correcta. *Schw.*

2. *Quare autem alienum dixi? quidquid bene dictum est ab illo, meum est.* Sic supra : *Epicurus, inquis, dixit : quid tibi cum alieno? quod verum est, meum est.*

3. *Sic quoque.* Commode *sicut quoque* mss. *Arg. b.* et *Par. b. Schw.*

4. *Epicuro.* Epicurum vita sua in hortis ad Athenas acta veritatem hujus dicti comprobavisse constat e Diog. Laert. X, 12; ubi Athenæus : Τῆς φύσεως δ' ὁ πλοῦτος ὅρον τινὰ βαιὸν ἐπίσχει, Αἱ δὲ κεναὶ κρίσεις τὰν ἀπείραντον ὁδόν. Quibuscum conveniunt Epicuri illa apud Stob. Flor. XVII, p. 341 Schow. : Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα. Cæterum conferas cum seqq. Consolat. ad Helv. c. 11. *Ruhk.*

5. *Ad opinionem. Ad opiniones* ed. *R.* cum *Arg. b.* et *Par. a. b. d. S.*

Digitized by Google

habere tibi liceat, sed calcare divitias; accedant statuæ et picturæ, et quidquid ars ulla luxuriæ elaboravit : ma-
8 jora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt : ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent; nullus enim terminus falso est. Via eunti[1] aliquid extremum est; error immensus est. Retrahe ergo te a vanis ! et quum voles scire, quod petis[2] utrum naturalem habeat, an cæcam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Vale.

1. *Via eunti. Viam eunti* edit. *A.* cum ms. *Arg. c.* et Palat. sec. manuss. *Schw.*

2. *Petis. Petes* recipi poterat, quod habet ed. *A.* cum mss. *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d. Schw.*

EPISTOLA XVII.

SINE MORA AMPLEXANDAM ESSE PHILOSOPHIAM : PAUPERTATEM ESSE BONUM.

Hortatur amicum, ut omni dilatione dimissa philosophiam amplectatur, nec paupertatem pertimescat, quippe quæ multis eum vitæ periculis liberet et expeditiorem philosophandi viam monstret. Jam quum fuerint, qui propter multo minora præmia, quam quæ philosophia offert, non solum paupertatem, sed etiam egestatem famemque toleraverint, nihil obstare debere, quominus omni cura studioque divitias parandi abjecto, ad bonam mentem læto cursu tendat, ut animum a morbis furoribusque, i. e. passionibus et perturbationibus liberet. Qua in re naturam sequatur monet, quæ minimum petit : sin aliter res expedire non licet, exsiliat suadet e vita. His adjungit Epicuri dictum egregium : Multos divitiis suis paratis non miserias suas finire, sed mutare, quoniam animus a divitiis nullam emendationem accipiat.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Projice omnia ista, si sapis, immo ut sapias; et ad bonam mentem magno cursu ac totis viribus tende. Si quid est quo teneris, aut expedi, aut incide. — « Mo-

Digitized by Google

ratur, inquis, me res familiaris! sic illam disponere volo, ut sufficere nihil agenti possit[1]; ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui. » — Quum hoc dicis, non videris vim ac potentiam ejus, de quo cogitas, boni nosse : et summam quidem rei pervides[2], quantum philosophia prosit; partes autem nondum satis subtiliter dispicis, necdum scis, quantum ubique nos adjuvet, quemadmodum et « in maximis, ut Ciceronis[3] utar verbo, opituletur, et in minima descendat. » Mihi crede, advoca 2
illam in consilium! suadebit tibi, ne ad calculos[4] sedeas. Nempe hoc quæris, et hoc ista dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstitere divitiæ; paupertas expedita est, secura est. Quum classicum cecinit[5], scit 3
non se peti; quum aliqua conclamatio est[6], quomodo exeat, non quid efferat, quærit. Si navigandum est, non strepunt portus, nec unius comitatu inquieta sunt littora :

1. *Sufficere nihil agenti possit.* In multis libris : *sufficere in hoc agenti*, unde Gruterus, Lipsio approbante, fecerat : *unum hoc agenti.* Sed Gronov. vulgatum in aliquot et ipsis bonis codd. invenit et recte tuetur. Oppositus autem est *nihil agens* i. e. nullam Reip. partem, nullam privatam quæstus causa tractans, iis qui in actu rerum versari dicebantur. *R.*

2. *Et summam quidem rei pervides*, etc. Vertit *Lagrange : Un coup-d'œil superficiel vous montre l'utilité de la philosophie.*

3. *Ut Ciceronis..... verbo.* Ubi hoc ille dixit? haud nunc commemini. An in Hortensio, ubi ex professo laudavit philosophiam? *Lipsius.* — In fragmentis collectis non reperitur. *Ruhk.*

4. *Ne ad calculos sedeas*, computandi causa. Sic Ep. XLVIII, 9, ad album sedere dicitur. Lapillis autem antiquissimis temporibus ad computationes usos esse homines, satis constat : hinc, re quamvis mutata, verbum remansit. *Ruhk.*

5. *Quum classicum cecinit*, ad periculosa tempora et terrores belli, hoste imminente, spectant. Cf. Heyne ad. Tibull. I, 1, 4. Quam ad Tacit. Ann. II, 32, de signo quod dabatur, quum civis capite plectendus esset, explicationem et nostri loci attulerat Lipsius, eam Grutero monente postea recte retractavit. Exemplo in tota hac disputatione sit Abdalonimus ap. Curtium IV, 1. *Ruhk.*

6. *Quum aliqua conclamatio est. Quum aliqua conclamata est* ms. *Arg. b. Par. a. b. d. Aliquo conclamatum* ed. *A.* cum ms. *c.* quod ve-

Digitized by Google

non circumstat illum turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum[1] est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos ventres, et bene institutos, et nihil aliud desiderantes, quam impleri. Parvo fames constat, magno fastidium[2]. Paupertas contenta est desideriis instantibus satisfacere.

4 Quid est ergo quare ut hanc recuses contubernalem, cujus mores sanus dives imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura : frugalitas autem, paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes : « Quantum sat est[3], nondum habeo : si ad illam summam pervenero, tunc me totum philosophiæ dabo. » Atqui nihil prius, quam hoc, parandum est, quod tu
5 differs et post cætera paras ; ab hoc incipiendum est. « Parare, inquis, unde vivam, volo. » — Simul et parare disce[4] ! Si quid te vetat bene vivere, bene mori non vetat. Non est quod nos paupertas a philosophia revocet, ne egestas quidem. Toleranda est enim ad hoc properantibus vel fames ; quam toleravere quidam in obsidionibus. Et quod aliud erat illius patientiæ præmium, quam in arbitrium non cadere victoris? quanto hoc majus est,

rum videtur. *Schw.* — *Aliqua conclamatio*, ut in igne, ruina, periculo. *Lipsius.*

1. *Transmarinarum regionum*, e. c. Africæ, et in hac præsertim Ægypti, quarum frumenti maximæ copiæ transvectæ Romam. Italia enim bellis, latisfundiis luxuque exhausta incolis suis alendis jam Ciceronis tempore non suffecit. Varro de R. R. II, 1, ait : « Saturi sumus ex Sardinia et Africa. » Cf. Horat. II, Carm. 15. Sed res nota est. *Ruhk.*

2. *Parvo fames constat, magno fastidium.* Sic supra Epist. v. Parabile est quod natura desiderat et appositum : ad supervacua sudatur..... ad manum est quod satis est.

3. *Quantum sat est..... dabo.* Alphium, fœneratorem illum ruris laudatorem ap. Horat. Epod. II, cuiquam hic, vel me non monente, obversaturum esse opinor. *Ruhk.*

4. *Simul et parare disce.* Vis parare? rationem parandi etiam disce. Quæ est? ut vivere promptus sis et

Digitized by Google

quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis nec Dei timor! Equidem[1] vel esurienti ad ista veniendum est. Perpessi[2] sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixe- 6
runt herbarum radicibus, et dictu fœdis[3] tulerunt famem. Hæc omnia passi sunt pro regno (quo magis miseris) alieno : dubitabit aliquis[4] ferre paupertatem, ut animum furoribus liberet? Non est ergo prius acquirendum[5] : licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire. Ita est? quum omnia habueris, tunc habere et sapientiam voles; hæc erit ultimum vitæ instrumentum, et, ut ita dicam, additamentum[6]? Tu vero, sive aliquid habes, jam philosophare (unde enim scis, an jam nimis habeas?) sive nihil, hoc prius quære, quam quidquam. « At ne-
cessaria deerunt! » Primum deesse non poterunt, quia 7
natura minimum petit : naturæ autem se sapiens accommodat. Sed[7], si necessitates ultimæ inciderint, jamdu-

mori. Sic affecto nihil deerit : si enim desit, ecce janua, exi. *Lipsius.*

1. *Equidem* ed. *A.* et *R.* cum ms. *c.* id est, sane, profecto, ut Ep. XI. Alii mssti, *Et quid?* Vulgo *Et quidem* edd. ab Erasmo. *Schw.*

2. *Perpessi.....famem.* Vide Cambysis exemplum ap. nostrum III, de Ira 20, 2; ubi lin. penult. cum Gronov. et VVesseling. ad Herodot. III, p. 207, 68 loco *animalium* reponas : *talium. Ruhk.*

3. *Dictu fœdis* e cod. Col. ap. Grut. cum Modio et Lipsio prætuli vulgato : *fœdam : Dictu fœdis* scil. alimentis, a quibus abhorremus. Gronov. laudat Nat. Quæst. I, 16 sub init. *Ruhk.*

4. *Dubitabit aliquis*, etc. Pro toto hoc argumento pulchre Manilius : « Quæremus lucrum navi, mortemque sequemur In prædas : pudeat tanto bona vellé caduca. Quid cœlo dabimus? quantum est, quo væneat omne? Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso. » Pulchra, inquam, hæc magis, an pia? *Lipsius.* Sic et Horatius : « Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones; Ut teipsum serves, non expergisceris? »

5. *Non est ergo prius acquirendum. Non* hic pro *nihil* positum est, i. e. nihil ergo prius acquirendum est.

6. *Additamentum. Lagrange* vertit : *Une espèce de pis aller :* sed hæc locutio convenit rei quam in solatium melioris deficientis accipimus; hic autem agitur de illa re quam cum altera insuper accipimus, ut vulgari sermone Gallis dicitur : *pardessus le marché.*

7. *Sed, si necessitates.* Utilis est ad hunc locum Cic. de Finib. III, 8. *Ruhk.*

Digitized by Google

dum exsiliet e vita[1], et molestus sibi esse desinet. Si vero exiguum fuerit et angustum quo possit vita produci : id boni consulet, nec ultra necessaria sollicitus aut anxius, ventri et scapulis suum reddet[2], et occupationes divitum, concursationesque ad divitias euntium, securus
8 lætusque ridebit, ac dicet : Quid in longum ipse te differs[3]? exspectabisne fœnoris quæstum, aut ex merce compendium, aut tabulas beati senis[4], quum fieri possis statim dives? Repræsentat opes sapientia; quas, cuicumque fecit supervacuas, dedit. Hæc ad alios pertinent : tu locupletibus propior es. Sæculum muta[5], nimis habes : id est omni sæculo[6] quod sat est.

Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos[7] non potest quisquam salutare sine munere; tibi valedicere non licet gratis. Quid istic?
9 ab Epicuro mutuum sumam. « Multis, parasse divitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio. » Nec hoc[8] miror : non est[9] enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud,

1. *Exsiliet e vita*, morte sponte sumpta. Lipsii Manud. in Diss. 22. *R.*

2. *Ventri et scapulis suum reddet*, h. e. victum cultumque necessarium sibi comparabit. *Scapulæ* autem h. l. pro corpore vestibus tegendo summatur. *Ruhk.*

3. *Quid in longum ipse te differs?* Subintellige ut te divitem putes.

4. *Aut tabulas beati senis. Tabulæ* ibi pro testamento ponuntur: sensus est exspectabisne dum tibi beatus, id est, dives senex sua bona relinquat?

5. *Sæculum muta.* I. e. antiqua exempla respice: cum tuis eisdem opibus, luxui propior es quam paupertati. Cf. Consolat. ad Helv. c. XII, 3. *Lips.*

6. *Id est omni sæculo.* Vulgo *inest omn. sec.* a Mureto, invitis mssti. *Schw.* — Cæterum sensus idem remanet quamlibet lect. admiseris : namque *id est* etc. interpretandum est : id quod sat est in omni sæculo, est, inest (tibi).

7. *Reges Parthos..... munere.* Viguit vigetque etiamnunc hic mos quasi patriarchalis in Oriente. Cf. Plutarch. vit. Artaxerxis c. 4 et 5. Tom. V. Reiske. *Ruhk.* — Vide Ælianum I. Var. Hist. cap. 1. Et exempla in Oriente plura sunt, inter ea et Magorum, in nostris sacris, qui Christum adoraturi, munera obtulerunt. *Lipsius.*

8. *Nec hoc.* Sic mssti et ed. *R.* Vulgo, *Non hoc. Schw.*

9. *Non est..... animo.* Similia sunt ap. Horat. II, Carm. 16, III, 1, 40.

Digitized by Google

quod paupertatem[1] gravem fecerat, et divitiàs graves fecit. Quemadmodum nihil differt, utrum ægrum in ligneo lecto an in aureo colloces[2]; quocumque illum transtuleris, morbum suum secum transferet[3] : sic nihil refert, utrum animus æger in divitiis an in paupertate ponatur; malum illum suum sequitur. Vale.

Plutarch. tom. X, p. 5, Hutt. Alia collegit Gataker ad Antonin. p. 122, et 2. *Ruhk.*

1. *Paupertatem.* Post *paupertatem* ex veterum librorum omnium consensu adjici debuerat pronomen *nobis*, inde a Mureto temere omissum. *Schw.*

2. *Utrum ægrum in ligneo lecto an in aureo colloces.* Revocantur Horatii versus, lib. I, Epist. II, 48. «Non domus et fundus, non æris acervus et auri, Ægroto domini deduxit corpore febres.»

3. *Transferet* scripsi cum *Arg. b. c.* Vulgo *transfert. Schw.*

EPISTOLA XVIII.

DE OBLECTATIONIBUS SAPIENTIS.

Occasione Saturnalium egregie utens amicum commonefacit, ut in publica lascivia temperanter se gerat, ideoque nec excerpendo se, nec miscendo omnibus festum diem agat sine luxuria, atque ideo ad difficilia se præparet vero experimento, idque non coactus. Utile est, certis diebus abstinentiam exercere, parcere, ad paupertatem se reducere, minimoque se facere familiarem, et Epicurum imitando præoccupare tela fortunæ. Ita fiet, ut Deo dignus sis, quandoquidem opes intrepide possidere possis. — Saturnalia, quæ ansam nostro præbuere, de temperantia et abstinentia exponendi, Senecæ tempore per septem dies inde a XIV Kal. Jan. (XVII Dec.) celebrabantur in honorem Saturni, ad auream ætatem symbolice repræsentandam. Summa fertilitas inprimis a poetis huic ætati tributa; nullo enim serente, aut arante, omnia sponte proveniebant, parvo aut nullo labore vinum, mel, lac, etc. ad vitam suaviter agendam idonea parabantur, et homines optimi vivebant. Proinde plausus ubique, et cantus, et lusus, et æqualitas viguit Romæ, et in iis regionibus quæ Romanorum imperio subjectæ erant, nec ullum discrimen inter servos liberosque conspiciebatur, quinetiam domini servis ministrabant sedentibus et cœnantibus. Saturno enim rerum potiente ne servitium quidem ullum fuisse fingebatur. Cf. Luciani Saturnalia, Cronosolon et epistolæ saturnales Tom. IX init. Bip. et Lipsii liber eruditissimus,

Digitized by Google

Saturnalia inscriptus. Scriptores antiqui sæpe hac sollemnitate usi sunt, ut lucem coloresque inde peterent suis dictis. Vide v. c. Epictetum Arriani Dissert. I, 25, 8 sq. ibique Uptonum, qui tamen locum Senecæ de Constant. XII, 2, male huc retulit. Vestigia haud pauca horum sollemnium in festo natali Christi hodieque reliqua esse, ingeniose docuit Gredike. Vide *Berlinische Monatschrift* anni 1784 mense Januar. n. 8.

Clausula Epistolæ est ab Epicuro: Immodica ira insaniam gignit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

DECEMBER est mensis: quum maxime [1] civitas [2] sudat; jus luxuriæ publice [3] datum est; ingenti apparatu sonant omnia: tanquam quidquam inter Saturnalia intersit [4] et dies rerum agendarum. Adeo nihil interest [5], ut videatur mihi non errasse qui dixit, olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem quid existimares esse faciendum: utrum nihil ex quotidiana consuetudine movendum; an, ne dissidere videremur cum publicis moribus, et hilarius cœnandum, et exuendam togam [6]. Nam, quod fieri nisi in tumultu et tristi tempore civitatis non solebat, voluptatis causa, ac festorum dierum, vestem mutavimus. Si te bene novi, arbitri partibus functus, nec per omnia nos simi-

1. *Quum maxime. Quo quum maxime* cum Modio reposui e tribus mss. quippe quod usus Senecæ postulat. Erasmus et Muretus habent: *quo maxime.* Pincianus vero et Gruterus Lipsiusque: *mensis est, cum maxime. Ruhk.*

2. *Sudat*, id est, miscetur et agitatur.

3. *Publice* Erasm. et Muret. præstant, quod vulgato *publicæ* præfero. *Ruhk.*

4. *Inter Saturnalia intersit* omnes codd. et impressi dant præter Muretum, qui *nunc intersit* e conj. dedit. *Ruhk.*

5. *Adeo nihil interest.... annum.* Olim mense Decembri luxuria viguit, sed nunc toto anno luxus regnat: itaque illo ingenti apparatu non opus est. *Ruhk.*

6. *Exuendam togam* et synthesin (Martial. XIV, 1, 141. V, 80, 25. Sueton. Ner. 51.), i. e. mollem eamque pretiosam vestem, qua tempore Saturnalium induti esse solebant Romani. At bello civili, tempore periculoso et calamitoso togam pullam s. atram sumere solebant, ideoque pullati s. atrati dicti. Cic. in Vat. 12. Sueton. Aug. 44. Cf. Lipsii I Saturn. c. 2. *Ruhk.*

Digitized by Google

les esse pileatæ[1] turbæ voluisses, nec per omnia dissimiles : nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, ut tunc voluptatibus solus abstineat, quum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis[2] suæ capit, si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it[3], nec abducitur. Hoc multo fortius est, ebrio ac 3
vomitante populo siccum[4] ac sobrium esse ; illud temperatius[5], non excerpere se, nec insignire[6], nec misceri omnibus ; et eadem, sed non eodem modo, facere : licet enim sine luxuria agere festum diem. Cæterum adeo mihi placet tentare animi tui firmitatem, ut ex præcepto magnorum virorum tibi quoque præcipiam : interponas aliquot dies[7], quibus, contentus minimo ac vilissimo cibo, dura atque horrida veste, dicas tibi : Hoc est quod timebatur ? In ipsa securitate animus ad difficilia se præ- 4
paret, et contra injurias fortunæ inter beneficia firmetur.

1. *Pileatæ* antiqua lectio, quam codd. Erasmus al. tenent : editio tamen Romana et Muretus habent *pullatæ*. Male. Nam pileati erant Romani omnes hac sollemnitate, ut liberos se esse judicarent. Hinc Roma pileata, ap. Martial. XI, 7, 4. Dio Cass. LX, p. 957 ed. Reimar. Pullati contra sunt servi. Cic. Pis. 38. Tacit. Hist. IV, 36. Nec *palliati* ex ora libri Colon. ap. Grut. probes, quippe pallium Græcorum, aut exterorum vestis erat. *Ruhk.*

2. *Firmitatis* ex Erasmo et Mureto retraxi : antea : *infirmitatis*, sensu reprobante. *Ruhk.*

3. *Nec it*, sponte ; *nec abducitur* ab aliis aut a turba. *Lipsius.*

4. *Siccum*. Eodem fere modo Horat. Serm. I, 3, 5 : at ipsis Saturnalibus huc fugisti sobrius. Juvenal. Sat. VII, 96 : « Tunc par ingenio pretium, tunc utile multis Pallere et vinum toto nescire Decembri. » Cic. Acad. IV, 27, siccos et sanos conjungit. Quo spectat illud Heracliti celeberrimum ; siccam animam esse sapientissimam et optimam. Cf. Heynii Opuscul. acad. Vol. III, p. 96 sqq. *Ruhk.*

5. *Temperatius*. *Temperantius* ed. *A.* et mss. *b. c. Schw.*

6. *Insignire* ed. *A.* et *R.* cum mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* Vulgo *insigniri*. *Schw.*

7. *Interponas aliquot dies*. Sic Pythagoras Stobæi Floril. XVII, p. 339 Schow. Παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ κατ' ἐγκράτειαν. Socratem quoque eodem more usum esse et sponte egestatem discere voluisse patet e Xenoph. Memor. Socr. I, 2, 3. Plato Conviv. p. 266. Tom. X, Bip. *Ruhk.*

Digitized by Google

Miles in media pace decurrit[1] sine ullo hoste, vallum jacit, et supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas[2]. Hoc secuti[3] sunt qui, omnibus mensibus paupertatem imitati, prope ad inopiam accesserunt, ne unquam expavescerent quod sæpe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere Timoneas cœnas[4], et pauperum cellas, et quidquid aliud est, per quod luxuria divitiarum tædio ludit[5]. Grabatus ille verus sit, et sagum, et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer, interdum pluribus diebus : ut non lusus sit, sed

1. *Miles in media pace decurrit.* I. e. in armis ordinem servans pleno passu incedit aut currit. Veget. I, 27. Lipsii Militia R. I, 1. *Ruhk*

2. *Exerceas* ed. *A.* et *R.* cum ms. *b. c.* et *Par. a. b. d. Exerce* vulgo a Muret. *Schw.*

3. *Hoc secuti... didicissent.* Spectat hoc ad cultum Deæ Nemesi ap. Romanos tribui solitum, Augusti saltem et insequenti tempore; quam quum superbiam deprimere et insolentiam hominum castigare crederent, veneratione et voluntaria humilitate statis diebus prosequuti sunt. Cf. Casaub. Anim. in Sueton. Aug. c. 91, p. 11, B. et Winckelmann Monum. antichi inediti, T. I, p. 31, qui nostri loci non immemor fuit. *Ruhk.*

4. *Dicere Timoneas cœnas.* Recepi scripturam, jam pridem ex Turnebi conjecti. et ex suis msstis ab Opsopœo commendatam. Levi mendo *temoneas* ms. *Arg. b.* et *Par. b.* cum aliis apud Ops. Vulgo *ducere te ad modicas cœnas. Schw.* — De Timone notum, qui homines fugiebat et oderat, et solitarius agebat victitabatque. Igitur in proverbio *Timoneæ cœnæ* sine conviva convivium. *Lipsius.* Ruhkopfius qui *modicas cœnas* edidit: Hanc lectionem, inquit, e quibusdam vett. libris sumsit Muretus. Quæ tamen ut sincera sit vereor. Codd. dant : *ducere te admoveas cœnas; me dicere admoneas : me ducere te ut te moneam : me dicere admoveas cœnas : dicere, an moneas cœnas : me ducere admoneas cœn. : me dicere te moneas cœnas : me dicere Temoveas c.* unde Turnebus Adv. 24, 33, *Timoneas* fecit, i. e. vilissimas et ab reliquis hominibus prope damnatas. Lipsius emend. *ad medicas cœnas.* Possis quoque ex Horat. III, Carm. 29, 15, emendare : *ad mundas cœnas.* Nullus enim dubito, quin Senecæ hæc scribenti illa Horatii ob oculos versata sint.

5. *Et quidquid aliud..... tædio ludit.* Horat. III, Carm. 29, 15 : « Mundæque parvo sub lare pauperum Cœnæ, sine aulæis et ostro Sollicitam explicuere frontem. » Seneca ad Helviam XII, 2. *R.* — Vertit *Lagrange* : *Ces vaines simagrées par où le luxe cherche à s'étourdir sur l'ennui des richesses.*

Digitized by Google

experimentum[1]. Tunc, mihi crede, Lucili, exsultabis, dipondio satur[2], et intelliges ad securitatem[3] non opus esse Fortuna : hoc enim, quod necessitati sat est, debet [etiam] irata[4]. Non est tamen quare tu multum tibi fa- 6
cere videaris : facies enim quod multa millia servorum, multa millia pauperum faciunt. Illo nomine te [5]suspice, quod facies non coactus, quod[6] tam facile erit tibi illud pati semper, quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum[7] ! et, ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris ! Securius divites erimus, si scierimus quam non sit grave pauperes esse. Certos habebat 7
dies ille magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famem exstingueret, visurus an aliquid deesset ex plena et consummata voluptate, vel quantum deesset, et an dignum, quod quis magno labore pensaret[8] : hoc certe in

1. *Sed experimentum.* Præceptum toti huic rei in Epicteto simile III, Dissert. XIII. Meditare aliquando et usurpa vitæ rationem, tanquam infirmus, ut recte valere etiam possis. Abstine a cibis, aquam potu, aliquando omnem appetitum cohibe, ut mox etiam recte et rationabiliter possis appetere. Vertit Lipsius e Græco.

2. *Dipondio satur.* Intell. duobus assibus. *Lips.*

3. *Ad securitatem.* Sic ed. *A.* cum msstis *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d.* aliisque plurimis : quam scripturam contra vulgatam, *ad saturitatem*, bene defenderunt Modius, Opsop. et Grut. *Schw.*

4. *Debet (etiam) irata.* Vox *etiam*, quamvis ad sententiam opportuna, abest ed. *A.* et *R.* et msstis omnibus; vulgata est autem inde ab ed. Ven. In ed. *A.* est *det irata.* Suspicor scripsisse Senecam *dat et irata. S.*

5. *Illo nomine te suspice.* Intelige : ea causa gloriare quod facies, etc.

6. *Quod tam facile.* Aberat vulgo *quod. Schw.*

7. *Exerceamur ad palum.* Contra quem figura hominis præditum pugnare debebant tirones (apud nos *mannequin*). Vid. Juvenal. VI, 246. Lipsius Milit. V. *Ruhk.*

8. *Et an dignum, quod quis magno labore pensaret. Lagrange* vertit : « *Curieux de voir si son bonheur y perdrait quelque chose, et combien ; et si cette perte était comparable aux peines de la débauche.* » Haud facile crediderimus *labore* dici pro dolore physico, quum nulli verbo vox illa conjungatur quo sensus determinetur : nobis videtur locus significare Epicurum experiri velle an illud quod deesset consummatæ voluptati, dignum foret cui assequendo sudaretur ; quod homines in tot labores, acquirendæ divitiæ causa, suscipiendos immitteret.

Digitized by Google

his *Epistolis* ait, quas scripsit, Charino magistratu[1], *ad Polyænum*. Et quidem gloriatur, « non toto asse[2] pasci; Metrodorum[3], qui nondum tantum profecerit, toto. »
8 Hoc tu in victu[4] saturitatem putas esse[5]? et voluptas est! voluptas autem non illa levis et fugax, et subinde reficienda, sed stabilis et certa. Non enim jucunda res est aqua et polenta, aut frustum hordeacei panis; sed summa voluptas est, posse capere etiam ex his voluptatem, et ad id se deduxisse[6], quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit. Liberiora[7] sunt alimenta carceris; sepositos ad capitale supplicium non tam anguste, qui occisurus est,
9 pascit. Quanta est animi magnitudo, ad id sua sponte descendere, quod ne ad extrema quidem decretis[8] ti-

1. *Charino magistratu.* Hæc verba: *Charino magistratu* ad temporis definitionem trahunt Interpp. idque recte. Sed nondum pervideo, cui bono hæc a Seneca apposita sint: et plane otiosa sunt. In ed. Erasm. et veteri editione habetur: *Carino de Magistratu.* Si Epicurus in horto suo Rempublicam atque ideo magistratum habuisset, jocose hæc a Seneca adjecta esse putarem. — *Charino magistratu.* Si hæc lectio sana est, recte explicat Muretus: « More græco Χαρίνου ἄρχοντος. Ita enim annum et tempus illi notabant, ut Romani per Consules. » Enimvero de illo Archonte hujus temporis silent Annales. Cf. Lect. var. Sequentia quidem ap. Diogenem Laert. rel. non occurrunt: similia tamen de continentia Epicuri. Cf. Diog. Laert. X, 11 ib. Menag. qui hujus loci non immemor fuit. Laudat Lipsius (Epicurum, dicere debuisset) Eusebium Stobæi Floril. Serm. XVII, p. 345 sq. Schow. et Senecæ Ep. CX. *Ruhk.*

2. *Asse pasci.* Vulgo *asse se pasci:* sed nec desiderabatur pronomen, et abest ed. *A.* et *R.* et mssti *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d.* Conf. Not. ad III, 8, 6. *Schw.*—*Non toto asse;* ὀβολὸν in Græco fuisse videtur. *Rukk.*

3. *Metrodorum.* De discipulis Epicuri Metrodoro et Polyæno cf. Fabric. Bibl. Græc. Vol. III, p. 607, 609 ed. Harl. *Ruhk.*

4. *Hoc tu in victu.* Ruhk. habet *In hoc tu victu.*

5. *Saturitatem putas esse? Non putas esse* præstant multi codd. et omnes edd. Sed omnes Gruteri cum Erf. et Heins. et Gronov. carent negandi particula. Idque multo elegantius. Ut plurimum concedas, inquit, dabis forsan hoc victu, et nihil ultra posse famem pelli? Atqui scito, non pelli tantum posse, sed et jucunde pelli. *Gronovius.*

6. *Deduxisse* dedere mss. nostri non *reduxisse. Schw.*

7. *Liberiora;* non *liberaliora*, ut vulgo ex Mureti ingenio. *Schw.*

8. *Decretis* ed. *R.* cum mss. *Arg. b. Par. a. b. d.* et aliis. *Detractis* ed.

Digitized by Google

mendum sit! hoc est præoccupare tela Fortunæ[1]. Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetudinem; et aliquos dies destina, quibus secedas a tuis rebus, minimoque te facias familiarem: incipe cum paupertate habere commercium!

> Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum
> Finge Deo[2]!

Nemo alius est Deo dignus, quam qui opes contempsit. 10
Quarum possessionem tibi non interdico[3]; sed efficere volo, ut illas intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi; si illas tanquam exituras semper aspexeris.

Sed jam incipiamus epistolam complicare. — « Prius, inquis, redde quod debes. » Delegabo te ad [4]Epicurum. ab illo fiet numeratio. « Immodica ira gignit [5]insaniam. » Hoc quam verum sit, necesse est scias, quum habueris et servum et inimicum[6]. In omnes personas hic exarde- 11

A. et ms. *c. Redactis* vulgo ex ejusdem Mureti ingenio. *Schw.*

1. *Hoc est præoccupare tela Fortunæ.* Bene *Lagrange* vertit: *C'est arracher à la fortune tous ses traits.*

2. *Dignum finge Deo!* Versus hi magnificentissimi sunt Virgilii Æneid. VIII, 364, 365. *Ruhk.*

3. *Possessionem tibi non interdico.* Sic ed. *A.* et *R.* consentientibus mss tis: et recepit hoc Ruhkopf. a Gronovio et Grutero defensum, quum *possessione* vulgatum esset inde ab ed. Ven 1, quod ipsum rursus in ed. Matth. revocatum est. *S.*

4. *Delegabo te ad Epicurum.* Vulgo *Delegabo tibi Epicurum* a Mureto, invitis mss tis. *Schw.* — Utrovis modo legas ad *Delegationem* aspectum, fori verbum; quum alium pro nobis debitorem et vicarium substituimus. Vid. de Benef. VI, cap. 5. *Lipsius.*

5. *Immodica ira gignit insaniam.* Imo quidam e sapientibus iram dixerunt brevem insaniam. Ad hoc Epicuri dictum alludit Noster de Ira I, 1, 2. *Lips.*

6. *Et servum et inimicum.* Suspecta hæc Muretus habet: non ego. Sententia sub Tiberio aliquo, aut tyrannis vera et prompta. Servi accusabant, calumniabantur in occulto et credebatur. Hoc iniquissimum et legibus vetitum tamen illi admittebant: cum justa et magna indignatione eorum, quibus eveniebat. Exempla in Tacito sunt, et hic apparet Lucilio idem evenisse, qui inimicum habuit, et quidem servum. *Lipsius.*

Digitized by Google

scit affectus ; tam ex amore nascitur, quam ex odio ; non minus inter seria, quam inter lusus et jocos. Nec interest, ex quam magna causa nascatur, sed in qualem perveniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, sed quo incidat : nam etiam maximum solida non receperunt ; rursus arida, et corripi facilia, scintillam quoque fovent usque in incendium. Ita est, mi Lucili, ingentis iræ exitus, furor est : et ideo ira vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis [1]. Vale.

1. *Non moderationis causa, sed sanitatis.* Nil mutant libri. Vide Not. ad Ep. VIII, § 21, 14. Suspicari quidem aliquis posset, intercidisse olim vocem *modo* ante *moderationis*, *Schw.*

EPISTOLA XIX.

QUÆ SINT QUIETIS COMMODA.

Omittendas aut abjiciendas esse monet occupationes, et otium captandum, sed otium, non latebras. Nam satis diu in actu fuisse Lucilium, adjicit, ut recte otium præferre possit, quod tamen non prorsus ab actu eum dimovere debeat. Hortatur itaque, ut ab aula et splendore abeat, quippe tumultus et fluctus suos habeant. Clausula ab Epicuro est : Vide quibuscum mensa communices.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

EXSULTO quoties epistolas tuas accipio : implent enim me bona spe ; et jam non promittunt de te, sed spondent. Ita fac ! oro atque obsecro : quid enim habeo melius, quod amicum rogem, quam quod pro ipso rogaturus sum ? si potes, subduc te istis occupationibus [1], si minus

1. *Subduc te istis occupationibus*, quæ Lucilium Siciliæ procuratorem distinebant. Senectus enim adest, ut de morte cogitandum sit, quare adjicit infra : vasa esse colligenda, etc. *Ruhk.*

Digitized by Google

eripe. Satis multum temporis sparsimus ; incipiamus in senectute vasa colligere [1]. Numquid invidiosum est ? in freto [2] viximus , moriamur in portu. Neque ego suaserim tibi nomen ex otio petere , quod nec jactare debes , nec abscondere. Nunquam enim usque eo te abigam , generis humani furore damnato , ut latebram tibi aliquam parari et oblivionem [3] velim : id age, ut otium tuum non emineat, sed appareat. Deinde videbunt de isto quibus integra sunt et prima [4] consilia , an velint vitam per obscurum transmittere. Tibi liberum non est : in medium te protulit ingenii vigor , scriptorum elegantia , claræ et nobiles amicitiæ : jam notitia te invasit [5] : ut in [6] extrema mergaris , ac penitus recondaris , tamen priora monstrabunt [7]. Tenebras habere non potes : sequetur , quocumque fugeris , multum pristinæ lucis. Quietem potes vindicare , sine ullius odio , sine desiderio aut morsu animi tui. Quid enim relinques , quod invitus relictum a te possis cogitare ? Clientes ? quorum nemo [8] te ipsum sequitur , sed aliquid ex te ! Amicos ? olim amicitia petebatur , nunc

1. *Vasa colligere.* More militum castra moventium. Nec hoc nobis dedecori esse potest , quandoquidem satis diu in actu versati sumus. *Ruhk.*

2. *In freto.* Cui nomen a *fervore;* quod in fretum , ait Varro , sæpe concurrat æstus , atque effervescat. *Lipsius.*

3. *Et oblivionem velim.* Sic Erasm. vetus editio et plures codd. ap. Grut. Muretus autem et al. *ad oblivionem. Ruhk.*

4. *Prima* reposui e Lipsii et Amploniano cod. H. e. eorum qui nondum genus vitæ ingressi , quibus omnia adhuc libera sunt. Antea : *propria. Ruhk.*

5. *Jam notitia te invasit.* Sic recte cod. Nicot. Opsopœi. *Tam notit.* Ms. *Arg. b.* cum al. Vulgo *tanta not. Schw.*

6. *Ut in extrema* cum Gronov. e codd. prætuli. I. e. quamvis , licet. *Ruhk.* — *Ut in extrema mergaris, ac penitus condaris..... Lagrange* vertit : *Au bout du monde , au sein même de la terre.*

7. *Priora monstrabunt.* Pronomen *te*, vulgo intersertum , ignorant editiones principes cum msstis omnibus. *Schw.*

8. *Quorum nemo..... sed aliquid ex te.* Nam patronus clientibus , quos mox *salutatores* vocat , salutantibus convivia (cœnam rectam, i. e. lautam et opiparam) et sportulas quæ eduliis

Digitized by Google

4 præda[1]! Mutabunt testamenta destituti[2] senes; migrabit ad aliud limen salutator : non potest parvo res [3]magna constare. Æstima utrum te relinquere, an aliquid ex tuis malis. Utinam quidem tibi senescere contigisset intra natalium tuorum modum[4], nec te in altum fortuna misisset! Tulit te longe a conspectu vitæ salubris rapida felicitas, provincia et procuratio[5], et quidquid ab istis promittitur : majora deinde officia te excipient, et ex aliis alia.
5 Quis exitus erit? quid exspectas donec desinas[6]? Habere quod cupias? Nunquam erit tempus. Qualem dicimus esse seriem causarum, ex quibus nectitur fatum, talem et cupiditatum[7] : altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es vitam, quæ nunquam tibi miseriarum terminum ac servitutis ipsa factura sit. Subduc cervicem jugo tritam[8] : semel illam incidi, quam semper
6 premi, satius est. Si te ad privata retuleris, minora erunt omnia, sed affatim implebunt : at nunc plurima et undique ingesta non satiant. Utrum autem mavis, ex inopia saturitatem, an in copia famem? Et avida felicitas est, et alienæ aviditati exposita. Quamdiu tibi satis

et Senecæ tempore, nummis constabant. Sueton. Claud. 21. Juvenal. I, 95, 120, etc. *Ruhk.*

1. *Nunc præda*, utilitatis causa amicitiam tuam petunt. *Ruhk.*

2. *Destituti*, spe et donis privati. *R.*

3. *Res magna*. I. e. otium tuum. *R.*

4. *Modum*. I. e. conditionem mediocrem, quam mox *vitam salubrem* vocat. *Ruhk.*

5. *Procuratio*. Sicilia, quæ erat provincia senatoria et popularis, s. publica, præter proconsulem, habebat *procuratorem*, a principe missum, ad res fisci curandas, ad publicos reditus colligendos, et ad jus dicendum in iis rebus, quæ ad fiscum spectarent; hæc procuratio equitibus, quinetiam libertinis dari solebat : qua functi ad ampliores honores, quos memorat § 7, evehebantur. *R.*

6. *Donec desinas? Habere quod cupias?* Juncta malim legi : *D. desinas habere, quod cupias?* Ita plenus opum honorumque sis, ut non habeas ultra quod cupias. *Lipsius.*

7. *Talem et cupiditatum*. Sic edd. inde a Lipsio. *Talem esse cupid.* ed. *A.* et *R.* consentientibus msstis. Commode *talem dicimus esse cupid.* ed. Ven. Erasm. et Mur. *Schw.*

8. *Tritam* e quatuor codd. recepit Gruterus : ap. Erasmum et alios deerat. *Ruhk.*

Digitized by Google

nihil fuerit, ipse aliis non eris[1]. « Quomodo, inquis, exibo? » Utcumque! Cogita, quam multa temere pro pecunia, quam multa laboriose pro honore tentaveris : aliquid et pro otio audendum est, aut, in ista sollicitudine procurationum et deinde urbanorum officiorum, senescendum in tumultu ac semper novis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla vitæ quiete contingit. Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere velis? fortuna tua non vult[2]. Quid si illi etiam nunc permiseris crescere? quantum ad successum accesserit, accedet ad metum[3]. Volo tibi hoc loco referre dictum[4] Mæcenatis, 8 vera in ipso equuleo elocuti[5] : « ipsa enim altitudo attonat summa[6]. » Si quæris, in quo libro dixerit? in eo qui *Prometheus* inscribitur. Hoc voluit dicere : « attonita habet summa. » Est ergo tanti[7] ulla potentia, ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus vir ille fuit, magnum exem- 9 7

1. *Ipse aliis non eris.* Tu tantum non habebis, quantum alii a te petant, ideoque iis non sufficies. *R.*

2. *Quid enim ad rem.... non vult.* Hanc eamdem sententiam, quam hic Seneca de ambitione loquens vix attingit, fusius expressit Bolæus noster, avaritiam vivide objurgans :

Le sommeil sur ses yeux commence à s'épancher;
« Debout, dit l'avarice, il est temps de marcher.
— Hé! laisses-moi! — Debout! — Un moment.
— Tu répliques!
— A peine le soleil fait ouvrir les boutiques.
— N'importe, lève-toi! »

3. *Accedet ad metum.* Repone *ad metus* cum ed. *A.* et *R.* et ms. *Arg. b. Par. a. b. d.* aliisque. *Schw.*

4. *Dictum Mæcenatis...in ip. equuleo.* I. e. ut opinor, quum ipse sua felicitate torqueretur. Fortassis etiam in equuleo eum fuisse dicit toto illo triennio ante mortem, quo dormire nunquam potuit. *Muretus.* Cf. Epist. XCII, 32; CXIV, 4 sq. De Mæcenate, qui a. U. C. DCCXLVI mortuus est, vid. Dio Cass. LV, 7, Senec. de Provid. III, 9 not. *Ruhk.*

5. *Elocuti* scripsi cum cod. Nicol. *Docuit* vulgo. *Edocuit* ed. *R.* et ms. *Arg. b. Par. a. b. d.* aliique. *Schw.*

6. *Ipsa enim altitudo attonat summa* sc. loca. Tumide locum communem extulit, quum dicere debuisset : ipsi tumuli tonitrui expositi sunt. Sententia hæc est antiquissima et sæpe occurrit, v. c. ap. Herodot. I, unde Stobæus Floril. Serm. XXII, p. 416 Schow. repetiit : Ὡρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα ὡς κεραυνοῖ ὁ Θεὸς, etc. *Ruhk.*—Sic et ap. Horatium : « Sæpius ventis agitatur ingens Pinus, et celsæ graviore casu Decidunt turres, feriunt que summos Fulmina montes. »

7. *Est..... tanti..... ut sit tibi tam ebrius s.* Vertit *Lagrange : Y a-t-il grandeur au monde qui autorise une telle ivresse de style?* Et alibi Mæce-

Digitized by Google

plum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum enervasset felicitas[1], immo castrasset. Hic te exitus manet[2], nisi jam contrahes vela, nisi (quod ille sero voluit) terram leges.

Poteram tecum hac Mæcenatis sententia parem facere rationem[3]; sed movebis mihi controversiam, si te novi, nec voles, quod debeo, [nisi] in aspero et probo[4] accipere. Ut se res habet, ab Epicuro versura facienda est[5]. « Ante, inquit, circumspiciendum est, cum quibus edas et bibas, quam quid edas et bibas. Nam, sine amico visceratio[6], leonis ac lupi vita est. » Hoc non con-

natem hujus culpæ arguit, et calamistrati, ut sic dicam, sermonis.

1. *Enervasset felicitas.* In Epist. CXIV. « Habuit (Mæcenas) *grande et virile ingenium, nisi ipse illud discinxisset.* »

2. *Hic te exitus manet, nisi*, etc. Te quoque felicitas enervabit nisi jam nunc paupertati et miseriis te obduraveris (sic enim interpretamur : vela contrahes, terram leges) : quod Mæcenas serius voluit facere. Ruhkopf. hæc refert ad continentiam, qua se gessit erga Augusti studium in eum. Semper eques mansit, et usque ad mortem suam amicus Augusti, quem adeo heredem scripsit. Cf. Dio Cass. l. l. — Lipsius autem : « Voluit facere quum in frigore apud Augustum esset ; cum uxor ejus Terentia supra ipsum amata. »

3. *Parem facere rationem.* I. e. solutum me debita mercede existimare.

4. (*Nisi*) *in aspero et probo.* Vocem *nisi* (ex Erasmi, Turnebi et Lipsii conjectura a Gronovio adjectam) abjecit Ruhk. Ego uncis inclusi, ut peraptam quidem, sed tamen fortasse, ad eumdem efficiendum sensum quem iidem voluerant docti viri, non admodum necessariam : scilicet, *nec tu voles*, ait Seneca, *hanc Mæcenatis sententiam in aspero et probo* (id est, *pro aspero et probo*, vel, *tanquam asperum et probum*), *quod ego tibi debeo, accipere. S.—In aspero et probo.* Muretus sic edidit et interpretatur : Asperos nummos recentes esse ; veteres enim longe usu solere deteri. Urbane igitur dictum Mæcenatis, quasi talem nummum esse ait. Quem tamen non sperat fore, ut Lucilius in solutum accipiat, sed vetustiorem poscat. Ego Hadriano Turnebo, imo ante eum Erasmo, subscripserim legentibus : *nisi in aspero et probo.* Voles, inquit, probam asperamque philosophiæ aliquam sententiam, non mollem et fugientem. Hinc Mæcenatis de aspero nummo multi dixerunt, cupiuntque novum, non detritum. Ego vel de veteri magis acceperim (ii enim probiores). Sed in thesauris asservato et integro vel de puri candidique argenti nummo, et cui minima mixtura æris aut plumbi, exque eo decoloratio. Certe in glossis priscis, δηνάριον λευκὸν, *asperum* interpretatur : id est, nummus albus, iterumque aspritudo, candor. *Lips.*

5. *Versura facienda est.* I. e. mutuari debemus. *Ruhk.*

6. *Sine amico visceratio. Vi-*

Digitized by Google

tinget tibi, nisi secesseris : alioquin habebis convivas, quos ex turba salutantium [1] nomenclator digesserit. Errat autem qui amicum in atrio quærit, in convivio probat. Nullum habet majus malum occupatus homo, et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est; quod beneficia [2] sua efficacia judicat ad conciliandos amicos [3], quum quidam, quo plus debent, magis oderint. Leve æs alienum debitorem facit, grave inimicum [4]. — « Quid ergo, beneficia non parant amicitias? » — Parant, si accepturos licuit eligere; si collocata [5], non sparsa sunt. Itaque, dum incipis esse mentis tuæ, interim hoc consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere, quis, quam quid acceperit [6]. Vale.

ceratio, epulum cum carne. Vide Epist. LXXIII. Damnat igitur μονοφαγίαν (solitariam vitam et victum), quam et Græci pro convicio objicere solebant. Sic Alexis :

Ἔρρ' ἴς κόραχας μονοφάγε καὶ τοιχωρύχε

Abi in malam rem soli-epulo, et effractarie. Pulcherrime autem ille, quisquis fuit, apud Romanos, qui quo die solus cœnasset, dixit; *edisse se, non cœnasse*, tanquam cœna communionem semper et oblectantem requirit familiaritatem. *Lipsius.*

1. *Ex turba salutantium*, quibus cœna, officiorum velut merces est. Apparet autem, a nomenclatore (servo) qui observabat electos, et vocatori indicatos vel officiosos maxime, vel quorum ordo jam esset. *Lipsius.*

2. *Quod beneficia sua... oderint.* Idem observat Tacit. Annal. IV, 18, med. ubi Lipsius nostrum locum attulit. De Benef. VI, 34. *Ruhk.*

3. *Ad conciliandos amicos.* Vide ne verum sit *ad concil. animos*, quod habet ms. *Arg. b. Par. a. b. d.* cum aliis plerisque. Postremum vocab. abest ms. *c.* et ed. *A.* ne id quidem male.

4. *Grave inimicum*, et idem in Benef. *quæ usque eo læta sunt, donec exsolvi posse videantur, supra, odium pro gratia redditur.* Tacitus alibi et Seneca. *Lipsius.*

5. *Collocata* recte edd. vett. cum mss. omnibus. Perperam vulgo *collata*, a Mureto. *Schw.*

6. *Quis, quam quid acceperit.* Non quantum, sed cui dones. *Lips.*

Digitized by Google

EPISTOLA XX.

DE HOMINUM INCONSTANTIA.

Quum Lucilius scripsisset, se profectus suos intelligere, ostendit Seneca gaudium suum, monetque, philosophiam in factis, non in verbis esse, itaque ad illa esse eundum, et quidem constanter. Nam sapientia est convenientia et tenor unus voluntatum et vitæ. Hinc paupertas etiam non timenda est, nec divitiæ, si adsint, amandæ. Redit monitio, pauperem certis diebus agere et imitari. Cf. Epist. XVI.

Hæc Epistola etiam eo nomine insignior est, quod de summo ethices principio s. de fine bonorum secundum Stoæ præcepta in ea optime exposita videmus. Stoici enim docebant, ad unam regulam esse vitam exæquandam (κατὰ ἕνα λόγον καὶ συμφωνῶς δεῖ ζῆν. Stob. Ecl. ethic. p. 171 Cant.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Si vales[1], et te dignum putas qui aliquando fias tuus, gaudeo : mea enim gloria erit, si te istinc, ubi sine spe exeundi fluctuaris, extraxero. Illud autem te, mi Lucili, rogo atque hortor, ut philosophiam in præcordia ima demittas, et experimentum profectus tui capias non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, et cupiditatum diminutione. Verba rebus proba : aliud[2] propositum est declamantibus et assensionem coronæ captantibus; aliud his qui juvenum[3] et otiosorum aures disputatione varia

1. *Si vales.* Hoc ad bonam animi valetudinem, quam supra in philosophia posuit, refer.

2. *Aliud.... aliud.... detinet.* Nam illi vel suasorias, vel dissuasorias orationes habebant coram populo, ut laude *coronæ*, i. e. auditorum circumstantium potirentur : hi in scholis tanquam rhetores vel alibi scripta sua e. c. orationes, poemata, etc. publice prælegebant. Illi his conaminibus suis verba et professionem suam probant, hi *detinent*, delectantes tempus fallunt. *Rukk.*

3. *Qui juvenum et otiosorum.* Sic Erasmus, Pincianus et Gruter. in quinque suis codd. invenit. *Occisorum* nonnullos libros obsidet. *Nos qui juv.* Grut. in V. suis invenit et approbavit. *Ruhk.*

Digitized by Google

ac volubili[1] detinent. Facere docet philosophia[2], non dicere; et hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne orationi vita dissentiat, ut ipsa inter se vita [3]unius, sine actionum dissensione, coloris sit. Maximum hoc est et officium sapientiæ, et indicium, ut verbis opera concordent, ut ipse[4] ubique par sibi idemque sit[5]. Quis hoc præstabit? Pauci : aliqui tamen. Est difficile hoc : nec hoc dico[6], sapientem uno semper iturum gradu, sed una via. Observa itaque, numquid vestis tua domusque dissentiant; numquid in te liberalis sis, in tuos sordidus; numquid cœnes frugaliter, ædifices luxuriose. Unam semel, ad quam vivas, regulam prende[7], et ad hanc

1. *Varia ac volubili.* Placuit hoc, quod dedit ms. *c.* et ed. *A.* Vulgo *varia aut volub. Schw.*

2. *Facere docet philosophia.* Jam inde ab eo tempore, quum philosophari inciperent homines, hujus sententiæ præstantiam intellexerunt : quod videre est vel ex septem sapientum dictis, ex iis quæ de Socrate tradunt, etc. *Ruhk.* — In totam rem præclara Epictetus III, Dissert. cap. 21. « Sicut ii, inquit, qui a stomacho laborant, cibum statim ejiciunt; sic qui præcepta nuda acceperant, sermone effundunt. At concoque potius, in succum verte, et mutationem in mente factam ostende. Ecce faber, qui peritus artis est, non obambulat clamitans : Audite me disserentem de re fabrili; sed tacitus domum et tabernam conducit, instruit et operibus ostendit se peritum. Tale tu fac, ede, bibe, ut decet; matrimonium contrahe, liberos gigne, rempublicam gere, convicium tolera, fer patrem, fratrem, vicinum iniquum; et talia nobis ostende, ut vere te philosophum cognoscamus. » *Lips.*

3. *Ut ipsa inter se vita unius*, etc. Sententia satis perspicua, verba non satis expedita. Variant libri, sed ita ut nihil certi extricare liceat. Forsan : *Ut ipsa inter se vita una sit, unius sine actionum dissensione coloris;* sive, *unus omnium actionum color. Schw.*

4. *Ut ipse.* Perperam vulgo *ut et ipse.*

5. *Idemque sit.* Sc. sapiens.

6. *Nec hoc dico.* Hanc ms. lectionem illibatam retinendam docet Gronov. Pronomen illud antea deerat in edd. Est autem pleonasmus ille pronominis usitatus Antiquis. Cf. Ep. LXVI, 17. Hoc nobis, etc. XCI, 2. Nat. Qu. II, 26. Nec hoc dico, etc. — In hoc recedit a Stoicorum definitione sapientis notissima. *Ruhk.*

7. *Regulam prende. Prætende* ed. *A.* cum ms. *c.* et *Par d.* speciose : sed scholion inter lineas ms *c. apprehende* ad eamdem scripturam *prende* refertur, quam h. l. edd. cum aliis mstis tenent, pro eo quod alias est *prehende.* Conf. quæ de hoc diximus, Præf. fin. *Schw.*

Digitized by Google

omnem vitam tuam exæqua. Quidam se domi [1]contrahunt, dilatant foris et extendunt[2]. Vitium est hæc diversitas, et signum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem suum. Etiam nunc dicam, unde sit ista inconstantia, et
4 dissimilitudo rerum consiliorumque. Nemo proponit sibi quid velit; nec, si proposuit, perseverat in eo, sed transilit; nec tantum mutat, sed redit, et in ea, quæ deseruit ac damnavit, revolvitur[3].

Itaque ut relinquam definitiones sapientiæ veteres, et totum complectar humanæ vitæ modum, hac possum contentus esse: Quid est sapientia? Semper idem velle atque
5 idem nolle[4]: licet illam exceptiunculam non adjicias, ut rectum sit quod velis; non potest enim cuiquam idem semper placere, nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid velint, nisi illo momento, quo volunt: in totum[5], nulli velle aut nolle decretum est. Variatur quotidie judicium, et in contrarium vertitur, ac plerisque agitur vita per
6 lusum. Preme ergo quod cœpisti, et fortasse perduceris aut ad summum, aut eo, quod summum nondum esse solus intelligas[6]. — « Quid fiet, inquis, huic turbæ familiarum[7]? » — Turba ista quum a te pasci desierit,

1. *Se domi contrahunt.* I. e. vivunt parce et frugaliter.

2. *Dilatant foris et extendunt.* I. e. foris ostentationi indulgent et luxui.

3. *Nemo proponit sibi..... revolvitur.* Causas hujus inconstantiæ leviter perstringit. Reliqua bene cohærent cum proposito: quum enim § 2, de officiis et indiciis sapientiæ dixisset, addit recte definitionem, quam Zenonis esse convenientiam (ὁμολογίαν) ubertim docet Lipsius II, Manud. Diss. 15. Cf. Tiedemann. *System der stoisch. Philos.* Vol. III, p. 76 sq. *Rnhk.*

4. *Idem velle atque idem nolle.* Quam definitionem dat sapientiæ Noster, jam antea amicitiæ, sed alio sensu, Sallustius applicuerat. *Idem velle atque idem nolle, ea demum vera amicitia est.* Orat. Cat. ad conj.

5. *In totum.* Quia quisque, ut velit, singulos eventus exspectat; non sibi firmans voluntatem proponit, quam toti vitæ regendæ applicet.

6. *Solus intelligas.* Qui solus te nosti, et veram sapientiam jam nosti. *Lipsius.*

7. *Turbæ familiarum. Turbæ familiari*, a Gron. commendatum re-

Digitized by Google

ipsa se pascet[1]; aut quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies. Illa veros certosque amicos retinebit: discedet quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod, a quibus ameris, ostendet? O quando ille veniet dies, quo 7
nemo in honorem tuum mentiatur[2]! Huc ergo cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, ut contentus sis temet ipso et ex te nascentibus bonis. Quæ potest esse felicitas propior[3]? Redige te ad parva, ex quibus cadere non possis! idque ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum epistolæ hujus, quod statim conferam. Invideas licet[4]: etiam nunc 8
libenter pro me dependet Epicurus[5]. « Magnificentior, mihi crede, sermo tuus in grabato videbitur et in panno: non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur. » Ego certe aliter audio[6] quæ dicit Demetrius[7] noster, quum

cepit Ruhk. Vulgatum tenuit Matth. Nil ad h. l. notarunt alii: mire vero nostri mssti, *Turbæ familiarium sive rei familiarium Arg. b. Par. a. b. Turbæ familiaris sive rei familiaris* ms. *c.* et ed. *A. Turbæ familiari sive rei familiari Par. d.* Conf. Gruteri Append. *Schw.*

1. *Ipsa se pascet.* Sic edd. inde ab Erasmo. Sed verum videtur quod habent editiones principes cum mss. *b. c. Par. a. b. d. Pal. sec.* et *Col. ipsa te pascet:* quo dein refertur, *aut quod tu*, etc. id est, *aut* (si illi gratiam tibi non retulerint) *tu paupertatis beneficio scies, quinam fuerint veri amici. Schw.*

2. *O quando... mentiatur.* Sane indignum est sapiente circum se habere homines quibus convivia, adulationum et mendaciorum, mercedem det.

3. *Felicitas propior.* Sic meliores libri. *Felic. proprior* ed. *A.* et *R.* cum uno ms. *c.* Perperam vulgo *felic. Deo propior*, ex ing. Mur. *Schw.* —Intelligas: Quæ felicitas magis esse potest in promptu et ferme in manu cuilibet illam prehendere velit.

4. *Invideas licet.* Bene *Lagrange* vertit: *Vous avez beau murmurer.*

5. *Epicurus.* Hæc verba Epicuri ex epistola quadam nunc deperdita desumpta esse videntur. *Ruhk.*

6. *Aliter audio.* Subintellige: ac si diceret de sapientia omnibus copiis circumfluens et paupertatis expers.

7. *Demetrius* nobilis isto tempore Cynicus. Cf. de Provid. III, 3 not. de Vita beat. XVIII, 3: Posteaquam vidi illum vitam pauperrimam degere; ea quæ dixit scripsitque nunc aliter audio, legoque. Egregia autem Demetrii scripta fuisse; videbis quoque e Stobæi Floril. p. 213, Schow.

Digitized by Google

illum vidi nudum (quanto minus quam in [1]stramentis!) incubantem: non præceptor veri[2], sed testis est[3].—«Quid ergo? non licet divitias in sinu positas contemnere?»—
9 Quidni liceat? et ille ingentis animi est, qui illas, circumfusas sibi, multum diuque miratus quod ad se venerint, ridet, suasque audit magis esse quam sentit. Multum est, non corrumpi divitiarum contubernio: magnus ille, qui in divitiis pauper est: sed securior, qui caret divitiis[4].—Nescio, inquis, quomodo paupertatem iste laturus sit, si in illam inciderit.—Nec scio ego, Epicuri an æmulus[5] iste pauper contempturus sit divitias, si

Ruhk. — Qui Demetrius non dubitavit Neroni ipsi sua flagitia exprobrare, cum Apollonio Tyanæo amicitia conjunctus fuit: a Vespasiano in exilium pulsus, Tito imperante revocatus, iterum a Domitiano in exilium actus est. Semper in paupertate vixit, rigidissimæ virtutis observator.

1. *Quanto minus quam in stramentis.* Lipsius explicat de tomento Circensi fracto, et stramento diffluente: male, nam tomentum illud Circense ex arundinibus, s. sarturis veteris lini, s. coneisa palude constabat. Vide Senec. de Vita beat. XXV, 2, ubi nota ex his corrigatur. Cf. J. F. Gronovii Obss. IV, 22, p. 776 sq. ed. Lips. ubi de Circensi tomento egregie egit. *Ruhk.* — *In* ante *stramentis* edit. vett. cum mss. ex ing. Muret. abjecit. *Schw.*

2. *Non præceptor veri*, etc. Duo verba, *tunc enim*, quæ ante hæc in prioribus edd. legebantur, a Ruhk. recte abjecta, non revocari debuerant in ed. Matth. Temere assuta olim a Curione erant invitis libris. *Schw.*

3. *Non præc. veri, sed testis est.* Bene *Lagrange: Il n'est plus à mes yeux l'interprète, c'est le martyr de la vérité.*

4. *Sed securior, qui caret divitiis,* ex ed. Rom. propagata, ignorant omnes mssti, quos novimus, uno Colon. excepto. *Schw.*

5. *Nec scio ego, Epicuri an æmulus iste pauper*, etc. Isto fere modo corrigendum fuisse locum, misere vulgo deformatum, nullus dubito. Vulgo, inde e Mureto, *Nec ego Epicuri angelus scio an pauper iste*, etc. quod ita se probavit Ruhkopfio, ut nullo pacto ereptum sibi istum *Epicuri angelum* vellet. Et *angelus* quidem vulgatum erat inde ab ed. Ven. 1. suffragante ed. *A.* et ms. *c.* aliisque nonnullis apud Grut. sed *angulus* dabat ed. *R.* cum mss *Arg. b. Par. a. b. d.* et aliis plerisque: nonnulli vero (Erasmo teste, et Opsopœo) *æmulus* præferebant, quod miror non amplexos esse editores. Mihi quidem non est dubium, istud *angulus* ex *an æmulus* esse prognatum: nempe *Epicuri æmulum* dicit Seneca Metrodorum, aut quisquis fuit, ad quem verba ista, paulo ante laudata, scripserat Epicurus. Postquam ita *an* evanuerat, librarii de-

Digitized by Google

in illas inciderit. Itaque in utroque mens æstimanda est, 10
inspiciendumque, an ille paupertati indulgeat, an hic divitiis non indulgeat. Alioquin leve argumentum est bonæ voluntatis, grabatus, aut pannus; niai apparuit aliquem illa non necessitate pati, sed malle. Cæterum magnæ indolis est, ad ista non properare tanquam ad meliora[1], sed præparare[2] tanquam ad facilia. Et sunt, Lucili, facilia: quum vero multo ante meditatus[3] acceseris, jucunda quoque. Inest enim illis, sine qua nihil 11
est jucundum, securitas. Necessarium ergo[4] judico id, quod tibi scripsi magnos viros sæpe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram: quod eo magis faciendum est, quod deliciis permaduimus, et omnia dura ac difficilia judicamus. Potius[5] excitandus e somno, et vellicandus est

inde, intelligentes desiderari aliquam talem particulam, suo more *si* pro *an* posuere, *si pauper iste*; pro quo *an pauper iste* Muretus ex conj. edidit. Jam quod initio posui, *Nec scio ego*, id ita in ed. *R.* et nonnullis eodd. scriptum, commode quidem: sed abesse etiam et subintelligi verbum *scio* poterat, quod cum ed. Erasm. ignorat ed. *A.* et mss. *Arg. b. c.* et *Par. a. d.* aliique. Tota vero ῥῆσις, *Nec scio ego.... inciderit* abest *Par. b. Schw.* —Ruhk. qui edidit *angelus*: omnium fere, inquit, codd. et edd. lectio, nec improbanda. Sensus bonus: Nec ego, qui tibi tam sæpe Epicuri dicta annuncio, et modo illud (§ 8) attuli, scio, an pauper iste, de quo Epicurus loquitur, contemplurus sit, etc. Facete autem se Epicuri angelum, nuntium appellat. Aberrationes librariorum *æmulus*, angelus facile exspectaveris. Pinciannus ex ms. suis emendat: *nec scio, inquit Epicurus, si iste pauper*, etc. quocum facit Lipsius. Stephanus autem Epist. ad Dalechamp. 13 emendat *amiculus*, ut sit deminutivum ab *amicus*. Sed quidem opinor emendatione locum hunc non egere. *Ruhk.*

1. *Tanquam ad meliora.* Rectius delebitur h. l. vocula *ad*, quæ abest ed. *R.* et *A.* et msstis nostris. *Schw.*

2 *Sed præparare.* Pro *præparare*, omnino *præparari* corrigendum ex veterum librorum omnium consensu. Istud non ex Erasmi editione (ut Gruterus putabat) propagatum est, sed post eum a Curione aut a Prallo temere invectum. *Schw.*

3. *Meditatus.* I. e. exercitus præparatione ista. *Ruhk.*

4. *Necessarium ergo judico.... interponere.* Cf. Epist. XVIII, 3. *Ruhk.*

5. *Potius.* Placeret *ocius. Lipsius.*

Digitized by Google

animus, admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur dives : quisquis exit in lucem, jussus est lacte[1] et panno esse contentus. Ab his initiis nos regna non capiunt[2]. Vale.

1. *Jussus est lacte.* Simplici cibo, simplice tegmine. Nec *pane* tamen spreverim, de grandiori jam ætate. *Lipsius.*

2. *Ab his initiis nos regna non capiunt.* Bene *Lagrange : On commence par là, on finit par n'être pas content d'un empire.*

EPISTOLA XXI.

DE VERA PHILOSOPHI GLORIA.

Conquesto Lucilio, sibi quosdam homines multa negotia facessere, ideoque molestias creare, respondet Seneca, illum, qui ei vel maxime molestus sit, esse ipsum Lucilium, quippe qui non patiatur, ut in securiorem vitam transeat, metuens ne obscurus fiat. Quæ quidem redarguens, probatum it, philosophiæ eum et studiis litterarum in vera luce positum iri, operibus contra fortunæ mox evanescentibus. Hoc demonstrat exemplis satis luculentis. Quid, quod Noster quasi vaticinans promittit, se Lucilium in posteritatem secum esse reportaturum. Quod quam vere vaticinatus sit, vel inde colligi potest, quod nisi Seneca Lucilii gloriam prædicasset, nullum ejus vestigium certum amplius exstaret. Nam quod Lucilio tribuitur poema Ætna inscriptum, conjecturis magis, quamvis ingeniosis et eruditis, quam fide historica certa ei adscribitur.

Cæterum multos in Antiquitate laudatores nacta sunt studia litterarum, e quibus Theocrit. XVI, 48–57. Horat. IV Carm. 8, 13–20. Diod. Sicul. II, p. 556, notasse hic sufficiat.

Clausula est Epicuri sententia ex Epistola ad Idomenea amicum nunc deperdita : Ut divitias augeas, cupiditates minue. Etiamnunc græce exstat hæc sententia ap. Stobæum Floril. Serm. XVII, p. 346 Schow. Ἐπικούρου· Ἐπικοῦρος ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις πλουτήσειεν ; Οὐ τοῖς οὖσι προστιθείς, ἔφη, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτέμνων. Quæ quidem non ex ipso fonte, quo usus est Seneca, sed ex collectione quadam apophthegmatum, quæ multæ in antiquitate fuisse videntur, desumpsisse Stobæum, obiter moneo.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Cum istis tibi esse negotium judicas, de quibus scripseras? Maximum negotium tecum habes; tu tibi mo-

Digitized by Google

lestus es; quid velis nescis; melius probas honesta, quam sequeris[1]: vides, ubi sit posita felicitas, sed ad illam pervenire non audes. Quid sit autem quod te impediat, quia parum ipse dispicis, dicam. Magna esse hæc existimas, quæ relicturus es; et, quum proposuisti tibi illam securitatem[2], ad quam transiturus es, retinet te hujus vitæ, a qua recessurus es, fulgor, tanquam in sordida et obscura casurum. Erras, Lucili: ex hac vita[3] ad illam 2
ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem, quum hæc certam originem habeat ac suam, ille niteat alieno: hoc inter hanc vitam et illam. Hæc[4] fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis obstiterit[5]: illa[6] suo lumine illustris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient. Exemplum Epi- 3
curi referam. Quum Idomeneo[7] scriberet, et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret, rigidæ[8] tunc potentiæ ministrum, et magna tractantem: « Si gloria, inquit, tangeris, notiorem Epistolæ meæ te facient, quam omnia ista quæ colis, et propter quæ coleris. » Numquid ergo mentitus est? quis Idomenea nos- 4

1. *Melius probas honesta, quam sequeris:* Sic et poeta, « .... Video meliora proboque, Deteriora sequor. »

2. *Securitatem*, illam vitam dicit, quæ caret divitiis. Cf. Ep. XX, § 9. *Ruhk.*

3. *Ex hac vita*, sc. quam nunc ducis..... *ad illam*, sc. philosophiæ dedicatam: de qua vide Nostri præfat. ad I Nat. Qu. *Ruhk.*

4. *Hæc*, scilicet vita honoribus ornata, alieno fulgore nitet.

5. *Quisquis obstiterit*; id est tempora si fuerint nubila, si quæ te fortuna evexit, depresserit.

6. *Illa*, quæ philosophia duce agitur.

7. *Idomeneo.* Fuit is Lampsacenus, vir doctus, cujus liber de viris claris sæpe a Plutarcho aliisque laudatur. Epicuri soror Batis ejus uxor fuisse traditur ap. Diog. Laert. X, 23. Cf. Jonsius II, 1, 4, p. 140 sq. ed. Dorn. *Ruhk.*

8. *Rigidæ.* Omnium codd. et edd. lectio est: quam tamen Lipsius Epistolicarum Quæst. V. (Opp. Tom. I, p. 321) rejicit, reposito e sola conjectura: *regiæ*; collat. de Benef. II, 5. Quales regiæ potentiæ ministri sunt. Sed *rigidæ*, i. e. tyrannicæ, bene habet. *Ruhk.*

Digitized by Google

set, nisi [1] Epicurus illum suis litteris incidisset [2]? Omnes illos megistanas [3] et satrapas, et regem ipsum, ex quo Idomenei titulus petebatur, oblivio alta suppressit. Nomen Attici [4] perire Ciceronis epistolæ non sinunt: nihil illi profuisset gener Agrippa, et Tiberius progener, et Drusus Cæsar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset [5]. Profunda supra nos altitudo temporis veniet; pauca ingenia caput exserent, et, idem quandoque silentium obitura [6], oblivioni resistent, ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili. Habebo [7] apud posteros gratiam, possum [8] mecum duratura nomina edu-

1. *Quis Idom. nosset, nisi* etc. Straboni tamen aliisque memoratur Idomeneus propter ejus scripta satis celebria. *Ruhk.*

2. *Incidisset.* Bene est, nec opus est, ut mutemus in *indidisset*, quod nonnulli codd. dant, aut *insignivisset*, quod Gruter. proposuit. *Ruhk.*

3. *Megistanas*, magnates. Suidas: Μεγιστάνες, οἱ τοῦ βασιλέως περίβλεπτοι ὑπ' ἐξουσίᾳ, Megistanes conspicui apud Regem (Persarum) ob potentiam: et *Satrapæ* proprie regionum præfecti. *Lipsius.*

4. *Attici.* Cæcilius Atticus eques Rom. cujus vitam a Corn. Nepote scriptam num Senecæ et Suetonio, a quibus non memoratur, incognitam, aut non magni factam fuisse statuamus? Ejus filiam Pomponiam duxit M. Agrippa (Corn. Nepos c. XII vit. Attici), neptem Agrippinam Tiberius, cujus filius Drusus Cæsar fuit. Cf. Sueton. Tib. c. VII. *Ruhk.*

5. *Applicuisset.* Sibi et famæ suæ junxisset, inseruisset. Muretus præter omnes libros *aperuisset*, temere. *Lipsius.*

6. *Idem quandoque silentium obitura.* Vulgo *in idem..... abitura*, ex ingenio Mur. *Schw.*

7. *Habebo.* Sic ed. *A.* et ms. *c. Par. d.* et alii apud Ops. et Grut. Ferri autem potuerat vulgatum *Habeo* (id est, collocatam habeo) quod cum ed. *R.* agnoscit ms. *Arg. b.* et alii. De hac re confer. Epistol. VIII. *Schw.*

8. *Habebo..... gratiam, possum mecum duratura nomina educere.* Illa jactatio, jamdiu poetis permissa et concessa (ut Horatius *Exegi monumentum ære perennius*), quibusdam præter philosophi modestiam videri poterit. — Vere vaticinatus est: quod aliis antiquitatis scriptoribus idem de se sperantibus accidisse, nos gratulamur, e. c. Horat. II, Carm. 20, 27 sq. Quæ tamen fortuna multis quamvis satis calide de se vaticinatis non affulsit, ut Ennio (ap. Cic. Tusc. Disp. I, 16. « Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit. Cur? volito vivu' per ora virum. »), et Cordo Cremutio ap. Nostrum in Consolat. ad Marc. I, 4, aliisque. *Ruhk.*

Digitized by Google

cere. Virgilius noster [1] duobus memoriam æternam promisit, et præstat :

Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo,
Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque 6
membra ac partes alienæ potentiæ fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt : post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit [2] dignatio : nec ipsis tantum honor habetur, sed, quidquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur.

Ne gratis Idomeneus in epistolam meam venerit, ipse 7
eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit, qua hortatur, ut Pythoclea [3] locupletem non publica, nec ancipiti via faciat. « Si vis, inquit, Pythoclea divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, sed cupiditati detrahendum est. » Et apertior ista sententia est, quam ut interpretanda sit ; et disertior, quam ut adjuvanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum exi- 8
stimes de divitiis dictum ; quocumque transtuleris, idem poterit : si vis Pythoclea honestum facere, non honoribus adjiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum : si vis Pythoclea esse in perpetua voluptate, non voluptati-

1. *Virgilius noster.... promisit*, etc. Splendidissimum Virgilii epiphonema exstat in Æneid. IX, 446 sq. *R.*

2. *Ingeniorum crescit dignatio.* Ad quam sententiam pertinent præclari illi recentioris poetæ versus :

Brisant des potentats la couronne éphémère,
Trois mille ans ont passé sur la cendre d'Homère ;
Et, depuis trois mille ans, Homère respecté
Est jeune encor de gloire et d'immortalité.

3. *Pythoclea.* Pythocles amicus junior fuit Epicuri et discipulus, qui Idomeneo commendatus esse videtur ab Epicuro. Vide Diog. Laert. X, 5, 6. *Ruhk.* — Fuit iste Pythocles formosus adolescens, et in quo male Epicurus audivit. Quod præter Laertium tangit Plutarchus adversus Colothem : damnat enim Epicurum qui adolescentem octodecim annos natum, ita eximie laudaverit, ut scriberet, non esse indolem in tota Græcia meliorem. *Lipsius.*

Digitized by Google

bus adjiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum : si vis Pythoclea senem facere, et implere vitam, non annis adjiciendum est, sed cupiditatibus detrahendum[1]. Has voces non est quod Epicuri esse judices ; publicæ[2] sunt.
9 Quod fieri[3] in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoque existimo : quum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere sententiam[4], et sequor [pro eo quod probo[5]]. Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis[6], qui ad illa[7] confugient spe mala inducti, qui velamentum ipsos[8] vitiorum suorum habituros existimant, probem, quocumque ierint, ho-

1. *Si vis.... detrahendum* Sententia aurea, quam Plato sibi velit inscribi : si vere Stobœus serm. X, Plato cuidam rei augendæ semper cupido : O improbe, inquit, ne stude possessiones augere, sed cupiditates imminuere. Nec absonat illud Socratis qui interrogatus quomodo quis dives fieret : Si cupidinum, inquit, inops est. Quod alibi tamen video Cleanthi ascriptum. *Lipsius.*

2. *Publicæ sunt.* I. e. cuique Philosophiæ sunt communes, κοιναὶ ἔννοιαι, ut stoice loquar. Sic paulo ante § 7, publica via. Cf. Epist. III, 1. Hæc et similia ex ista ipsa causa a Stob. Floril. Serm. X, p. 286, 288 sq. Socrati, Platoni aliisque philosophis tribuuntur. *Ruhk.*

3. *Quod fieri... sequor.* Hic et alibi Noster declarat, se nulli sectæ philosophicæ tam serviliter adhærescere, uti de Epicureis in verba magistri quasi jurantibus notum est. Qua in perseveratione similitudine hac uti amat. Cf. Senec. de Vita beat. III, 2 not. *Ruhk.*

4. *Dividere sententiam.* Quum quis in senatu sententiam daret, si sententia illius non omnis, sed pro parte probaretur, dividebatur, id est, accepto quod placebat, reliquum removebatur. Sic Seneca in philosophorum scriptis quæ sibi placent eligit, cætera relinquens.

5. *Sequor (pro eo quod probo). Eo libentius*, etc. Quæ verba uncis inclusi, absunt vulgo : sed exstitisse ea olim h. l. suspicatus eram ex vestigiis, quæ in vetustis libris supersunt. Scilicet, *pro eo libentius* habet ed. *A.* et edd. ante Mur. inde ab ed. Ven. 1, cum mss. Arg. *b. c.* et Par. *a. d. Probo libentius* ed. *R.* cum ms. Par. *b. S.*

6. *Ut istis.... probem.* Commode sic editum, sed ex Mureti ingenio. Nostri quidem mssti Arg. et Par. et Gruteriani cum editt. vett. tenent *ut isti..... probent :* quod nescio an teneri debuerit. *Schw.*

7. *Ad illa* dogmata Epicuri et ea male intellecta. *Ruhk.*

8. *Ipsos* edd. vett. cum Arg. *b.* et Par. *b. d. Se ipsos* vulgo, a Mureto. *Ipsa* mss. Grut. *Ipsa se* ed. *A.* et ms. Par. *a. Ipsos ipsa se* ms. Arg. *c.* Rectius (puto) abjicientur omnia ista pronomina. *Schw.*

Digitized by Google

neste esse vivendum[1]. Quum[2] adierint[3] istos [4]hortulos, et inscriptum hortulis : « Hospes, hic bene manebis, hic summum bonum voluptas est ! » paratus erit istius domicilii custos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet[5], et aquam quoque large ministrabit, et dicet : « ecquid bene acceptus es ? Non irritant, [6]inquit, hi hortuli famem, sed exstinguunt ; nec majorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali et gratuito remedio sedant. » In hac voluptate consenui. De his tecum desi- 11
deriis loquor, quæ consolationem non recipiunt[7], quibus dandum est aliquid, ut desinant. Nam de illis[8] extraor-

1. *Honeste esse vivendum.* Frequentissimum Epicuri initium litterarum erat : σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Diogen. Laert. X, 14. *Ruhk.*

2. *Quum adierint istos hortulos.* In horto octoginta minis comparato et Athenis ipsis (Plin. H. N. XIX, 4, a Brucker. Hist. crit. Phil. Vol. I, p. 1233 allato auctore) sito, cum amicis beate vixit Epicurus, eumque in testamento successori scholæ suæ tradidit. Diog. Laert. X, 17. Hinc ejus philosophia κῆπος, hortus, ἡ ἐν τῷ κήπῳ διατριβή, et Epicurei οἱ ἀπὸ s. ἐκ τῶν κήπων, κηπολόγοι, appellari solebant, quinetiam Epicureus Apollodorus ὁ Κηποτύραννος. Cf. Brucker l. c. p. 1233 not. e. Cic. ad Attic. II. Epp. XXIV. Diog. Laert. X, 10, 25, ibiq. Menag. Senec. Ep. IV, 8. *Ruhk.*

3. *Adierint* edd. inde ab Erasm. cum ms. Par. *a.* Mire autem variant alii, *adieritis, audieritis, audierit :* et nonnulli jungunt *adieritis adierit*, vel *audieritis audierit :* unde Erasmus deinde adjecit, *et audierint inscriptum hortulis.* Equidem suspicor verum esse *Quum adieris. Schw.*

4. *Istos hortulos* ex conject. scripsi. Vulgo *hos hortulos* ab Erasm. quod teneri poterat : sed *his hortulos* ms. Arg. *b.* Par. *b. d. Istic hortulos* ed. *R.* et Par. *a.* Alii (ut noster ms. *c.* cum ed. *A.*) nude *ortulos* (i. est *hortulos*) habent absque pronomine ; quod fortasse verissimum. *Schw.*

5. *Et te polenta excipiet, et aquam.* Sæpe hujus frugalitatis vere philosophicæ fit mentio apud auctores, qui de Epicuro loquuntur. Μάζα s. ἀρτὸς λιτὸς, καὶ ὕδωρ eadem de re occurrunt ap. Diog. Laert. X, 11 et 131. Ælianus Stobæi Floril. Serm. p. 313. Senec. Epist. XVIII, 8. Cf. Brucker l. l. p. 1234 sq. qui nostrum locum non prætermisit. *Ruhk.*

6. *Inquit* sc. istius domicilii custos Epicurus. Erasmi editio et Gruteri quatuor membranæ custodiunt voculam *inquit*, quam Grutero probante in textum reduxi, vulgato *inquam* eliminato. *Ruhk.*

7. *Quæ consolationem non recipiunt ;* id est : quæ verbis tantum non lenias, sed quæ data re aliqua explere debeas, quales sunt naturales corporis appetitus, fames, sitis, etc.

8. *Nam de illis.* Sic mss. Arg. *b. c.* cum edd. ad quam scripturam ni-

Digitized by Google

dinariis, quæ licet differre, licet castigare et opprimere, hoc unum commonefaciam : Ista voluptas naturalis [1] est, non necessaria; huic nihil debes; si quid impendis, voluntarium est. Venter præcepta non audit [2]; poscit, adpellat : non est tamen molestus creditor; parvo dimittitur, si modo das illi quod debes [3], non quod [4] potes. Vale.

hil adnotavit Opsop. aut Grut. At *non de illis* mss. Par. *a. b. d.* ne id quidem male. *Schw.*

1. *Ista voluptas naturalis est.* Epicurus dividebat cupiditatum genera (ait Cicero V Tusc.) non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen, partim esse naturales et necessarias; partim naturales et non necessarias; partim neutrum; naturales satiari pene nihilo, nec secundum genus difficile ad potiendum; tertias plane inanes et ejiciendas funditus putavit. *L.*

2. *Præcepta non audit.* Cato apud A. Gellium : *Arduum ad ventrem verba facere, qui careat auribus.* Sic Gallice : *Ventre affamé n'a point d'oreilles.*

3. *Quod debes.* Simplex aliquid. *Lips.*

4. *Quod potes :* lautum aut affluens, si tu ipse talis. *Lips.*

EPISTOLA XXII.

DE DANDIS MONITIS. DE FUGIENDIS NEGOTIIS.

Lucilium de molestiis acerbissimis, quas sibi procuratio Siciliæ creet, litteris ad Senecam missis, conquestum, nec quomodo ex his officiis et difficultatibus emergat habentem, monet Seneca, ut ipse dispiciat occasionem elabendi, eaque optime utatur, vel cum dispendio vitæ. Sed hæc circumspectio fiat tranquillo animo, nec ulla occupationum præmii ratione habita. Quod consilium ut confirmet, offert quædam ex epistola Epicuri ad Idomenea, ministrum regis alicujus, cui easdem molestias conquesto idem consilium dederat. Ad hæc viri fortis est, non cedere oneri, sed ipsa rerum difficultate illectum vires suas experiri. Clausula est ab Epicuro : Omnes exire pueros e vita, i. e. *veræ* vitæ ignaros.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Jam intelligis [1] educendum esse te ex istis occupatio-

1. *Jam intelligis.* Vitiosum *intelligas* ex una edd. Lips. (non ex prima ab ipso Lipsio curata) in ed. Gron. et Bipont. aliasque irrepserat.

Digitized by Google

nibus speciosis et malis; sed, quomodo id consequi possis, quæris. — Quædam non nisi a præsente monstrantur. Non potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere; vena tangenda est. Vetus proverbium est[1], « gladiatorem in arena capere consilium : » aliquid adversarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in universum[2] et mandari potest et scribi; tale consilium non tantum absentibus, etiam posteris[3] datur : illud alterum, quando fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit; cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum præsentis, sed vigilantis est, occasionem observare properantem. Itaque hanc circumspice; hanc, si videris, prende, et toto impetu, totis viribus id age, ut te istis officiis exuas. Et quidem quam sententiam feram attende[4] : confer[5], aut ex ista vita tibi, aut e vita exeundum. Sed idem illud existimo, leni eundum via, ut, quod male implicuisti[6], solvas potius quam abrumpas; dummodo, si alia solvendi ratio non erit, vel abrumpas. Nemo tam timidus est, ut malit semper[7] pendere, quam semel cadere. Interim, quod primum est, impedire te noli; contentus esto negotiis, in quæ descendisti,

1. *Vetus proverbium est..... consilium.* Cf. Erasmi Adag. 1647. *R.*

2. *In universum.* Id est, dari possunt generalia præcepta de agendi ratione.

3. *Etiam posteris.* Vulgo *sed etiam.* Delevi priorem vocem, auctoritate nostri ms. *b. Schw.*

4. *Et quidem quam sententiam feram, attende.* Vertit *Lagrange: Écoutez bien votre arrêt.*

5. *Confer.* Hoc verbum, pro vulgato *censeo*, dedit idem noster ms. Arg. *b.* Scil. *confer* hæc duo inter se, *aut.... aut. Schw.*

6. *Ut quod male implicuisti.* Ipsum Lucilium auctorem hujus conditionis, quam queritur, fuisse necesse est, etsi casu in eam devenisse videri voluit. Sed quonam modo id evenerit, dicere non habemus. *Ruhk.*

7. *Semper pendere.* Tale in Homero Ajax profatur, ubi suos hortatur ad robur : « Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι, ἢ δηθὰ στρύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊότητι. Nam melius semel est vel

Digitized by Google

vel, quod videri mavis [1], incidisti. Non est quod ad ulteriora [2] nitaris; aut perdes excusationem, et apparebit te non incidisse [3]. Ista enim quæ dici solent, falsa sunt : « Non potui aliter! quid, si nollem? necesse erat! » Nulli necessé est felicitatem [4] cursu sequi : est [5]aliquid, etiam si non repugnare, subsistere, nec instare fortunæ ferenti [6].

Numquid offenderis, si in consilium non venio tantum, sed advoco equidem prudentiores [7] quam ipse sum; ad quos soleo deferre [8], si quid delibero? Epicuri epistolam [9] ad hanc rem pertinentem lege [10], Idomeneo quæ scribitur; quem rogat, ut, « quantum potest, fugiat et properet, antequam aliqua vis major interveniat, et auferat libertatem recedendi. » Idem tamen subjicit, « nihil

vivere, sive perire, Quam semper pendere gravi in discrimine Martis. » *Lipsius.*

1. *Vel quod videri mavis.* Sic dant nonnulli codd. ap. Grut. Lipsius, quem Muretus sequutus esse videtur, Elect. I, c. 16 (Opp. tom. I, p. 401) ingeniose emendaverat, vulgata reprobata : *vel quod videri potest majus. Ruhk.*

2. *Non est, quod ad ulteriora s.* munera, honores. *Ruhk.*

3. *Te non incidisse.* At contra voluntate et arbitrio tuo in turbam illam et tumultum te sponte invectum fuisse.

4. *Felicitatem* quam multitudo hominum pro vera et sincera habere solet. Enimvero id jam laudi est, pergit, non dico, si ei repugnaveris; nam hoc indicium magni animi esse potest, sed si tamen subsistas, nec *fortunæ ferenti* i. e. secundæ, te abripienti in fastigium, *instes*, studiose eam sequaris. *Ruhk.*

5. *Est aliquid, etiam si*, etc. Commodius sic distingues : *est aliquid etiam, si* etc. Cui locutioni latinæ omnino respondet Gallica nostra : *c'est toujours quelque chose.*

6. *Fortunæ ferenti.* I. e. secundæ. Vid. supra; not. 4. — A vento secundante ducta metaphora et simillima in Stat. II, Thebaïd. « Quantumque ferentem Fortunam virtute domas. » Uterque vult, modum etiam faventi et efferenti fortunæ poni : et contrahi vela dum ventus a puppi implet. Vide de Vit. Beat. cap. 12, *Lipsius.*

7. *Equidem prudentiores.* Sic ms. *b.* cum nonnullis Pinciani. Conf. Ep. XI, et ibi not. Vulgo *et quidem. S.*

8. *Deferre.* Sic libri nostri omnes. Vulgo *referre*, a Mureto, cui unus suffragatur Pal. tert. *Schw.*

9. *Epicuri epistolam* ad Idomenea deperditam esse, jam ad priorem epistolam § 3, et in Argum. declaravi. *Ruhk.*

10. *Lege.* Sic ed. *A.* cum ms. *b. c.*

Digitized by Google

esse tentandum, nisi quum apte potuerit[1] tempestiveque tentari : sed, quum illud tempus captatum diu venerit, exsiliendum ait. » Dormitare de fuga cogitantem vetat, et sperat salutarem etiam ex difficillimis exitum, si nec properemus ante tempus, nec cessemus in tempore[2]. Puto, nunc et Stoicam sententiam quæris. Non est quod quisquam temeritatis illos apud te infamet : cautiores, quam fortiores, sunt[3]. Exspectas forsitan, ut tibi hæc dicantur : 6
« Turpe est cedere oneri : luctare cum officio quod semel recepisti! Non est vir fortis et strenuus, qui laborem fugit; nisi crescit[4] illi animus ipsa rerum difficultate. » Dicentur tibi ista[5] : « Si operæ pretium habebit perse-

Par. *a. b. d.* aliique apud Ops. omnes. Vulgo *legi. Schw.*

1. *Potuerit.* Sic ms. *b.* Vulgo *poterit. Schw.*

2. *In tempore* sc. opportuno. Nostra locutio *à temps* optime respondet. Cf. Drakenborch. ad Liv. VIII, 7, § 5, Tom. II, p. 674, et ad Sil. Ital. XI, 8, ubi plena manu exempla hujus significationis attulit. *R.*

3. *Cautiores, quam fortiores, sunt.* Supple *Stoici.* Cave ne *cautiores* in malam partem accipias, quasi *ignavos :* hic enim idem significat ac *prudentes. Lagrange* bene vertit : *Ils ont encore plus de prudence que de courage.* — Cf. Diog. Laert. lib. VII, 116 et loca innumera veterum auctorum, e. c. Ciceronis de fortitudine, quæ cum prudentia aliisque virtutibus conjuncta esse debet. Hinc Noster cautiores eos vocat, quoniam mala devitanda docent, nec tamen pugnam cum iis detrectandam, si quando inciderit. Sequentia tria præcepta stoica sunt disertiora quam ulla interpretatione egeant. *Ruhk.*

4. *Nisi crescit. Verum ibi crescit* edd. inde a Lipsio : antea *verum ubi cr.* Nude *crescit* ed. Ruhk. cum uno ms. Col. apud Grut. Sed *nisi crescit* dedere mss. *Arg. b. Par. b. d.* aliique apud Modium et Ops. Nam quod in Opsopœi Collectaneis *ibi* citatur, id temere factum : haud dubie, *nisi*, non *ibi*, scripserat aut scribere voluerat Ops. *Schw.* — Ruhkopfius qui omnino *nisi* delevit, lectionem suam contendit abrupta Senecæ loquendi ratione digniorem esse; nihil enim apud eum esse usitatius, quam tales particulas adversativas omittere. Cæterum sensus patet : non est vir fortis, nisi crescit animus illi ipsa rerum difficultate, etc.

5. *Dicentur tibi ista : « Si operæ*, etc. Totius phrasis sensus est : forsitan arbitraris stoicos tibi dicturos : omnia sunt toleranda; nullus labor est fugiendus (nulla admissa exceptione) : dicent quidem ista, sed addent : tum demum perferendum esse laborem, si perseverantia operæ pretium habebit; sin autem operæ non est pretium, sapiens non se conteret sordido labore.

Digitized by Google

verantia ; si nihil indignum bono viro [1] faciendum patiendumve erit : » alioquin sordido se et contumelioso labore non conteret, nec in negotiis [2] negotii causa erit. Ne illud quidem quod existimas facturum eum, faciet, ut, ambitiosis rebus implicitus, earum semper æstus fe-
7 rat. Sed quum [3] viderit brevia, in quibus [4] volutatur, incerta, ancipitia ; referet [5] pedem, nec vertet terga, sed sensim recedet in tutum. Facile est autem, mi Lucili, occupationes evadere, si occupationum pretia contempseris. Illa sunt, quæ nos morantur et detinent. — « Quid ergo ? tam magnas spes [6] relinquam ? ab ipsa messe discedam ? nudum [7] erit latus ? incomitata lectica ? atrium va-
8 cuum ? » — Ab his ergo inviti homines recedunt ; et mercedem miseriarum amant, ipsas exsecrantur. Sic de ambitione, quomodo de amica, queruntur : id est, si verum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant [8]. Excute istos [9], qui, quæ cupiere, deplorant [10], et de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non pos-

1. *Bono viro.* I. e. sapienti, *ἀναρέτῳ* Stoico. *Rühk.*

2. *Nec in negotiis... causa*, nisi honestum et utilitas hominum consequatur. *Ruhk.*

3. *Sed quum... tutum.* Metaphora a navigatione desumpta : nam brevia sunt loca vadosa et arenosa, uti apud Virgil. Æn. I, 111. *Ruhk.*

4. *Brevia, in quibus volutatur.* Sic edd. a Mureto ; commode, si ex vet. cod. ductum ; sed vereor ne ex hominis ingenio. Mireris tamen quo pacto in hoc potissimum inciderit vir ingeniosus, quum haud incommode *gravia* dederint superiores edit. consentientibus msstis *Arggent. Par.* et Grut. *Schw.*

5. *Referet pedem.* Temere *repetet ped.* edd. inde ab eodem Mureto invitis msstis. *Schw.*

6. *Magnas spes.* Vulgo *longas spes*, a Lipsio, invitis msstis, et contra auctoris mentem. *Schw.*

7. *Nudum... vacuum.* Ad fastum spectat satis notum, quo potentiores Romani gaudebant, ut deducerentur et salutarentur a clientibus amicisque. *Ruhk.*

8. *Non oderunt, sed litigant.* Bene vertit *Lagrange : C'est de l'humeur, et non de la haine.*

9. *Excute istos.* Quasi velo quodam sensus veros tegant, excute et nudos sensus animi aspice.

10. *Qui, quæ cupiere, deplorant :* id est qui se infelices queruntur ob eas ipsas res quas optaverant.

Digitized by Google

sunt : videbis voluntariam esse illis in eo moram, quod ægre ferre ipsos[1] et misere loquuntur. Ita est, Lucili, 9
paucos servitus, plures servitutem tenent. Sed? si deponere illam in animo est, et libertas bona fide placuit, in hoc autem unum advocationem petis[2], ut sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat : quidni tota te cohors Stoicorum probatura sit? Omnes Zenones et Chrysippi moderata et honesta [et vera[3]] suadebunt. Sed, si propter hoc tergiversaris, ut circumspicias, quantum feras tecum, et quam magna pecunia instruas otium; nunquam exitum invenies. Nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem vitam, propitiis Diis! sed non sic, 10
quomodo istis propitii sunt, quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum[4] excusati, quod ista, quæ urunt, quæ excruciant, optantibus data sunt[5].

Jam imprimebam epistolæ signum : resolvenda est, ut cum solemni ad te munusculo veniat, et aliquam magnificam vocem ferat secum : et occurrit mihi, ecce, nescio utrum verior, an eloquentior—cujus? inquis—Epicuri :

1. *Ipsos. Se ipsos* ed. *A.* cum ms. *c.* Placeret nudum *se :* sed utrumque pronomen e scholio interpolatum videtur. *Schw.*

2. *Advocationem petis.* I. e. moram interponis ad deliberandum, ideoque deliberationem ipsam. Vid. Consolat. ad Marc. X; 3 not. *Ruhk.*

3. [*Et vera*] *suadebunt.* Duo priora verba, ex ed. Rom. propagata, ignorat ed. *A.* cum mss. nostris. In *Arggent. b.* vero et in *Parisiens. a. b. d.* scribitur *tua suadebunt;* sub quo quid lateat nescio. An *et tuta* debuerant? *Schw.*

4. *Ad hoc unum.* Sic veteres omnes. Lipsius emendat : *ab hoc uno.* Muretus : *hoc uno.* Gronov. egregie *ob hoc unum*, laudans Ep. XXXIX, 5; de Benef. VI, 23; Nat. Qu. VII, 14: Rari cometæ et ob hoc mirabiles. Quam Gronovii emendationem recipere licet, nisi *ad* pro *in* quandoque poni concedas, ut sit : in hoc uno respectu. *Ruhk.*

5. *Optantibus data sunt.* Ad hanc hominum inconstantiam ipsa quæ optavere deplorantium, ubi votorum compotes sunt, pertinet fabula Ranarum regem a Jove implorantium; quæ quum tigilli imperio non contentæ fuissent, ac magis magnificum regem

Digitized by Google

11 (adhuc enim alienas sarcinas adorno [1]) : « Nemo non ita exit e vita, tanquam modo intraverit. » Quemcumque vis occupa [2], adolescentem, senem, medium; invenies æque timidum mortis, æque inscium vitæ. Nemo quidquam habet facti : in futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista voce delectat, quam quod exprobratur senibus infantia : « Nemo, inquit, aliter, quam quomodo natus est,
12 exit e vita. » Falsum est! pejores morimur, quam nascimur. Nostrum istud, non naturæ, vitium est. Illa de nobis conqueri debet, et dicere : Quid hoc est? sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, cæterisque pestibus : quales intrastis, exite! Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur, quam nascitur. Nunc vero trepidamus, quum periculum accessit; non animus, nobis, non color [3] constat; lacrimæ nihil
13 profuturæ cadunt. Quid est turpius, quam in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem hæc est : quod inanes omnium bonorum sumus, vitæ desiderio laboramus [4]. Non enim apud nos pars ejus ulla subse-

petivissent, gruem impetravere qua lacerati et voratæ sunt.

1. *Alienas sarcinas adorno* edd. inde ab Erasmo. *Adoro* editt. princ. cum mss. tis. *Schw.* — Lipsius dubitat an *alienis*. Meas sarcinas instruo rebus alienis, ut Epist. XVI, adhuc de alieno liberalis sum. — *Adhuc enim alienas sarcinas adorno*. I. e. aliorum dicta adjuvo interpretatione. Sarcinas enim de iis quæ quis habet, portat, possidetque, tanquam propria, in usu esse constat, e. c. Martial. II, 11, 8. *Ruhk.*

2. *Quemcumque vis, occupa..... vitæ*. Similia occurrunt apud Senecam de Brevit. vitæ III, 2 sq. *Ruhk.*

3. *Non color constat*. Sic Virgilius de sibylla Æn. VI : « Non vultus, non color unus. »

4. *Vitæ desiderio laboramus*. Sic ed. Rom. *Vitæ desideriis laboramus* Palat. quart. et Col. Nude *vitæ laboramus* ed. *A.* cum mss. *Arg. b. c. Par. a. b. d.* et Pal. 1, 2, 3, fortasse ne sic quidem male, i. q. de vita laboramus, de ipsa vita solliciti sumus. Gruteri conjecturam recepit Ruhk. *quod inanes omnium bonorum summis vitæ desideriis laboramus*. Ante illum, inde ab ed. Curionis (rursusque post Ruhk. in ed. Matth.), legebatur, *quod inanes omn. bon. sumus, quorum in fine vitæ desiderio laboramus*. Ex conjectura Pinciani, qui in nescio quo libro scri-

Digitized by Google

dit[1]; transmissa est, et effluxit[2]. Nemo quam bene vivat, sed quam diu, curat; quum omnibus possit contingere, ut bene vivant; ut diu, nulli[3]. Vale.

ptum repererat *cum in fine vitæ desiderio lab. Schw.*

1. *Non enim... subsedit.* Sapiens autem e vita aufert virtutem: nec illi vita inanis effluxit, qua usus est ad animum sapientia firmandum.

2. *Et effluxit.* Abest *et* mss. *Par. a. b. d.* nullo incommodo. *Schw.*

3. *Nemo quam bene vivat.... nulli.* Confer. Gatack. ad Antonin. pag. 110, sq. qui nec nostri loci immemor fuit. *Ruhk.*

EPISTOLA XXIII.

IN PHILOSOPHIA VERAS ESSE VOLUPTATES.

Monet, ut verum gaudium quærat: est enim severa res, et ex vero bono nascitur: est fundamentum, quin culmen omnis sapientiæ. Reliquæ voluptates fallaces et fugaces sunt: hoc gaudium solidum et firmum est, quia in solido situm et animo, optima nostri parte. Uno verbo, positum est in conscientia. Spectant hæc ad dogma stoicum satis celebre: Sapientem sibi parem et semper in gaudio esse. Conf. Cic. Paradox. V. Augustin. de Civit. Dei XIV, c. 11. Tribuunt autem Stoici nonnisi sapienti velle, gaudere, cavere; stulto contra nonnisi cupere, lætari, metuere, contristari. Gaudium (χαρὰ) opponitur voluptati (ἡδονῇ) sibique subjectas habet oblectationem, hilaritatem et tranquillitatem. Cic. Tusc. Disp. IV, 6, quum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud gaudium dicitur, etc. lætitia est sine ratione animi elatio. Totum hoc Stoicorum paradoxon nititur eo, quod ponebant, affectus perturbationesque animi nonnisi ex opinionibus oriri: atqui sapientem et illis, et his liberum esse oportet, et est; sequitur itaque eum tranquillitate et constantia, atque ideo, quod inde manat, gaudio potiri, qui sapiens et vocari, et revera esse velit. Cf. Lipsii Manuduct. III, Diss. 5.

Clausula est ab Epicuro petita: Turpe et molestum est, semper vitam incipere.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Putas me tibi scripturum, quam humane nobiscum hiems egerit, quæ et remissa fuit, et brevis; quam malignum ver sit, quam præposterum frigus; et alias ine-

Digitized by Google

ptias verba quærentium. Ego vero aliquid, quod et mihi, et tibi prodesse possit, scribam. Quid autem id erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem? Hujus fundamentum quod sit, quæris? Ne gaudeas vanis [1]! Fundamentum hoc esse dixi : culmen est [2]. Ad summum [3] pervenit, qui scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate
2 non posuit. Sollicitus est et incertus sui, quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet nunquam illum sperata deceperint. Hoc ante omnia fac, mi Lucili : disce gaudere! Existimas nunc me detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita submoveo; qui spes, dulcissima oblectamenta, devitandas existimo? Immo contra! nolo tibi unquam deesse lætitiam. Volo illam tibi domi nasci [4]; nascetur, si modo intra
3 te ipsum sit. Cæteræ hilaritates non implent [5] pectus; frontem remittunt, leves sunt : nisi forte tu judicas eum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer et fidens, et super omnia erectus. Mihi crede, res severa est ve-

1. *Ne gaudeas vanis.* Vana autem sunt ea, quæ non semper, nec sine ulla interruptione hominem adjuvare possunt ad officia sua accurate peragenda et virtutis leges exsequendas. Opponitur igitur his fortuitis vanisque honestum, quo ab bonam mentem perducimur, ut Noster innuit § 3. Conf. M. Antonin. VIII, 1. Diog. Laert. VII, 104. *Ruhk.*

2. *Fundamentum hoc esse dixi? culmen est.* Recte hæc lectio e codd. defenditur a Modio novantiquar. lectt. Ep. CXXVII, et Grutero, quum antea legeretur sine interrogatione et *etiam culmen est. Ruhk.* — *Culmen est.* Nascitur enim e sapientia, et est ejus velut fructus. *Lipsius.*

3. *Ad summum* dedit ed. *A.* et ms. *c.* Cf. XX, 63, 5. Perperam *ad summam Arg. b.* et *Par. d.* Alii vulgo *ad summa*, nec id male Cf. XCII, 23, 14. *Schw.*

4. *Volo illam tibi domi nasci.* Bene vertit *Lagrange : Je prétends naturaliser en vous la joie.* — Haud scio, an alluserit ad morem Romanorum, quo pecuniam suam apud mensam in foro deponerent vel a mensariis mutuarentur : opposita erat numeratio de domo, s. ex cista, vel ex arca. Cf. de Benef. III, 8. Donatus ad Terent. Phorm. V, 8. Senec. Epist. XIV, 16 not. *Ruhk.*

5. *Cæteræ hilaritates non implent pectus, frontem remittunt* dant codd. ap. Pincianum vetus editio, et Gronov. monuit ad Epist. XXIV, not. 16,

Digitized by Google

rum gaudium ! An tu existimas quemquam soluto vultu, et, ut isti delicati loquuntur, hilari oculo [1], mortem contemnere ? paupertati domum aperire ? voluptates tenere sub fræno ? meditari dolorum patientiam ? Hæc qui apud se versat, in magno gaudio est, sed parum blando. In 4
hujus gaudii possessione esse te volo : nunquam deficiet, quum semel, unde petatur, inveneris. Levium metallorum fructus in summo est : illa opulentissima sunt, quorum in alto latet vena, assidue plenius responsura fodienti [2]. Hæc, quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfusoriam [3] voluptatem; et, quodcumque invectitium [4] gaudium est, fundamento caret; hoc, de quo loquor, ad quod te conor perducere, solidum est, et quod plus pateat introrsus. Fac, oro te, Lucili carissime, 5
quod unum potest te præstare felicem : disjice et conculca ista quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio [5]; ad verum bonum specta, et de tuo gaude. — Quid

sed esse eliminandum. *Ruhk.*

1. *Hilari oculo.* Lipsius ex libro suo laudat *hilariculo :* quod in edit. Varior. pessime in textum receptum video. Est enim abbreviatio nostræ vulgatæ. *Ruhk.* — At Schw. non damnat *hilariculo* quod præfert. ms. *Arg. b.* cum *Par. b. d.* aliisque ap. Opsopœum.

2. *Levium metallorum.... fodienti.* De auri, argenti similisque metalli fodinis hæc intelligas, quæ haud dubie eo maligniores sunt, quo minor venæ profunditas est. Bene cum his gaudium hoc philosophicum confertur, quod nisi ex bona mente et vero bono proveniat, ideoque altas quasi radices agat in animo, parvi pretii et alienum, *invectitium* est. Corporis hac in re nullam rationem haberi patet. *Ruhk.*

3. *Perfusoriam* recte Gruter. præfert alteri codd. lectioni *superfusoriam* v. not. *Ruhk.* — *Perfusoriam*, id est non penetrantem, sed exterius aspergentem. — Ita *perfusorie dicere* apud Jureconsultos leviter et sine attentione aut cura : perfusoriæ assertiones in Sueton. Domit. c. VIII. Sic Noster Ep. CX. Si illa te non perfuderit, sed infecerit. *Lips.*

4. *Invectitium gaudium.* Sic ex vet. cod. quem Erasmus in Append. laudaverat, primus edidit Muretus; cui nescio an assentiantur mss. *Par. a.* et *b. Inventitium* editt. vett. cum *Arg. b. c. Par. d.* et aliis apud Grut. *Schw.* — *Invectitium*, id est, quod ex externis invehitur.

5. *Ab alio.* Adjiciunt *vel ex alio* ed. *A.* et *R.* cum mss. *Arg. b. c. Par. a. b. d.* et aliis : quæ verba ab-

Digitized by Google

est autem hoc, *de tuo ?* — Te ipso, et tui optima parte. Corpusculum quoque, etiam si nihil fieri sine illo potest, magis necessariam rem crede, quam magnam : vanas suggerit voluptates, breves, pœnitendas, ac, nisi magna
6 moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico : in præcipiti est voluptas [1], ad dolorem [2] vergit, nisi modum teneat [3]; modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. Veri boni aviditas, tuta est. Quid sit istud, interrogas, aut unde subeat ? Dicam. Ex bona conscientia, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido vitæ et continuo tenore unam prementis viam. Nam illi, qui ex aliis propositis in alia transiliunt, aut ne transiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo ha-
7 bere quidquam certum mansurumve possunt, suspensi et vagi ? Pauci sunt, qui consilio se suaque disponant : cæteri eorum more, quæ fluminibus [4] innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alia [5] lenior unda detinuit, ac mollius vexit; alia vehementior rapuit; alia proximæ ripæ [6], cursu languescente, deposuit; alia torrens impetus in mare ejecit. Ideo constituendum est, quid velimus, et in eo perseverandum.

sunt vulgo, abjecta inde ab ed. Ven. et merito quidem, me judice, ut ex scholio olim invecta. *Schw.*

1. *Est voluptas.* Ignorant *est* edd. vett. cum msstis *Arg. Par.* et aliis: quod si placet, delendum comma post *voluptas. Schw.*

2. *In præcipiti est voluptas, ad dolorem vergit.* Satis callide *Lagrange* vertit: *La volupté est sur les bords de la douleur.*

3. *Teneat.* Est *tenuerit* in ed. *A.* et mss. *b. c. Schw.*

4. *Quæ fluminibus.* Cf. Ep. IV, 4. Horat. III, Carm. 29, 33. Epictetus Stobæi Flor. Serm. I, p. 13, Schow.: vita fortunæ implicata rapido flumini similis est, turbulenta, cœnosa, impura. Hanc imaginem Noster bene dilatat. *Ruhk.*

5. *Alia* I.e. alias res. Cæterum vitam cum navigatione comparari a veteribus, multa exempla docent. Cf. Gataker ad M. Antonin. p. 90, 1. *R.*

6. *Proximæ ripæ..... deposuit.* Sic editt. vett. cum msstis, quod præter rationem Muretus in *proxime ripam* mutavit. *Schw.*

Digitized by Google

Hic est locus solvendi æris alieni. Possum enim vocem tibi Epicuri tui[1] reddere, et hanc epistolam [2] liberare : « Molestum est, semper vitam inchoare ; » aut (si hoc 8
modo magis sensus potest exprimi) : « Male vivunt qui semper vivere incipiunt. » — Quare ? inquis : desiderat enim explanationem ista vox. — Quia semper illis imperfecta vita est. Non potest autem stare paratus ad mortem, qui modo incipit vivere. Id agendum est, ut satis vixerimus : nemo hoc putat[3], qui orditur quum maxime vitam. Non est quod existimes, paucos esse hos[4] : propemodum omnes sunt. Quidam vivere, tunc incipiunt, quum desinendum est. Si hoc judicas mirum, adjiciam quod magis admireris : quidam ante vivere [5] desierunt, quam inciperent. Vale.

1. *Epicuri tui.* Fortasse Epicuri sectæ addictus erat. Vide præfat. hujus voluminis. *Ruhk.*

2. *Hanc epistolam liberare*, e manu mittere, finire. *R.*—Non male tamen intelligere videretur qui interpretaretur *liberare debito*, quum quæque epistola afferat mercedulam suam.

3. *Nemo hoc putat :* scilicet se satis vixisse.

4. *Paucos esse hos.* Qui semper vitam inchoent.

5. *Desierunt.* Temere *defecerunt* ed. Lipsii et sqq. *Schw.*

EPISTOLA XXIV.

DE FUTURI METU : DE MORTE.

Lucilium de eventu judicii, in quod inimicus, qui homo potentior fuisse videtur (cf. § 11) eum vocavit sollicitum longe alio modo tractat, ac ille speraverat. Nam suadet, ut quibusvis pessimis, quæ timeri possint, animo suo propositis excussisque, intelligat, aut non magnum, aut non longum esse, quod metuat. (In quibus et Stoicos et Epicurum facile agnoscas. De illis res notior est, quam ut doceatur : de his cf. Diog. Laert. X, 22, 118, et ad utrumque locum Menag.) Hæc amico probat non solum exemplis Rutilii, Metelli, Socratis, Mucii et Catonis, hominum quidem fortissimorum, sed

Digitized by Google

etiam Q. Scipionis, Cn. Pompeii M. soceri aliorumque hominum cujusvis ætatis ignavorum. Hac una via securitas summa comparatur, quandoquidem ita rebus quibuscumque terrorem incutientibus, e. c. morti, equuleis, etc., omnis tumultus timorve demitur, vera quippe facie iis reddita. Hoc suadet philosophia, cujus præcepta effectu probanda sunt. Hortatur tamen, ne cogitationi de futuro malo indulgeat, sed ut ea meditetur, quæ animum, qui corpore sit liberatus, maneant. Qua occasione data, egregium Lucilii versum recordatur, qui habet: Non repente nos in mortem incidere, sed minutatim. Clausula cum iis, quæ hac epistola tractaverat, bene cohæret. Affert autem Epicuri dicta, satietatem vitæ risu explodentia.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Sollicitum te esse scribis de judicii eventu, quod tibi furor inimici denunciat; et existimas me suasurum ut meliora tibi ipse [1] proponas, et acquiescas spei blandæ. Quid enim necesse est mala arcessere, et, satis cito patienda quum venerint, præsumere, ac præsens tempus futuri metu perdere? Est sine dubio [2] stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse jam miserum: sed ego alia
2 te ad securitatem via [3] ducam. Si vis omnem sollicitudinem exuere, quidquid vereris ne eveniat, eventurum utique propone: et, quodcumque est illud malum, tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa [4]: intelliges profecto, aut non magnum [5], aut non longum esse, quod metuis.

1. *Tibi ipse.* E codd. Grut. et veteri editione, jam aliquoties laudata restitui, ut magis Latinitati emendatæ conveniens: etsi interdum regulam hanc posthabere non dubitavit Noster cum Cicerone. Cf. Var. lect. ad III de Ira 8. Antea: *tibi ipsi. R.*

2. *Est sine dubio..... ducam.* Lipsius hic apte laudat Epistola XIII, LXXIV et LXXVIII. Vere, addit, sapientis usurpatio et remedium. Et nostro tempore quosdam esse, qui hanc iteratam de morte cogitationem parum salubrem menti bonæ et tranquillitati animi putent, eadem fere argumenta sequentes, notum est. *R.*

3. *Alia... via.* Plane contraria, ut omnia timeas. Hoc ipsum in Ep. LXXVIII: Omnem fortunæ licentiam in oculis habe, tanquam quidquid potest facere, factura sit: quidquid exspectatum est diu, lenius accidit.

4. *Timorem... taxa.* Judicio, quanti sit, æstima. *Lipsius.*

5. *Aut non magnum.* Epicuri decantatum in dolore solatium infra statim: *Levis est, si ferre possum; brevis est, si ferre non possum.* Sic Æschylus:

Θάρσει, πόνου γαρ ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνος.

Digitized by Google

Nec diu exempla, quibus confirmeris, colligenda sunt; omnis illa ætas tulit. In quamcumque partem rerum, vel civilium [1], vel externarum, memoriam miseris, occurrent tibi ingenia aut profectus, aut impetus magni [2]. Num quid 3
accidere tibi, si damnaris, potest durius, quam ut mittaris in exsilium? ut ducaris in carcerem? num quid ultra quidquam timendum est ulli [3], quam ut uratur? quam ut pereat [4]? Singula ista constitue, et contemptores eorum cita; qui non quærendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius [5] sic tulit, tanquam nihil illi molestum aliud esset, quam quod male judicaretur. Exsilium 4
Metellus [6] fortiter tulit, Rutilius etiam libenter: alter, ut rediret, reipublicæ præstitit [7]; alter reditum suum

Confide: tempus non habet summus dolor. *Lipsius.*

1. *Rerum, vel civil.*, nostrarum et Romanarum: quæ ad tuos cives. *Lips.*

2. *Profectus..... magni.* In sapientia. Reperies, inquit, aut qui judicio et ratione, sapientiæ nempe alumni, hæc contempserint, ut Cato: aut qui impetu et nobilitate animi, ut Scipio. *Lips.*

3. *Num quid ultra quidquam timendum est ulli.* Ruhkopfius dat *n. q. u. q ulli timendum est:* hanc inquit, lectionem in aliquot mss. suis invenit Pincianus, et Grut. in Col. at alii loco *ulli* habent *illi* ut et editio vetus. Erasmus, unus Palat. ap. Grut. et Muretus habent: *n. u. q. corpori t. e.* Vulgata est: *Numque* (s. ap. Bipont. *numquid*) *ultra quidquam timendum est ulli. Ruhk.*

4. *Quam ut pereat* recte defendit Lipsius, omnium codd. et edd., præter ed. Romanam, tria hæc verba omittentem, consensu, contra Muretum, qui mallet: *q. u. pendeat:* decresceat enim oratio, reponit Lips: et minus *pendere*, quam *uri. Ruhk.*

5. *Rutilius.* Cf. de Providentia c. III, 5. Consolat. ad Marc. XXII, 2, not. *Ruhk.*

6. *Metellus*, Numidicus, victo Jugurtha, dictus: qui censor et clarissimus vir, quum jurare in leges Appuleii Saturnini Trib. pl. nollet, in exilium missus, fortiter tulit, donec, occiso illo, precibus lacrimisque filii præsertim, qui ob id Pii cognomen meruit, restitutus est. Vide Ernesti clav. Cic. historic. h. v. Aurel. Vict. c. 6. *Ruhk.*

7. *Reipublicæ præstitit.* Ruhk. interpretatur: persuasit. At, præterea quod ista verbi *præstitit* significatio nusquam occurrit, non videtur ille intellexisse auctoris sententiam quæ est: Metellum pene invitum in patriam reversu messe, nec alia mente quam quod rempublicam sui indigere videret: ita ut non illi cives reditum, sed ipse civibus condonaverit. Quod bene vertit *Lagrange: L'un accorda son retour à la république*, etc.

Digitized by Google

Sullæ negavit[1], cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates[2] disputavit, et exire (quum essent qui promitterent fugam) noluit, remansitque, ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris. Mucius[3] ignibus manum imposuit. Acerbum est uri; quanto acerbius, si id te faciente patiaris[4]? Vides hominem non eruditum, nec ullis præceptis contra mortem aut dolorem subornatum[5], militari tantum robore instructum, pœnas a se irriti conatus exigentem! spectator distillantis in hostili foculo dextræ stetit, nec ante removit nudis ossibus fluentem manum, quam illi ab hoste subducta est[6]. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus, quam crudelitas ad irroganda. Facilius Porsenna Mucio ignovit, quod voluerat occidere, quam sibi Mucius, quod non occiderit.

Decantatæ, inquis, in omnibus scholis fabulæ istæ sunt! Tum mihi[7], quum ad contemnendam mortem ven-

1. *Sullæ negavit.* Noster de Provid. cap. 3: « Rutilius Sullæ dictatori solus aliquid negavit, et revocatus non tantum retro cessit, sed etiam longius fugit. » Ovidius: « Et grave magnanimi robur mirare Rutili; Non usi reditus conditione dati. »

2. *Socrates.* Critonem et Simmiam Thebanum hoc consilium cepisse, ut Socratem fuga ingratis suis civibus eriperent, est res nota vel ex Xenoph. Apolog. § 23, p. 146 ed. Zeun. et Platon. Crit. Tom. I, p. 102, sqq. *Bip. Meiners Geschichte der Wissensch. in Griech. und Rom.* Tom. II, p. 496, sqq. *Ruhk.*

3. *Mucius.* Cf. Liv. II, 12. *Ruhk.*

4. *Si id te faciente patiaris.* Int. Si te ipse uras.

5. *Subornatum* recte defenditur a Gronov. contra Gruterum, qui e cod. Col. *obrutum* enotaverat. Vis vocis nunc vel ex Lexicis nota est, ornatum simpliciter. *Ruhk.*

6. *Quam illi ab hoste subducta est.* Sic scripsi cum *Arg. b.* cui assentitur *Par. a.* Sed rectius revocabitur vulgatum, *quam ignis illi ab hoste subductus est*, quod cum ed. *R.* et *A.* præfert ms. *c.* puto et alii. (Conf. Ep. LXVI.) *Par. b.* quidem et *Par. d. quam illi ab hoste subductus est*: omisso vocab. *ignis. Schw.*

7. *Tum mihi.* Schweigh. habet in sua ed. *etiam mihi*: sed ipse hanc lect. sic corrigit in notis: sic equidem interpretatus eram scripturam, quam

Digitized by Google

tum fuerit, Catonem[1] narrabis? — Quidni ego narrem ultima illa nocte Platonis librum legentem, posito ad caput gladio? Duo hæc in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum, ut vellet mori, alterum, ut posset. Compositis ergo rebus[2], utcumque componi fractæ atque 7
ultimæ poterant, id agendum existimavit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut servare contingeret; et, stricto gladio, quem usque in illum diem ab omni cæde purum servaverat: Nihil, inquit, egisti, Fortuna, omnibus conatibus meis obstando! non pro mea adhuc, sed pro patriæ libertate pugnavi! nec agebam tanta pertinacia, ut, liber, sed ut inter liberos viverem: nunc, quoniam, deploratæ sunt res humani generis, Cato deducatur in tutum. Impressit deinde mortiferum corpori 8
vulnus. Quo obligato a medicis[3], quum minus sanguinis haberet, minus virium, animi idem[4]; jam non tantum Cæsari, sed sibi iratus, nudas in vulnus manus egit, et generosum illum contemptoremque omnis potentiæ spiritum non emisit, sed ejecit.

Non in hoc exempla nunc congero, ut ingenium exerceam; sed ut te adversus id, quod maxime terribile videtur, exhorter. Facilius autem exhortabor, si ostendero, 9

h. l. in ms. *Arg. b.* inveni: nunc video *Tam* ibi legendum, male id quidem. *Tñ* habet ms. *c. Tamen* ed *A. Tu mihi* ed. *R. Par. a.* Pal. 2, et Col. quæ non meliora. Vera lect. erat *Tum mihi*, quod exhibent *Par. b. d. Jam mihi* edd. inde ab Erasm. ex ipsius conject. *Schw.*

1. *Catonem.* Uticæ hoc factum esse, unde Catoni cognomen Uticensis dabatur, est res notissima, quæ apud omnes auctores, qui de hac re exposuerunt, eodem fere modo narratur, v. c. Plutarch. in Caton. min. p. 790, sqq. in Cæsar. p. 732 Frcf. Dion. Cass. XLIII, 10—12. *Ruhk.*

2. *Compositis ergo rebus.* Id est omnibus post Pharsalicam pugnam et Pompeium interfectum in Cæsaris ditionem subactis, ideoque quiescentibus.

3. *A medicis.* Quod tamen Noster *medicis* tribuit, id Plut. a Buta, libertino Catonis, Dio Cass. ab ejus amicis factum esse asseverant. *Ruhk.*

4. *Animi idem.* Int. eamdem tamen animi fortitudinem, labefactato corpore, servaret.

Digitized by Google

non fortes tantum viros hoc momentum efflandæ animæ contempsisse ; sed quosdam, ad alia ignavos, in hac re æquasse animum fortissimorum : sicut illum Cn. Pompeii socerum Scipionem[1], qui, contrario in Africam vento relatus, quum teneri navem suam vidisset ab hostibus, ferro se transverberavit, et quærentibus ubi imperator
10 esset : Imperator, inquit, se bene habet. Vox hæc illum parem majoribus fecit, et fatalem Scipionibus in Africa gloriam[2] non est interrumpi passa. Multum fuit, Carthaginem vincere ; sed amplius, mortem. Imperator, inquit, se bene habet[3] ! An aliter debebat imperator, et quidem Catonis[4], mori ? Non revoco te ad historias, nec ex omnibus sæculis contemptores mortis, qui sunt plurimi, colligo : respice ad hæc nostra tempora, de quorum languore ac deliciis querimur : omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunæ, omnis ætatis, qui mala sua
11 morte præciderunt[5]. Mihi crede, Lucili, adeo mors timenda non est, ut beneficio ejus nihil timendum sit[6]. Se-

1. *Scipionem*. Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio prælio ad Thapsum a Jul. Cæsare victus quum Hispaniam peteret, ad Hipponem, regium portum in regno Numidarum situm, delatus et a navibus hostilibus circumventus, ne a P. Sittio, Cæsaris legato, qui classi præerat, caperetur, se ipse interemit. Cf. Hirtius de Bello Afric. I, c. 96. Flor. IV, 2. Appian. de Bello civ. II, p. 798. Dio Cass. XLIII, 9. *Ruhk*.

2. *Fatalem....gloriam*. Quum jam antea alter Scipionum Annibale ad Zamam devicto Carthaginis potentiam everterit, alter Carthaginem ipsam diruerit atque inflammaverit.

3. *Se bene habet*. Alii, *b. se h.* Rectius fortasse abjicietur pronomen. *S.*

4. *Et quidem Catonis*. Ed. vetus pro *et quidem Catonis* habet *quam Catho*. Non male. *Ruhk*.—Fortis illius viri imperator, an non ipse fortis ? Nam toti exercitui Scipio præerat, Catone inter legatos. *Lipsius*.

5. *Omnis ordinis..... præciderunt*. Quam vere hæc dicta sint de multitudine eorum, qui sua sponte mortem sibi consciverint sub Cæsaribus usque ad hæc Senecæ tempora, Tacitus, Dio Cassius, alii affirmant. *R.*

6. *Ut beneficio ejus nihil timendum sit. Nihil anteferendum sit* ed. ab Erasm. et Mur. *Nihil anteferendum timendumve sit ed.* Ruhk. cum ed. *A.* et *R.* et mss. *Par. a. b. d.* aliisque. Sed *Arg. b. Nihil anteferendum timendum sit*, absque

Digitized by Google

turus itaque inimici minas audi : et, quamvis conscientia tibi tua fiduciam faciat, tamen, quia multa extra causam valent, et, quod æquissimum est, spera, et ad id te, quod est iniquissimum, compara. Illud autem ante omnia 12
memento, demere rebus tumultum[1], ac videre quid in quaque re sit : scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem[2]. Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque, majusculis pueris, evenit : illi, quos amant, quibus assueverunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expavescunt. Non hominibus tantum, sed et rebus[3] persona demenda est, et reddenda facies sua. Quid 13
mihi gladios et ignes ostendis, et turbam carnificum circa te frementem[4]? tolle istam pompam, sub qua lates, et stultos territas! Mors est; quam nuper servus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella et equuleos magno apparatu explicas? quid singulis articulis singula machinamenta, quibus extorqueantur, aptata, et mille alia instrumenta excarnificandi particu-

conjonctione. Delevi equidem prius verbum, ut imperite olim intrusum ab homine qui vocab. *beneficio* in tertio casu acceperat, quum intelligendum esset in sexto casu positum. Hæc Schw. At Ruhk. — *Anteferendum timendumve sit* omnes olim editi et scripti præstant, præter Muretum, qui *timendumve* scalpello critico abscidit. Lipsius emendabat : *nihil a te verendum timendumve sit*, additque : Adeo, mi Lucili, mors tibi non timenda, ut illi, nihil vereri aut timere debeas. Mala aut metus sola tollit. Sed antiqua lectio bonum sensum fundere videtur : non adeo mors est timenda, ut, ea proposita, omnium aliarum rerum respectum omittere debeas. Sic honesta sunt facienda et prava devitanda adeoque timenda, mortis nulla ratione habita. *Ruhk.*

1. *Demere rebus tumultum.* Quia timor confusionem gignit et vetat ne animus videat quid reipsa impendeat.

2. *Timorem.* In duobus codd. Palat. esse *timere* observat Grut. nec inficetum auribus suis fatetur cum Gronovio, qui similia laudat ; vulgata tamen, *nisi ipsum timorem*, ideo non est movenda. *Ruhk.*

3. *Sed et rebus.* Dele *et* : satis erat *sed rebus*, quod habent edd. vett. cum msstis. Vide not. ad Ep. IV, et ad VIII. *Schw.*

4. *Frementem* lectio scriptorum et editionis veteris. Cf. ad Ep. XX. Antea : *frementium*. *Ruhk.*

Digitized by Google

14 latim[1] hominis? Pone ista, quæ nos obstupefaciunt; jube conticescere gemitus et exclamationes, et vocum inter lacerationem elisarum acerbitatem. Nempe dolor est; quem podagricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis deliciis perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Levis est[2], si ferre possum; brevis est, si ferre non possum.

Hæc in animo voluta, quæ sæpe audisti, sæpe dixisti; sed, an vere audieris, an vere dixeris, effectu proba! hoc enim turpissimum est, quod nobis objici solet, verba
15 nos philosophiæ, non opera tractare. Quid tu? nunc primum tibi mortem imminere scisti, nunc exsilium, nunc dolorem? In hæc natus es[3]! Quidquid fieri potest, quasi futurum cogitemus: quod facere te moneo, scio certe fecisse. Nunc admoneo, ut animum tuum non mergas in istam sollicitudinem: hebetabitur enim, et minus habebit vigoris, quum exsurgendum erit. Abduc illum[4] a privata causa ad publicam: dic mortale tibi et fragile corpusculum esse; cui non ex injuria tantum aut ex potentioris viribus[5] denuntiabitur dolor, ipsæ[6] in
16 tormenta voluptates vertuntur. Epulæ cruditatem afferunt; ebrietates nervorum torporem tremoremque; libidines pedum, manuum, articulorum omnium depravationes. Pauper fiam? inter plures ero. Exsul fiam? ibi me

1. *Particulatim.* In aliis quibusdam libris *articulatim.* Utra verior lectio sit, haud facile dixerim. *Schw.*

2. *Levis est... possum.* De hoc jam supra diximus.—Cf. Gataker. ad M. Antonin. p. 273, 274. Senec. Ep. XXX, 12. *Ruhk.*

3. *In hæc natus es. In hoc* edd. vett. cum ms. *c.* et *Par. a. d.* Vitiose *In hac Arg. b.* et *Par. b. Schw.*

4. *Abduc illum a privata causa ad publicam.* Id est oblitus litem tuam privatam, considera conditionem omnium mortalium.

5. *Ex potentioris viribus.* Sic primus emendavit Lips. commode. Cf. LXXVI, 274, 6. Ante eum ed. cum msstis, *ex potentioribus virib. Schw.*

6. *Ipsæ. Sed ipsæ* edd. ante Ruhk.

Digitized by Google

natum putabo, quo mittar. Alligabor [1]? quid enim? nunc solutus sum? ad hoc me natura grave corporis mei pondus adstrinxit. Moriar [2]? hoc dicis, desinam ægrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Non sum tam ineptus [3], ut Epicuream cantilenam hoc 17
loco persequar, et dicam: vanos esse inferorum metus; nec Ixionem [4] rota volvi; nec saxum [5] humeris [6] Sisyphi trudi in adversum; nec ullius viscera [7] et renasci posse quotidie, et carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, et tenebras, et larvalem [8] habitum nudis ossibus cohærentium. Mors nos aut consumit, aut [9] emittit. 18

rursusque ed. Matth. invitis editt. vett. et msstis. Mox, *in tormenta voluptates* scripsi cum ed. *A.* et ms. *c.* Vulgo *volupt. in torm. Schw.*

1. *Alligabar?* Ad deportationem in insulam spectat. Civitate autem privatus reus, idque in perpetuum, bonis etiam publicatis, et custodiæ causa militi apposito cui catena alligabatur. Cf. de Tranq. Animi X, 3, not. Exquisita quædam de hac pœna apud Romanos dedit Heyne in Opusc. acad. Vol. IV, p. 277 sq. *Ruhk.*

2. *Moriar?... desinam... posse.* Similia collegit Gataker ad Antonin. p. 90, 2. *Ruhk.*

3. *Non sum tam ineptus, ut Epicuream.* Confirmat Diog. Laert. X, 123, ubi vid. Petr. Gassendus, et de vita ac moribus Epicuri c. I—IV, ubi omnia diligenter collecta sunt, quæ huc spectant. VVernsdorf ad (Lucilii) Ætnam 75, P. L. M. Tom. IV, p. 104, nostrum ab isto Ætnæ auctore expressum esse putavit. Cæterum jam Cic. Tusc. Disp. I, 5 et 6; et Orat. pro Rosc. Amer. c. 24. (Juvenal. II, 149), hanc eamdem sententiam de vanitate mythologiæ publice protulit, ut taceam de antiquioribus nonnullis philosophis Græcis, qui eam prorsus derisui et contemptui tradere, aliisque, utique Stoicis, qui eam mitigare interpretatione allegorica non dubitarunt, v. c. de Xenophane. Cf. Meiners *Geschichte der Wiss.* Vol. I, p. 615, sq. *Ruhk.*

4. *Ixionem.* Ixion propter injurias, quibus Junonem afficere voluit, rotæ apud inferos circumligatus turbine circumagitur. Vide Heyne ad Virgil. Georg. IV, 484. *Ruhk.*

5. *Humeris* codd. ap. Grut. vett. edd. Antea *humero. Ruhk.*

6. *Sisyphi.* Sisyphus rex Corinthi incursiones in Atticam faciens a Theseo interfectus. Pœna nota est vel ex Ovid. Metam. IV, 459. *Ruhk.*

7. *Nec ullius viscera.* De Tityo poetæ, et inter alios Lucretius, qui hæc talia abjicit, et ad moralem sensum aliquem aptat, pro Epicuri doctrina, lib. III. *Lipsius.*

8. *Larvalem habitum.* Ita scripti libri: editi *larvarum hab.* sed editio vetus: *larvalem h.* Sed illud ad ipsos mortuos refer, qui pallentes tenues et larvales quædam umbræ, ut Sidonius dixit. *Lipsius.*

9. *Aut emittit.* Sic edd. ante Ruhk.

Digitized by Google

Emissis meliora restant, onere detracto ; consumptis nihil restat, bona pariter malaque submota sunt. Permitte mihi hoc loco referre versum tuum, si prius admonuero, ut te judices non aliis scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire ; quanto turpius, aliud scribere, aliud sentire ? Memini te illum locum aliquando tractasse, non repente nos in mortem incidere,
19 sed minutatim procedere. Quotidie morimur [1], quotidie enim demitur aliqua pars vitæ : et tunc quoque, quum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam ; usque ad hesternum, quidquid transiit temporis, periit ; hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid ante defluxit : sic ultima hora, qua esse desinimus,
20 non sola mortem facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. Hæc quum descripsisses, quo soles ore, semper quidem magnus, nunquam

inde a Mur. (rursusque nuper ed. Matth.) cum ed. *A.* et ms. *c.* ac nonnullis Pinciani codd. Et bene quidem hoc convenit cum eo quod continuo sequitur, *emissis*, et cum aliis Senecæ locis, ubi idem verbum in eodem argumento ponitur : sed exquisitius est, et repositum cum ed. Ruhk. malim, *aut exuit*, quod cum ed. *R.* præferunt mss. *Arg. b. Par. a. b. d.* aliique apud Pinc. et Grut. Nempe *exuit* nos, id est animum nostrum velamento, quod illum dum vivimus circumdat : cum quo convenit, quod mox ait *onere detracto*. Conf. Epist. XCII. *Schw.* — Utrovis autem modo legas, mors nihil, aut nihili est. Si enim emittit, vivimus, quo sensu Lucanus, lib. III. « Aut nihil est sensus animis a morte relictum, Aut mors ipsa nihil. » Si consumit, cum illa perimus ; atque ita hoc Senecæ tragici valeat : « Post mortem nihil est, ipsaque mors nihil. » *Lipsius.*

1. *Quotidie moritur... decrescit.* Hæc jam Heraclitus Clementis Alex. Strom. III, p. 520, perviderat : Θανατός ἐστι, dixerat, ὁπόσα ἐγερθέντες ὁρέομεν. Sæpe hoc tractat Seneca e. c. Epist. I, IV, etc. Laudat Muretus Plutarchum in libro de Ei apud Delphos c. XVIII, p. 240, Tom. IX, Hutt. valde similia. Eo quoque spectat Heracliti jam supra laudatum dictum : nos non bis eumdem fluvium intrare : ait enim, fluere omnia, nihilque manere. Plato Cratyl. p. 267, Tom. III, Bip. Cf. Heynii Opuscul.

Digitized by Google

tamen acrior quam ubi veritati commodas verba, dixisti :

Mors non una venit; sed, quæ rapit, ultima mors est [1].

Malo te legas, quam epistolam meam; apparebit enim tibi hanc, quam timemus, mortem extremam esse, non solam.

Video quo spectes : quæris quid huic epistolæ infulserim [2], quod dictum alicujus animosum, quod præceptum utile? Ex hac ipsa materia quæ in manibus fuit, at mittetur aliquid. Objurgat Epicurus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos, qui timent, et ait : « Ridiculum est currere ad mortem tædio vitæ; quum genere vitæ, ut currendum ad mortem esset, effeceris. » Item alio loco dicit : « Quid tam ridiculum, quam ap-

academic. Vol. III, p. 103. *Ruhk.*

1. *Mors non una venit; sed, quæ rapit, ultima mors est.* Vulgo quidem omnes edd. et mssti, (excepta una ed. Mur.) *Mors non ultima venit;* quod ipsum revocans Lipsius, particulam *sed* abjecit, quam quidem veteres libri ad unum omnes agnoscunt. Reposui equidem id quod verissime a Mureto posjtum erat, quod et orationis structura, et sententia non minus perspicua quam acuta, et ipsius Senecæ interpretatio, denique metrica etiam ratio postulabat : metrica, inquam, ratio; nam verbum *venit*, quo prima syllaba producatur, h. l. in *præterito* tempore velle accipere, haud multum ab ineptia abesse mihi videtur. *Schw.* — Hæc Schw., at Ruhkopfius edidit : *Mors non ultima venit, quæ rapit, ultima mors est.* Omnium, inquit, librorum lectio, qua spreta Muretus edidit : *mors non una venit, sed quæ.* Lipsius vetera teneri mavult, deleta modo particula *sed*, quæ quidem versum turbat. Gronov. assentitur; i. multis mortibus conficimur, quandoquidem quotidie morimur : ideoque mors sæpe ad nos venit, antequam nos rapuit. Sed illa mors quæ nos rapit et aufert, ipsarum mortium est ultima. Sic fere recte Gronov. contra Lipsium, qui sensum inesse putabat : non quæ venit et jam præteriit, mors est, sed illa proprie, quæ rapit ultima et nos aufert. De eodem versu Gron. egit in Epistola ad Nic. Heinsium, Tom. III. Syllog. Burmann. p. 185. Petr. Burmann. Sec. tamen defendit Mureti lectionem ad Anthol. latin. lib. III, epigr. 150. *Ruhk.* — Nobis autem potior videtur Mureti lectio, quæ antithesim, nostro tam dilectam, non solum in re, sed etiam in verbis offert, et quæ sequentibus : *hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam*, optime consentit. Cæterum, quamlibet lectionem præferas, sensus fere idem est.

2. *Infulserim*, adjunxerim. Lau-

Digitized by Google

petere mortem, quum vitam inquietam tibi feceris metu
22 mortis? » His adjicias et illud ejusdem notæ licet : « Tantam hominum imprudentiam esse, immo dementiam, ut quidam timore mortis[1] cogantur ad mortem. » Quidquid horum tractaveris, confirmabis animum, vel ad mortis, vel ad vitæ patientiam. Ad utrumque enim movendi[2] ac firmandi sumus, et ne nimis[3] amemus vitam, et ne nimis oderimus. Etiam quum ratio suadet finire, non temere, nec cum procursu capiendus est impetus[4]. Vir
23 fortis ac sapiens non fugere debet e vita, sed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus, qui multos occupavit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio, quæ sæpe generosos atque acerrimæ indolis viros corripit, sæpe ignavos jacentesque : illi contemnunt vi-

dat l. F. Gronov. Obss. IV, 22. Cf. Oudendorp. ad Frontin. p. 418. *R*

1. *Timore mortis.* Cf. Ep. LXX, 6. Stultitia est, timore mortis mori. *L.* Addas Gataker ad Antonin. p. 324, 2, et Freinshem. ad Curt. V, 9. *Ruhk.* — Hic laudat Muretus hos Martialis versus : « Hostem dum fugeret, se Fannius ipse peremit, Hic rogo, non furor est, ne moriare, mori? »

2. *Ad utrumque enim movendi. In utrumque monendi* edd. a Mureto : ante illum, *At in utrumque emonendi*, ex ed. *R.* in qua duo verba *enim monendi* perperam in unum *emonendi* contracta erant. Tenent autem *enim* mssti omnes. Tum *monendi* ms. *c. Par. a. b d.* aliique apud Grut. sed *movendi* alii apud eumdem, cum ed. *A.* quod adoptavi, licet non displicuerit Dion. Gothofredi conjectura, *muniendi.* Sed ecce in alia omnia discedens noster *Arg. b. induendi* præfert : quod vide an tenendum ipsum fuerit, an in *imbuendi* mutandum, ut legeretur : *In utrumque enim imbuendi.* Priora quidem verba nusquam sic scripta reperi, *In utrumque, Ad utrumque* dedere tres Palatini, non optimæ quidem alioquin notæ. *At in utrumque Arg. b. c. Par. a. b. d.* Pal. sec. et Col. cum ed. *A.* et *R.* ubi *At* vitiose (puto) pro *Ad* scriptum, et duæ lectiones altera alteri junctæ, e quibus seligenda fuerit ea, quæ cum sequente verbo maxime conveniat. *S.*

3. *Ne nimis... Etiam quum ratio :* ratio mortem suadere potest pro patria, amicis, etc. Cf. Lipsii Manuduct. III. Diss. 22, 23. *Ruhk.*

4. *Capiendus est impetus.* Plinius pariter, lib. I, Epist. XXII : « Impetu quodam et instinctu currere ad mortem, commune cum multis : deliberare vero, et causas ejus expendere, utque suaserit ratio, vitæ mortisque

Digitized by Google

tam, hi gravantur. Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas, et vitæ non odium, sed fastidium, in quod prolabimur ipsa impellente philosophia[1], dum dicimus : « Quousque eadem[2] ? Nempe expergiscar, dormiam, satiabor[3], esuriam, algebo, æstuabo; nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia; fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit[4], dies noctem; æstas in autumnum desinit, autumno hiems instat, quæ vere compescitur : omnia sic transeunt[5], ut revertantur; nihil novi facio[6], nihil novi video; fit aliquando et hujus rei nausea[7] ? » Multi sunt qui non acerbum judicent vivere, sed supervacuum[8]. Vale.

consilium suscipere vel ponere, ingentis est animi. » Adde Senecam Ep. XXX et LV. *Lipsius.*

1 *Impellente philosophia.* Quæ revera non magni facit totum hoc vivere, et in eadem circulari. Lucretius, lib. III, Naturam rerum inducit cum homine, cui mors gravis videtur, loquentem : « Nam tibi præterea, quod machiner inveniamque, Quod placeat, nihil est : eadem sunt omnia semper. Si tibi non annis corpus jam marcet, et artus Confecti languent; eadem tamen omnia restant, Omnia si pergas vivendo vincere sæcla. »

2. *Quousque eadem?* Cf. de Tranquillit. Anim. cap. II, § 13, not. Laudat Muretus Luciani Dial. mort. XXVI, Menippi et Chironis, p. 220, Tom. II, Bip. ubi nonnulla reperias, quæ huc pertineant. *Ruhk.*

3. *Satiabor* abest ed. *A.* et mss. *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d. Schw.*

4. *Diem nox premit*, etc. Apposite Muretus laudat Horat. II, Carm. 18, 15 : « Truditur dies die Novæque pergunt interire lunæ. » Cf. ibid. IV, 7, 8, ubi nostrum locum Bœttiger docte adhibuit. *Ruhk.*

5. *Sic transeunt.* Deerat vulgo *sic*, invitis mss. et edd. vett. *Schw.*

6. *Facio... novi.* Sic mss. *b. c.* cum ed. *A.* et *R.* Transposita vulgo erant ista verba. *Schw.*

7. *Nausea.* Poterat *nausia* scribi, cum ms. *Arg. b.* et aliis apud Ops. *S.*

8. *Supervacuum* edd. vett. cum mss. *Arg. b. c. Par. a. b. d.* Pal. sec. et Col. *Superfluum* edd. a Lipsio, ex tribus junioribus mss. Gruteri. *S.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXV.

DE SOLITUDINIS PERICULIS, DE PAUPERTATIS COMMODIS.

De duorum amicorum emendatione, et ea pro diverso utriusque ingenio diversa adhibenda agit : alterum enim juvenem fortius, alterum senem remissius, ne desperet, esse tractandum. Tum ex Epicuri schola sumit, quo Lucilium hortatur, ut pergat fortem se præstare, ad legem naturæ se componere, ideoque paucis esse contentum. Addit ex eodem : Sic fac omnia, tanquam spectet aliquis.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quod ad duos amicos nostros pertinet, diversa via eundum est; alterius enim vitia emendanda, alterius frangenda sunt. Utar libertate tota : non amo illum, nisi [1] offendero. —Quid ergo? inquis, quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice ætatem ejus jam duram et intractabilem : non potest reformari; tenera finguntur [2]. — An profecturus sim nescio; malo successum mihi, quam fidem, deesse. Nec desperaveris, etiam diutinos ægros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa invitos et facere coegeris et pati. Ne de altero quidem satis fiduciæ habeo; excepto eo, quod adhuc peccare erubescit. Nutriendus est hic pudor; qui quamdiu in animo ejus duraverit, aliquis erit bonæ spei locus. Cum hoc veterano parcius agendum puto, ne in desperationem sui veniat : nec ullum tempus aggrediendi fuit melius, quam hoc, dum interquiescit, dum emendato

1. *Non amo illum, nisi offendero.* Int. mea in eum amicitia jubet ut offendam, quoniam nulla alia est ratio illius corrigendi.

2. *Tenera finguntur.* Horat. I, Epp. 2, 64 : «Fingit equum tenera docilem cervice magister : » et Plato ait juvenes κηρίνους εἶναι. *Muretus.*

Digitized by Google

similis est. Aliis hæc intermissio ejus imposuit : mihi 3
verba non dat ; exspecto cum magno fenore vitia reditura, quæ nunc scio cessare, non deesse. Impendam huic rei dies, et, utrum possit aliquid agi, an non possit, experiar. Tu nobis te, ut facis, fortem præsta, et sarcinas contrahe[1]. Nihil ex his, quæ habemus, necessarium est. Ad legem naturæ revertamur : divitiæ paratæ sunt. Aut gratuitum est, quo egemus, aut vile[2]. Panem 4
et aquam[3] natura desiderat ; nemo ad hæc pauper est ; « intra quæ quisquis desiderium suum clusit, cum ipso Jove de felicitate contendat, » ut ait Epicurus : cujus aliquam vocem huic epistolæ involvam. « Sic fac, inquit, omnia, tanquam spectet Epicurus[4] ! » Prodest sine dubio, custodem sibi imposuisse, et habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis judices. Hoc quidem 5
longe magnificentius est, sic vivere tanquam sub alicujus boni viri, ac semper præsentis, oculis : sed ego

1. *Sarcinas contrahe :* ut e sequentibus liquet, eum adhortatur ut sarcinas ad levissimum pondus redigat, id est, omnia quæ adhuc trahit secum impedimenta sapientiæ, sumptum in domo, clientium turbam et cætera, abjiciat.

2. *Aut vile.* Aut vilis pretii constat.

3. *Panem et aquam..... Epicurus.* Cf. ad Ep. XVIII, 8; XXI, 10, not. Epicuri verba Ælianus V. H. IV, 13, ubi Scheff. et Kuhn. conservavit, unde Stobæus Floril. Serm. XVII, p. 343, sumpsit : Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος πίνραγε λέγων· Ὦ ὀλίγου οὐχ ἱκανόν, (ἀλλὰ) τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Ἔλεγε δ' ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Habeamus, ait Seneca Ep. CX, 17, aquam, habeamus polentam, Jovi ipsi de felicitate controversiam faciamus ! Locum Stobæi ex Æliano l. l. restitutum dedi, quod jam suaserat Menag. ad Diog. Laert. X, 131. Nam falsa lectio Stobæum invaserat τὸ δή, cujus loco Schow. quem Ælianus et Seneca fugerant, ex quatuor codd. perperam nec ulla sensus ratione habita dederat : το δι. Sumpsit vero Epicurus hoc a Democrito Stobæi Floril. Serm. XXXVIII, init. μάζα γὰρ καὶ στιβὰς λιμοῦ καὶ κόπου γλυκύτατα ἱάματα. *Ruhk.*

4. *Epicurus.* Restitui e Gruter. aliisque codd. et vett. edd. Sunt ipsius Epicuri verba ad aliquem e suis, quem jubet cupitque, velut se teste et spectatore, vivere. Quanti se ipse fecerit Epicurus, nota res est : deinde Epic. non de quolibet homine loqui, inde liquet, quod Seneca addit infra, § 5 : sed ego contentus sum, etc. *It.*

Digitized by Google

etiam hoc contentus sum, ut sic facias quæcumque facies, tanquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Quum jam profeceris tantum, ut sit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas pædagogum : interim aliquorum te auctoritate custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Lælius, aut cujus [1] interventu perditi quoque homines vitia supprimerent; dum te efficis eum [2], cum quo [3] peccare non audeas. Quum hoc effeceris, et aliqua cœperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere [4]; quod idem suadet Epicurus : « Tunc præcipue in te ipse secede, quum esse cogeris in turba. » Dissimilem te fieri multis oportet. Dum tibi tutum sit ad te recedere [5], circumspice singulos : nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse, quam secum. « Tunc præcipue in te ipse secede, quum esse cogeris in turba; » si bonus vir es, si quietus, si temperans : alioquin in turbam tibi a te recedendum est : istic malo viro propius es [6]. Vale.

1. *Aut cujus.* Nil mutant libri: intellige, *aut* quisquis sit, *cujus*, etc. *Schw.*

2. *Dum te efficis eum..... audeas.* Donec ad hoc virtutis pervenias, ut te ipse custodire possis, ut tui ipsius dignitas a peccato te prohibeat.

3. *Cum quo* edd. vett. cum msstis; non (ut vulgo) *coram quo. Schw.*

4. *Incipiam tibi permittere; quod idem*, etc. Dele distinctionem post *permittere*, et intellige *permittere id quod*, etc. Sic non opus fuerit corrigere *te tibi permittere. Schw.*—Ruhk. *Te tibi permittere* edidit ut superius *audeo te tibi credere*, quæ lectio prorsus sensui convenientior videtur.

5. *Dum tibi tutum sit ad te recedere.* Sic ex conject. scripsi; id est, donec tibi tutum fuerit. Vulgo, *dum tibi tutum non est a te recedere*, inde a Mureto : sed *sit*, non *est*, habent veteres libri omnes : tum *ad te*, pro *a te*, e suis codd. laudavit Ops. Denique *non*, ante *sit*, mea de conject. ausus sum delere, ut ex scholio adjectum : nam *dum..... sit* idem fere valet ac *dum..... non est. Schw.*

6. *Istic malo viro propius es.* Istic, id est, quum tecum solus es. — Lipsius *Istic enim.* Quidam, inquit, pro *propius*, *propior*, et sententia est illa, quam ex vulgata efficias, littera addita, *Istic enim a malo viro propius abes. Prope abesse ab aliquo*, et Cicero et Seneca usurpant pro *vicinum esse.* Ipsa autem res est, quæ supra Epist. X. *Mecum loquor; Cave, inquit, Crates, ne cum homine malo loquaris.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXVI.

SENECTUTIS LAUDES.

Senem ait se esse, et tamen animo vigere. Fortiter de morte loquitur, quæ sola, inquit, judicat, an aliquid sit facti: nam reliqua sunt verba: robur et virtus apparebit, quum animum ages. Ab Epicuro clausula est: Disce mortem meditari.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MODO[1] dicebam tibi, in conspectu esse me senectutis: jam vereor, ne senectutem post me reliquerim. Aliud jam his annis, certe[2] huic corpori, vocabulum convenit; quoniam quidem senectus lassæ ætatis, non fractæ, nomen est. Inter decrepitos me numera et extrema tangentes[3]. Gratias tamen mihi apud te[4] ago: non sentio in animo ætatis injuriam, quum sentiam in corpore: tantum vitia[5] et vitiorum ministeria senuerunt. Viget animus, et gaudet non multum sibi esse cum corpore; magnam partem oneris sui posuit; exsultat, et mihi facit

1. *Modo*: spectat haud dubie ad Ep. XII, ubi § 3, ait: Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus, quocunque adverteram, apparuit. *R.*

2. *Certe*. Gruterus cum Modio in pluribus codd. invenit: est quoque in veteri editione. Abest vulgatis illa vocula, ait Lipsius, at necessaria est, etc. *Ruhk.*

3. *Extrema tangentes*: quum in stadiis lineæ extremæ et ultimæ vocarentur, quas ultra progredi nefas erat, et quæ cursui finem dabant; hinc metaphoram ductam esse putant, v. c. Wernsdorf. Poett. Lat. Min. T. IV, p. 417. Cf. Ep. XII, 4 not. *R.*

4. *Apud te* eodem fere sensu, quo Ep. XII, 2, verba *quod inter nos sit* accipienda sunt. *Ruhk.*

5. *Tantum vitia et vitiorum... viget animus... senectute*. Eandem fere animi sententiam habuit Sophocles, ex quo jam affecto ætate quum quidam quæreret, utereturne rebus venereis, Dii meliora, inquit: libenter vero istinc, tamquam a Domino agresti ac furioso profugi. Cic. de Senect. 14, coll. 7. Plut. de Cupidit. Divit. c. V, p. 153, Tom. X, Hutten. Quæ ducta sunt e Platon. I, de Rep. p. 150, Tom. VI, Bip. laudante Hemsterhusio ad Lucian. Tom.

Digitized by Google

controversiam de senectute [1]; hunc ait esse florem suum. Credamus illi : bono suo utatur !

Ire in cogitationem juvat, et dispicere, quid ex hac tranquillitate et modestia morum sapientiæ debeam, quid ætati : et diligenter excutere [2], quæ non possim facere ;

III, p. 391, Bip. Senectutem florem temperantiæ et prudentiæ jam Democritus appellaverat apud Stobæum Serm. CXII, Laus Senectutis. *Ruhk.*

1. *Et mihi facit controversiam de senectute.* Id est, et negat se senem esse.

2. *Et diligenter excutere, quæ non possim facere ; quæ nolim, posse habiturus. Atqui si nolim quidquid non possum, non posse me gaudeo.* Ruhkopfius edidit *Et diligenter excutere, quæ non possim facere, quæ nolim : possim ne aliquid, quod nolim. Nam si quid non possum, non posse me gaudeo.* Tricæ hic in libris, inquit, vix extricandæ, ait Lipsius. Vere ! Conferas modo Gruterum, qui variantes lectt. proponit. Pincianus, vitiatis tamen lectionibus non propositis, hanc lectionem elicit : *prosintne habituro, quæ velim. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* Erasmus ante eum edidit : *d. excutere quæ nolim, prosint e habituro aliquid si quicquid nolim qui quicquid non possim, non posse me gaudeo.* Lipsius emendat: *quæ nolim proderitne abituro aliquid, si nolim, quidquid non possum, et gaudeo.* Gronovius : *et diligenter excutere, quæ non possim facere,* quæ nolim posse : *habiturus aliquid, si nolim quidquid non posse me gaudeo.* « Nam, addidit Gron Col. haudquaquam inter infimos Gruteri : *quæ nolim posse habiturus. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio gaudeo.* Heinsianus codex : *quæ nolim prodesse habiturus et in si nolim quicquid non p. m. g.* Exfurt. longa lacuna usque ad Epist. LVIII, nos destituit. » Cod. Erf. Amplonian. : *et dil. exc. q. n. p. f. q. n. prodesse habiturus. Atqui si nolim quicquid non posse me gaudeo.* Editio vetus *et dil. exc. quæque non possum facere : quæ nolim prodesse habiturus atque si nolim quicquid non posse me gaudeo.* Muretus vulgatam tenet quam dedi. In tanta lectionis diversitate quæ acumine loci orta esse videtur, equidem quidquam definire dubito. *Ruhk.* — Sic Ruhk. at Schw. cujus textum protulimus : Equidem, inquit, perfacili conjectura, et levissima mutatione, sanum præstitisse mihi videor locum, qui conclamatus habebatur, et variis atque variis modis a viris doctis erat tentatus. Ubi *posse habiturus* posui (i. e. *si hoc haberem ut possem,* sive uno verbo, *si possem*), ibi mssti omnes cum ed. *A.* et *R.* vitiose dabant *prodesse habiturus.* Tum in *Atqui si nolim* consentiunt mss. *b. c.* cum ed. *A.* nisi quod in ed. *A.* prima vox ita decurtata est, ut *Atque* valere possit, quod ne ipsum quidem displicet. Denique in ms. *b.* sic scribitur, *quicquid non possum me gaudeo :* in ms. *c.* vero et in ed. *A. quidquid non posse me gaudeo ;* ubi manifestum est, in ms. *b.* temere omissa esse duo verba *non posse ;* in ms. *c.* vero ista, *non possum.* De sententia conferatur Epist. LXVII. *Schw.* — Nobis autem locutio hæc, *posse habiturus* minus latinæ loquendi normæ convenire videtur,

Digitized by Google

quæ nolim, posse habiturus. Atqui si nolim quidquid non 3
possum, non posse me gaudeo. Quæ enim querela est, quod incommodum, si, quod debet[1] desinere, defecit? — Incommodum summum est, inquis, minui et deperire; et, ut proprie dicam, liquescere. Non enim[2] subito impulsi ac prostrati sumus; carpimur[3]: singuli dies aliquid subtrahunt viribus. — Et quis exitus est melior, 4
quam in finem suum, natura solvente, dilabi? non quia aliquid mali est citus[4] et e vita repentinus excessus; sed quia lenis hæc via est, subduci[5]. Ego certe velut appropinquet experimentum, et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me observo et alloquor: « Nihil est enim, inquam, adhuc, quod aut rebus, aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista et fallacia pignora animi, multisque involuta lenociniis: quid profecerim,

nec facile crediderimus hanc e stylo Senecæ effluxisse. Cæterum locus omnis obscurior est, quem sic Lipsius explicat: Juvat quærere quid sapientiæ, quid ætati adscribam? Sunt quæ facere non possum: ætatis est. Sunt quæ etiam nolo: sapientiæ est. Proderitne autem mox abituro et morituro, si nolim quod non possum, et non posse gaudeo? Proderit: nam in virtutem ita abit. Exempli gratia, a venere ætas arcet: sunt qui indignantur, et velint: stultitia est. Sunt qui quod non possunt item nolint, et cum Sophocle gaudeant rabidam canem effugisse. Sapientia et virtus est.

1. *Quod debet. Quid debeat* ms. *b. Quicquid debeat* ms. *c*, et ed. *A. Quicquid debet* ed. *R. Schw.*

2. *Non enim.* Ruhk. fingit hic alterum loqui incipere et locum sic explicat: « responsio reticetur: nullo modo hoc incommodum est. » Nos autem putamus phrasim istam *non enim.... viribus* sequentiam esse et probationem præcedentis objectionis, minime responsionem: cui opinioni suffragatur Schw. ut patet ex illius interpunctione in textum recepta. Quis enim foret sensus altera interpunctione admissa, quum unus objiceret incommodum esse quotidie minui, alter responderet eadem confirmando?

3. *Carpimur*, I. e. minutatim nec sentientes morimur. Alio modo Horat. I, Carm. II, 8, *Carpe diem* dixit. Cf. Davis. ad Cic. de Nat. Deor. II, 50, p. 255. *Ruhk.*

4. *Citus.* Vulgo omnes, *ictus*, quod non invidebo si cui placet. Ego corrigere non dubitavi, et jam nunc animadverto, diserte hoc laudari ab Ops. ex cod. Nicot. *Schw.*

5. *Subduci.* Quod fit in senili morte, quum ut sol aut lumen paulatim subtrahimur exstinguimurque. Sic Noster Epist. XXX: Senectus leniter

Digitized by Google

morti crediturus sum. Non timide itaque[1] componor ad illum diem, quo, remotis strophis ac fucis, de me judicaturus sum, utrum loquar fortia, an sentiam; numquid simulatio fuerit et mimus[2], quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium. Removve existimationem hominum! dubia semper est, et in partem utramque dividitur. Remove studia tota vita[3] tractata! mors de te pronuntiatura est. Ita dico: disputationes, et litterata colloquia, et ex præceptis sapientium verba collecta, et eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi: est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris[4], tunc apparebit, quum animam ages. Accipio conditionem, non reformido judicium. » — Hæc mecum loquor: sed tecum quoque me loquutum puta. [5]Juvenior es? quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est, quo te loco mors exspectet: itaque tu illam omni loco exspecta.

Desinere[6] jam volebam, et manus spectabat ad clausulam: sed conficienda sunt sacra[7], et huic epistolæ

emittit, non repente avulsum vitæ, sed minutatim subductum. *Lipsius.*

1. *Non timide itaque componor.... contumacium.* Fortiter itaque accingo me ad illum diem mortis, quo, omni fraude et specie quacumque fallaci remota, etc. *Ruhk.*

2. *Mimus*, lusus omni veritate destitutus: notum est illud Augusti apud Sueton. c. XC, qui supremo die amicos admissos percunctatus: Ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegisse? Cf. Noster Epist. LXXX, 7. Lucian. III, p. 19; VII, 26; IX, 24, Bip. Alia exempla mimi comparati cum vita humana suggerit Gatacker. ad Antonin. p. 389 sq. *R.*

3. *Tota vita tractata. Tota vita tracta* ed. *R.* et ms. *Arg.* et *Par. b. d.* Vulgo *totam vitam tractata. S.*

4. *Quid egeris.... quum animam ages. Lagrange* vertit hanc sententiam: *Le chemin que tu as parcourus ne sera connu qu'au bout de ta carrière;* perinde ac si esset *quum animam efflabis.* Quæ interpretatio nobis videtur optime congruere cum præcedentibus: *mors de te pronuntiatura est.*

5. *Juvenior.* Sic ms. *Arg.* cum aliis apud Mod. et Ops. Vulgo *Junior.* Amat autem Seneca priscas verborum formas. *Schw.*

6. *Desinere. Finire* vulgo, ab Erasm. invitis mss. tis et ed. *A* et *R. S.*

7. *Conficienda sunt sacra.* Inter-

Digitized by Google

viaticum dandum est. Puta me non dicere, unde sumpturus sim mutuum : scis cujus arca utar. Exspecta pu- 8
sillum [1] et de domo fiet numeratio : interim commodavit Epicurus, qui ait : « Meditare mortem [2], vel si commodius sit transire [3] ad nos, vel nos ad eam. » Hic patet sensus : egregia res est, mortem condiscere. Supervacuum forsitan putas id discere, quo semel utendum est? hoc est ipsum, quare meditari debeamus : semper discendum est, quod, an sciamus, experiri non possumus. Meditare 9
mortem! Qui hoc dicit, meditari libertatem jubet. Qui mori [4] didicit, servire dedidicit; supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer, et custodia [5], et claustra? liberum ostium habet [6]! Una est catena, quæ nos alligatos tenet, amor vitæ : qui, ut non

prætor, solemnia omnia sunt adhibenda; nihil omittendum velut in sacris. Proverbii vicem habet. *Lips.* — Muretus habet *Sed conficienda sunt sagmata*, quæ de abitione adeoque faciendo opere quopiam bene dici posse videntur. Sed libri respuunt. *Ruhk.*

1. *Expecta pusillum..... numeratio.* H. e. te non delegabo ad argentarium, unde tibi fiat numeratio, sed a me ipso et meis copiis fiet. Cf. ad Ep. XXIII, 2. Cæterum jam Plato docuit in Phædone c. IX, XII, XXIX, totam philosophorum vitam, ut Ciceronis Tusc. Disp. I, 30, verbis utar, commentationem mortis esse. Cf. Gataker ad Antonin. p. 109 sq. *Ruhk.*

2. *Meditare mortem, vel si commodius sit transire ad nos, vel nos ad eam.* Repræsentavi scripturam nostri ms. *c.* et ed. *A.* quam quidem, fateor, nec satis expedio, nec veram præstabo. Consentiunt autem in eamdem etiam ms. *b.* et *Par. a. b. d.* nisi quod postrema verba, *vel nos ad eam*, omittant. Donec certius aliquid fuerit repertum, restitutam malim scripturam inde ab ed. Rom. vulgatam : *Meditare utrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam. Schw.*

3. *Transire.* Subintellige *eam.* Sensus est : utrum melius sit eam ad nos venire, an nos eam ultro arcessere.

4. *Qui mori.* Hic laudat *Lagrange* egregiam Arriani in Epicteti commentario sententiam. *Mortis timor*, inquit, *ansa est, qua homo correptus cogitur ut potentiori obediat.*

5. *Carcer, et custodia*, etc. Spectat hoc fortasse ad custodiam, qua deportati in insulam tenebantur. Cf. ad Epist. XXIV, 15. *Ruhk.*

6. *Liberum ostium habet.* Sermo stoicus est. Cf. Senec. de Provid. VI, 6. Epictet. Arrian. Dissert. I, 9, 20, iisdem fere verbis in hac eadem re

Digitized by Google

est abjiciendus, ita minuendus est : ut, si quando res exiget, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere. Vale.

usus est : ἤνοικται ἡ θύρα, janua patet. Ad quem locum Uptonus Senecæ aliorumque de hac re sententias congessit. *Ruhk.*

EPISTOLA XXVII.

NULLAM NISI IN VIRTUTE VERAM VOLUPTATEM.

Excusat se, quod alios moneat, eo, quod amicum monendo se ipsum tetigerit, et ordinem, ad quem ipse pertinere se credat, significat. Nondum bonum se esse fatetur, sed adhuc ægrum : attamen quotidie se admonere, ut melior fiat, seque castigare acriter, ut ad illud gaudium perveniat, de quo tam egregie Epist. XXIII exposuerat. Quæ omnia exhilarat faceta historia de Calvisio Sabino. Clausula est Epicuri dictum : Divitiæ sunt naturalis paupertas.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Tu me, inquis, mones[1] ! Jam enim te ipse monuisti, jam correxisti ! ideo aliorum emendationi vacas ?— Non sum tam improbus, ut curationes æger obeam : sed, tanquam in eodem valetudinario[2] jaceam, de communi malo tecum colloquor, et remedia communico. Sic itaque me audi tanquam mecum loquar : in secretum te meum admitto, et, te adhibito, mecum exigo[3]. Clamo mihi ipse :

1. *Tu me, inquis, mones... vacas.* Intelligendum est hæc verba excerpta esse ex epistola Lucilii, quibus Seneca respondet.

2. *Valetudinario.* I. c. male valentium et se curantium loco. Cf. ad I de Ira c. 16, 3 ; ubi in nota deleas voculam : primus. Lipsius enim ad h. l. jam e glossis, in quibus ὑγιαστήριον, διαιτητήριον explicatur, vim vocis monstravit. Fuerint autem necesse est valetudinaria non solum in ædibus divitum, ubi numerosa familia, sed etiam in castris, utique hibernis. *Ruhk.*

3. *Exigo*, expostulo, invehor in,

Digitized by Google

Numera annos tuos; et pudebit eadem velle, quæ volucras puer, eadem parare. Hoc denique tibi citra diem 2
mortis præsta : moriantur ante te vitia! Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas[1]! non venturæ tantum, sed præteritæ nocent. Quemadmodum, scelera etiam si non sint deprehensa quum fierent, sollicitudo non cum ipsis abiit : ita improbarum voluptatum, etiam post ipsas, pœnitentia est. Non sunt solidæ, non sunt fideles : etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bo- 3
num mansurum circumspice : nullum autem est[2], nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus præstat[3] gaudium perpetuum, securum : si quid obstat, nubium modo intervenit, quæ infra feruntur, nec unquam diem vincunt. Quando ad hoc gaudium pervenire continget? Non quidem cessatur adhuc : sed festinatur[4]. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem[5] res

reprehendo. Vide de Brevit. vit. I, 2. *Ruhk.*

1. *Magno luendas.* Perperam *levandas* editt. vett. cum msstis, quod ex Pinciani conject. merito correxit Mur. nec revocare debuerat Ruhk. Conf. XLVII, 135, extr. *Schw.*

2. *Nullum autem est..... invenit* vigilia et attentione, dein meditatione et severa in semetipsum animadversione. *Ruhk.*

3. *Sola virtus præstat.... securum.* Cf. Epist. XXIII, 2 et 3. Lipsii Manuduct. III. Diss. 5. *Ruhk.*

4. *Sed festinatur.* Ruhk. dat *sed festinetur.* In omnibus libris, inquit, conspicitur *festinatur.* Muretus ex ingenio dedit: *non festinatur*, quod Gruterus, Lipsius, Gronov. recte reprobant. Gronovii emendationem ut simpliciorem admisi. Ipse secum exigit Seneca, ait Gron., dein votum interponit: quando ad hoc gaudium perveniam? sane non cesso: sed non satis est, festinare debeo, non tantum, non cessare. Nam etiam qui paullulum modo promovet, non cessat, sed nondum festinat. Lipsius emendabat: *Non quidem cessatur adhuc, sed festinaturo multum restat operis: in quod ipse.*—Sic Ruhk. at Schw.: Nulla emendatione opus erat: festinationem dicit vitium cessationi oppositum, ut bene docuit Gruterus; licet non constanter vis ista verbo huic insit, ut ex Ep. XXXV intelligitur.

5. *Delegationem.* Sicut æs alienum tuum in alterum deferre non potes, sed ipse solvere debes: sic in mente bona colenda ipse tuam operam impendas. In bonis tamen litteris

Digitized by Google

ista non recipit. Aliud litterarum genus adjutorium admittit. Calvisius Sabinus[1] memoria nostra fuit dives : et patrimonium habebat libertini, et ingenium[2]. Nunquam vidi hominem beatum indecentius[3]. Huic memoria tam mala erat, ut illi nomen modo Ulyssis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene noverat[4], quam pædagogos nostros novimus. Nemo vetulus [5]nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit[6], tam perperam tri-

hæc delegatio interdum fieri solet: quod exemplo Calvisii Sabini docetur. *Ruhk.*

1. *Sabinus Calvisius* memoratur quidem a Tacito Annal. VI, 7; nec Lipsius multum abest, quin eumdem esse autumet, quem noster tangit. Fuit autem is clarus genere, inter primos senatores, sub Tiberio accusatus majestatis, sed statim discrimini exemptus a. U. 785, anno Chr. 32. Deinde a. U. 792, sub Caio una cum uxore Corneliâ postulatus est, quum modo a Pannoniæ administratione rediisset. Ambo morte spontanea damnationi antevenerunt. Alium fuisse equidem statuo, propter sequentia : *Et patrimonium habebat libertini et ingenium.* Propter servile ingenium ad omnes tyrannorum libidines aptum magnis honoribus sub Cæsaribus potiti divitiis maximis affluebant, et hominum summo loco natorum mores et ingenii culturam exæquare studebant libertini, in quibus hic Calvisius haud dubie fuit. Jam vero morem scimus illius ætatis fuisse (cf. Senec. de Brev. vit c. XIII; coll. de Tranq. An. c. IX) inter homines elegantiores, de rebus antiquitatem atque ideo ad mythologiam spectantibus disputandi : nec mirum, quod Calvisius libertinus hunc morem imitatus sit. *Ruhk.*

2. *Libertini, et ingenium.* Optimi codd. Gruteri et Modii dant cum Erf. Amplon. Erasmus : *liberum et ingenuum. Ruhk.*

3. *Beatum indecentius.* Erat *beatus indecenter*, quia parum decore aut eleganter et inepte opibus suis utebatur. *Ruhk.*

4. *Quos tam bene noverat quam pædagogos nostros novimus.* Lipsius emendabat : *Priami : et quos tam bene noverat*, etc. Gronovius hæc fere : « Si tam bene noverat, quare tam facile excidebant. Removendum censet verbum *noverat*, tanquam hominis inepti emblema. Vide quam sano sensu : modo Ach. modo Pr. quos tam bene quam pædagogos nostros novimus; nempe omnes liberali doctrina imbuti. » *Ruhk.* — In istis, *quos tam bene noverat*, etc. nil mutant libri nostri, nisi quod postremum verbum *novimus* abest ms. *Par. d.* Prius istud *noverat* abesse malles cum Gron. et equidem vel deletum velim, vel saltem, ut suspectum, uncis inclusum. *Schw.*

5. *Nomenclator.* Nomenclatoris erat officium, nomina servorum, quorum magnæ familiæ alebantur, dominis suggerendi. (Plin. N. H. XXXIII, 1, § 6, Petron. Arb. 37 et 117.) *Ruhk.*

6. *Qui nomina non reddit, sed*

Digitized by Google

bus [1], quam ille Trojanos et Achivos, persalutabat. Ni- 5
hilo minus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam [2] excogitavit : magna summa emit servos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum; novem præterea Lyricis [3] singulos assignavit. Magno emisse illum non est quod mireris : non invenerat [4]; faciendos locavit. Postquam hæc familia illi comparata est, cœpit convivas suos inquietare [5]. Habebat ad pedes [6] hos, a qui- 6
bus subinde quum peteret versus quos referret, sæpe in medio verbo [7] excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum arrosor [8], et (quod sequitur) arrisor, et, quod duobus his adjunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas [9]. Quum dixisset Sabinus, cen-

imponit. Bene vertit *Lagrange : Qui fait les noms au lieu de les dire.*

1. *Tam perperam tribus.* Hoc jam olim a Pinciano et Ops. ex probatissimis codd. commendatum, et a Lipsio pridem receptum, firmant nostri mss. *Arg. b. Par. b. d.* Itaque recte revocatum est in ed. Matth. postquam vitiosum *properanter* e junioribus libris temere adoptaverat Ruhk. *Schw.*

2. *Hanc itaque compendiariam.* Servos instituendos curavit, ut quivis ex iis auctorum celebratissimorum opera edisceret, rhapsodorum apud Græcos more (cf. Wolfii Prolegg. ad Homer. p. XCVII sq.). *Ruhk.*

3. *Novem præterea Lyricis.* Quippe qui a Grammaticis Alexandrinis Aristophane Byzant. et Aristarcho ex reliquis lyricis selecti sunt: Alcman, Alcæus, Stesichorus, Anacreon, Sappho, Simonides Ceus, Ibycus, Bacchylides, Pindarus. Cf. Ruhnken. Histor. crit. orator. Græc. p. 44, sq. qui de classibus s. canonibus in quos principes cujusque generis auctores ab iis redacti sunt, egregie disputavit. *R.*

4. *Non invenerat; faciendos locavit.* Optime vertit *Lagrange : Il ne les avait pas trouvés tout faits; il les avait commandés.*

5. *Inquietare.* Quod eos indesinenter lacessebat expromptis poetarum versibus.

6. *Habebat ad pedes hos* ad lecti fulcra, quum cœnaret, quos aspicere et innuere posset. *Lipsius.*

7. *In medio verbo.* Recte hoc a Ruhk. receptum ex msstis, quibus accedunt *Arg. b. c.* et *Par. a. b. d.* Olim *in med. versu* edd. quod in ed. Matth. ex ed. Bipont. propagatum, invito puto editore. *Schw.*

8. *Arrosor.* Parasitus; *arrisor*, qui divitum vel ineptiis arridet.

9. *Grammaticos... analectas*, viros doctos, qui reliquias ejus, quæ exciderint ei, et velut ab ore aut orbe deciderint, colligerent, collecta redderent, atque ita explerent. *Ruhk.*— Non potest venustius. Habes grammaticos et litteratores, qui suggerunt verba et ingerunt: ecce adde *sublegulos* qui quasi frusta eorum a te

Digitized by Google

tenis millibus[1] sibi constare singulos servos : Minoris ,
7 inquit , totidem scrinia[2] emisses ! Ille tamen in ea opi-
nione erat , ut putaret se scire quod quisquam in domo
sua sciret. Idem Satellius illum hortari cœpit , ut lucta-
retur ; hominem ægrum , pallidum , gracilem. Quum
Sabinus respondisset : Et quomodo possum ? vix vivo !
Noli , obsecro te , inquit , istud dicere ! non [3]vides ,
8 quam multos servos valentissimos habeas ? — Bona [4] mens
nec commodatur , nec emitur ; et puto , si venalis esset ,
non haberet emptorem : at mala quotidie emitur.

Sed accipe jam quod debeo , et vale. « Divitiæ [5] sunt ,
ad legem naturæ composita paupertas. » Hoc sæpe dicit
Epicurus , aliter atque aliter : sed nunquam nimis dici-
tur , quod nunquam satis discitur. Quibusdam remedia
monstranda , quibusdam inculcanda sunt. Vale.

truncata , tibique elapsa reponant. *L.*

1. *Centenis millibus* sestertiis , circa 20,379 fr. nostræ monetæ, 1000 aureis a Frederico nominatis, si *Romé de l'Isle* sequaris in computatione hac.

2. *Totidem scrinia.* In quibus reponi libri et scripta solent. Id quoque igitur argute : Si tibi, tanquam armaria et scrinia sunt , a quibus auctores petas : cur non ipsa emisti , minoris quidem , et quæ fidelius etiam asservassent ? *Lipsius.*

3. *Non vides..... habeas.* Derisui habuit eum Satellius : nam sicut Calvisius doctrinam servorum putabat suam , cur non item eorum robur ? *Ruhk.*

4. *Bona mens* redit ad id , propter quod hanc historiam attulerat § 3. Bona mens tale adjutorium non habet , quali litteræ interdum gaudent. *Ruhk.*

5. *Divitiæ sunt.* Hoc Epicuri dictum jam apposuit Noster Ep. IV, 8. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXVIII.

INUTILES ESSE AD SANANDAM MENTEM PEREGRINATIONES.

Lucilio conquesto, quod peregrinationibus suis nullam sibi hilaritatem conciliare potuerit, respondet Seneca id non mirum videri, quoniam nec animum nec vitia emendaverit. Nulla autem peregrinatio, addit, jucunda esse potest, nisi animi mala exemerit. Quod quidem si fiat, omni loco beate vivi posse, nec opus esse, ut in tumultu versemur. Atqui sapiens, si ejus rei copia sit, optima eliget et in pace malet esse, quam in turba et pugna. Epicuri dictum clausulæ loco est : Notitia peccati est initium salutis.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Hoc tibi soli[1] putas accidisse, et admiraris quasi rem novam, quod peregrinatione tam longa, et tot locorum varietatibus, non discussisti tristitiam gravitatemque mentis. Animum debes mutare, non cœlum[2]! Licet vastum trajeceris mare, licet, ut ait Virgilius[3] noster,

..... Terræque urbesque recedant :

sequentur te, quocumque perveneris, vitia[4]. Hoc idem querenti cuidam Socrates[5] ait : « Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, quum te circumferas? » Premit te eadem causa, quæ expulit. Quid terrarum juvare novitas potest? quid cognitio urbium, aut locorum? 2

1. *Hoc tibi soli.* Eamdem sententiam, quam hic prolixe persequitur, attigit noster Ep. II, 1. *Ruhk.*

2. *Animum..... cœlum.* Sic Horatius : « Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. »

3. *Virgilius.* Æn. III, 71. *Ruhk.*

4. *Sequentur..... vitia.* Similia habet Plutarch. Tom. X. p. 5, Hutt. ubi Menandri verba, ut opinor, explanatiora dantur. Lucret. II, 47–51. Horat. III, Carm. I, 39, 40, « timor et minæ Scandunt eodem, quo dominus : neque Decedit ærata triremi et Post equitem sedet atra cura. » *R.* — Sic et Bolæus noster :

Le chagrin monte en croupe et galope avec lui.

5. *Socrates.* Conveniunt egregie cum his ea, quæ a Platone, Xenoph. al. de Socrate memorantur. *Ruhk.*

Digitized by Google

in irritum cedit ista jactatio. Quæris, quare te fuga ista non adjuvet? Tecum fugis. Onus animi deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Virgilius[1] noster vatis inducit jam concitatæ et instigatæ, multumque habentis in se spiritus non sui:

> Bacchatur vates, magnum si pectore possit
> Excussisse Deum.

3 Vadis huc illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa jactatione incommodius fit: sicut in navi onera immota minus urgent; inæquàliter convoluta citius eam partem, in quam incubuere, demergunt. Quidquid facis, contra te facis, et motu ipso noces tibi; ægrum enim concutis. At, quum istud exemeris malum[2], omnis mutatio loci jucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit: in quolibet barbariæ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qua-
4 liscumque sedes erit. Magis, quis veneris, quam quo, interest: et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: Non sum uni [3]angulo natus: patria mea totus hic mundus est. Quod si liqueret tibi, non admirareris nil adjuvari te regionum varietatibus, in quas subinde priorum tædio migras: prima enim

1. *Virgilius.* Æn. VI, 78, 79. Sermo ibi est de Sibylla Cumæa, quæ invita oraculum editura est. Proinde *bacchatur*, discurrit, resistitque furori sacro, *spiritui non suo*, quo se jam abripi sentit. *Ruhk.*

2. *At, quum istud exemeris malum.* Hæc egregie cum iis conveniunt, quæ Noster de exilio haud semel in Consolatione ad Helviam exposuit, et quæ in Stobæi Serm. XXXVIII, et apud alios Antiquitatis philosophos invenias. *Ruhk.*

3. *Non sum uni angulo natus..... mundus.* Jam Socrati dictum fuit ap. Cic. Tusc. Disp. V, 37. Plutarch. de exilio Tom. VIII, p. 371, Reisk. quanquam *Meiners Geschich. der Wiss.* Tom. I, p. 361, not. parum hæc Socratis moribus aliunde notissimis respondere pronunciat: qui tamen nimis cupide hæc negasse videtur: quidni enim mundanus fuerit Socrates, qui omnium, quorum intererat ejus contubernio et institutione uti, sive Atheniensium, sive

Digitized by Google

quæque placuisset, si omnem tuam crederes. Nunc non peregrinaris[1], sed erras, et ageris, ac locum ex loco mutas : quum illud, quod quæris, Bene vivere[2], omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest, quam forum ? ibi quoque licet quiete vivere, si necesse sit. Sed, si liceat disponere se[3], conspectum quoque et viciniam fori procul fugiam : nam ut loca gravia etiam firmissimam valetudinem tentant ; ita bonæ quoque menti, necdum adhuc perfectæ et convalescenti, sunt aliqua parum salubria. Dissentio[4] ab his, qui in fluctus medios eunt, et, tumultuosam probantes vitam, quotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget ; et malet in pace esse, quam in pugna. Non multum prodest vitia sua projecisse, si cum alienis rixandum est. — Triginta[5], inquis, tyranni Socratem circumsteterunt ; nec potuerunt animum ejus infringere. — Quid interest, quot domini sint ? servitus una est : hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est.

Tempus est desinere, sed si prius portorium solvero.

extraneorum studio animum excolendi lubentissime se obtulit? Democritus Stobæi Floril. Serm. XXXVIII idem docuit. Stoicos autem se mundanos declarasse constat. Cf. Epictet. Arrian. Diss. II, 5, p. 387, not. ed. Schweighæus. Noster hac sententia sæpe utitur, v. c. de Ira II, 31, 6. *Ruhk.*

1. *Nunc non peregrinaris.* Nude *non peregr.* edd. *Nunc peregr.* ms. *Arg. b.* Utramque junxi scripturam. *Schw.*

2. *Bene vivere.... positum sit.* Hic confert apposite Lipsius Horat. lib. I, Epp. XI, 27 vss. sq. « Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt : Strenua nos exercet inertia : navibus atque Quadrigis petimus bene vivere ; quod petis hic est ; Est Ulubris ; animus si te non deficit æquus. » *Ruhk.*

3. *Si liceat disponere se.* *Lagrange* vertit : *S'il dépend de moi.* Gallicæ locutioni : *Si l'on peut disposer de soi* hæc optime respondent.

4. *Dissentio*, e. c. a Cynicis, Epicureis, al. Cf. Ep. VIII. *Ruhk.*

5. *Triginta... tyranni Socratem... infringere.* Factum hoc est Ol. XCIV, 1, quatuor annis ante Socratis mortem Xenoph. Hist. Græc. II, 3. Triginta

Digitized by Google

7 « Initium[1] est salutis notitia peccati. » Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus; nam qui peccare se nescit, corrigi non vult : deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam vitiis gloriantur. Tu existimas, aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo, quantum potes[2], te ipse coargue! inquire in te; accusatoris primum partibus fungere, deinde judicis, novissime deprecatoris[3] : aliquando te offende[4]! Vale.

tyrannos derisui habuisse et iis fortiter restitisse Socratem narrat Xenoph. Mem. Socrat. I, 2. Plato, tom. I, p. 75. Bip. *Ruhk.*

1. *Initium.... peccati.* Epicuri dictum Noster jam apposuit Ep. VI, 1. Fundamentum ejus est : Nosce te ipsum, de quo Socrates sæpe monuit. Xenoph. Mem. Socr. IV, 2, 23. Platon. Alcib. I, etc. Optime laudat Lipsius Epicteti Fragm. III (ap. Stob. Floril. Serm. I, p. 12 Schow.). Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακὸς εἶ. *Ruhk.*

2. *Ideo, quantum potes,* etc. Cf. de Ira III, c. 36 not. et Lipsii Manuduct. III. Diss. ult. *Ruhk.*

3. *Deprecatoris.* Veniam a te pete, emendaturus. *Lips.*

4. *Te offende.* Malim *et offende.* Deprecare, inquit, et impetra : aliquando et pœnam, nec pœnitentiam tantum habe. A quo? ab ipso te, qui judicium hoc exerces. Spectant ista ad examen sui de quo ego aliquid manuduct. III. Dissert. ult. *Lipsius.* — Noster jam Epist. XXV, 1 : *Non amo illum nisi offendero.*

EPISTOLA XXIX.

DE INOPPORTUNIS MONITIS.

Nunciat amico, Marcellinum, hominem magni ingenii, alioquin prorsus ignotum nobis, difficile esse corrigi, quoniam aspernetur et illudat. Tamen omnia se adhibiturum esse promittit, ut eum ad bonam mentem, si fieri possit, reducat. Sententia Epicuri clausulæ loco ponitur : Ne studeas populo placere. Cf. Ep. VII fin. Fortasse de eodem Marcellino Epist. LXVII, 4 sq. sermo est.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

De Marcellino nostro quæris, et vis scire quid agat. Raro ad nos venit, nulla alia ex causa, quam quod au-

Digitized by Google

dire verum timet. A quo periculo jam abest : nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene[1], nec minus de aliis Cynicis, qui libertate promiscua usi sunt et obvios[2] monuerunt, dubitari solet, an hoc facere debuerint. Quid enim, si quis surdos objurget, aut natura morbove mutos? — Quare, inquis, verbis parcam? gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim, quem admoneo : illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda[3] manus est : non potest fieri, 2
ut non aliquando succedat multa tentanti. — Hoc, mi Lucili, non existimo magno viro faciendum : diluitur ejus auctoritas, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars, quæ ad effectum casu venit. Sapientia ars est : certum petat; eligat profecturos; ab his quos desperavit, recedat : non tamen cito relinquat, et in ipsa desperatione extrema remedia tentet. Marcellinum nostrum ego 3
nondum despero. Etiamnunc servari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum, ne porrigentem trahat : magna in illo ingenii vis est, sed jam tendentis in pravum. Nihilominus adibo hoc periculum, et audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet; advocabit illas facetias, quæ risum evocare lugentibus pos-

1. *Ideo de Diogene..... debuerint.* Diogenes Laert. VI, 27, 28, 51; Epictet. Arrian. Diss. III, 22, 10, aliique plures hoc sat superque docent. Hinc publicum institutorem et pædagogum appellat Cynicum Epictetus ibid. § 17, p. 447 ed. Schweigh. Quæ tamen Seneca affert contra hanc Cynicorum libertatem promiscuam, ea vereor ut omnibus lectoribus probentur. *Ruhk.*

2. *Obvios. Obvios quosque* edd. a Mur. *Quosque obvios* ed. Erasm. Ignorant *quosque* ed. *A.* et *R.* cum msstis. *Schw.*

3. *Spargenda.* Id est cuilibet offerenda; non parcendum manui porrigendæ. Forsitan et significatur philosophum sic debere verba in publicum spargere, ut ille qui serit manum huc et illuc circumfert; quod intellexisse

Digitized by Google

sunt; et in se primum, deinde in nos jocabitur; omnia, quæ dicturus sum, occupabit. Scrutabitur scholas nostras, et objiciet philosophis congiaria [1], amicas, gulam; ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina [2], alium in aula [3]; ostendet mihi lepidum philosophum [4] Aristonem, qui in gestatione [5] disserebat, hoc enim ad edendas operas [6] tempus exceperat [7]. De cujus secta quum quæreretur Scaurus [8], ait: Utique Peripateticus [9] non est! De eodem quum consuleretur Julius Græcinus [10], vir egregius, quid sentiret: Non possum, inquit, tibi dicere: nescio enim quid de gradu faciat [11]! tanquam de essedario interro-

videtur *Lagrange* qui vertit: *Il faut toujours semer.* Eodem fere sensu Virgil. Æn. lib. II, vs. 98. «Hinc spargere voces In vulgum ambiguas.»

1. *Congiaria.* Oleum s. vinum hominibus egenis et labore victum quærere nesciis dabantur publice. Occurrit tamen vox quoque de muneribus in universum, ap. Sueton. Cæs. XXVII. Vespas. XVIII. *Ruhk.*

2. *In popina*, ubi viliores utique homines gulæ aliisque libidinibus serviebant. *Ruhk.*

3. *In aula*, propter adulationem. *Ruhk.*

4. *Aristonem. Aristionem* ms. *b. Arisonem* ms. *c.*, *Arissonem* ed. *A. Schw.* — *Aristonem.* Vixisse Senecæ tempore videtur et propter ostentationem hic carpitur. *Ruhk.* — Plures hoc nomine fuerunt, et quidam stoicus, Zenonis auditor: quem Noster aliquoties citat: Chium etiam patria facit. Valde alius iste, degener nominis et professionis. *Lipsius.*

5. *In gestatione.* In essedo.

6. *Ad edendas operas.* Quasi de scenico aut arenario loqueretur. *Lips.*

7. *Exceperat.* Antea legebatur *acceperat*: sed a quo dante? Lego: *hoc enim ad edendas operas tempus exceperat*, i. e. reliquum sibi fecerat, ab aliis curis parum seriis. *Gron.*

8. *Scaurus.* Mamercus Scaurus a. U.C. 787, anno Chr. 34 damnationem morte voluntaria anteiit cum uxore Sextia, quæ incitamentum mortis et particeps fuit. Vir insignis nobilitate et orandis causis. Tacit. Annal. VI, 25. cf. Senec. de Benef. IV, 31. *Ruhk.*

9. *Peripateticus non est*, quia non ambulans philosophatur. *Ruhk.*

10. *Julius Græcinus.* Julii Agricolæ pater. Tacitus in vita Agricolæ c. IV. senatorii ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus iram Caii Cæsaris meritus, namque M. Scaurum accusare jussus, et quia abnuerat, interfectus est. Cf. Senec. de Benef. II, 21. Columella de Re rust. I, 1. *Ruhk.*

11. *De gradu faciat.* Locutio arenæ: nescio quid faciat, cujusmodi sit ille *essedarius*, i. e curru pugnans, cum allusione ad essedum in quo gestabatur, si de curru delabitur et pugnat pedes. Similes loquendi rationes sunt: de genu pugnare, de gradu conari. Senec. de Provid. II, 4. Tit. Liv. XXXIV, 39. *Ruhk.*

Digitized by Google

garetur. Hos mihi circulatores [1], qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moveat ille mihi 6
risum : ego fortasse illi lacrimas movebo; aut, si ridere perseverabit, gaudebo, tanquam in malis, quod illi genus insaniæ hilare contigerit [2]. Sed non est illa hilaritas longa : observa; videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere, et acerrime rabere [3]. Propositum est 7
aggredi illum, et ostendere quanto pluris fuerit [4], quum multis minoris videretur. Vitia ejus, etiam si non excidero, inhibebo : non desinent, sed intermittent; fortasse autem et desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum, quoniam quidem graviter affectis sanitatis loco est bona remissio. Dum me illi [5] paro, tu interim, qui potes [6], qui intelligis,

1. *Circulatores*, dicit haud dubio Sophistas rhetoresque illius temporis, qui lucri faciendi causa urbes circumire solebant, et doctrinam suam orationibus prælectionibusque aliis habitis ostentare. Huc alludit Strabo IV, 1, 6. Tom. II, p. 14 ed. Lips. Exempla hujus significationis dat Noster Ep. XL, 2, et Lucianus de se ipso et aliis. *Ruhk.*

2. *Quod illi genus insaniæ hilare contigerit.* Ruhk. edidit *q. i. g. i. h. contigerat.* Erasmus, inquit, ex uno codice hanc præbet lectionem. Rudolph. Agricola, Erasmi amicus satis notus, eamdem lectionem sua manu notaverat. Prius publicabatur : *quod illi genus insaniæ evitare contigerit.* Sic quoque Gruteriani quinque et cod. Erf. Amplonianus. Contextus probat. Lipsius confert de Vita beat. Cap. XII, § 1 et (quod plerisque contingit) hilarem insaniam sanire : at ejus emendatio *insaniæ hilaræ* nihil est. *Ruhk.*

3. *Acerrime rabere.* Ira et rabie agitari. Varro : « Quid blateras, quid rabis, quid vis tibi? » apud Ciceronem poeta vetus : « Sed quid oculis rabere visa est derepente ardentibus? » Bonum igitur hoc verbi : nec inepte tamen Erasmus, *rudere*, quia et libri quidam *rubere*. *Lipsius.*

4. *Quanto pluris fuerit, quum multis minoris videretur.* I. e. quanta fuerit dignitas ejus, amplexi veram philosophiam et virtutem, quum a multitudine negligeretur. Pertinere videtur hoc ad illud Epicuri dictum, infra § 9; Ep. VII fin.; XXXVI, 2, etc. vulgi voces esse contemnendas. *Ruhk.*

5. *Dum me illi paro.* Illi Marcellino : dum illum sanare paro.

6. *Qui potes.* Intell. *qui jam potens es tui.*

Digitized by Google

unde, quo[1] evaseris, et ex eo suspicaris[2] quousque sis evasurus, compone mores tuos, attolle animum, adversus formidata consiste; numerare[3] eos noli, qui tibi metum
8 faciunt. Nonne videatur stultus, si quis multitudinem eo loco timeat, per quem transitus singulis est[4]? Æque ad tuam mortem multis aditus non est, licet illam multi minentur. Sic istud natura disposuit : spiritum tibi tam unus eripiet, quam unus dedit.

Si pudorem haberes, ultimam mihi pensionem[5] remisisses : sed ne ego quidem me sordide geram in fe-
9 nore æris alieni, et tibi, quod debeo, impingam. « Nunquam[6] volui populo placere : nam, quæ ego scio, non probat populus; quæ probat populus, ego nescio. » —

1. *Unde, quo,* ἐξ οἵων εἰς οἷα ut dicebat Iphicrates. *Muretus.*— Loquendi hunc usum veterum exemplis adstruxit Jacobs in Animad. ad Analect. Vol. II, P. I, p. 395, ubi laudat Wyttenbach in Bibl. crit. T. III, P. II, p. 21. *Ruhk.*

2. *Et ex eo suspicaris;* id est ex eo quod jam profecisti in sapientia, suspicaris quid deinde profecturus sis.

3. *Numerare eos... faciunt:* etenim ex Ep. XXIV didicimus, Lucilio fuisse inimicos multa mala ei denunciantes.

4. *Per quem transitus singulis est.* Ἥνοικται ἡ θύρα ait Epictetus, quem laudavimus ad Epist. XXVI, 9. *Ruhk.* — Intelligere videtur Ruhkopfius nemini turbam timendam esse, quoniam quisque sibi mortem adscire possit : nec ea est prorsus auctoris sententia; significat eum qui in illo angusto itinere versatur quod non plures sed singulos tantum admittit, non timere debere multitudinem, quoniam inutilis sit numerus ubi unus homo tantum incedere potest; sic et in vita non timendam multitudinem, quoniam cum singulis de vita decertandum sit, quæ quidem ab uno tantum eripi potest, licet a pluribus appetita. Bene vertit *Lagrange : Quelle folie de craindre la foule dans un défilé où on ne peut passer qu'un seul à la fois !*

5. *Ultimam... pensionem.* Hæc revera ultima pensio. Sequentibus enim epistolis nulla amplius sententia, qua epistolam claudat, adjicietur. *Ruhk.*

6. *Nunquam... nescio.* Tota Epicuri vita docet, quam vere hæc ab illo philosopho egregio dicta sint. In fine tamen vitæ doluisse videtur, quod hanc sibi sequendam proposuerit regulam, secundum Senec. Ep. LXX, 12 et 13 ex Epicuri epistola ad amicum et discipulum Metrodorum. Nota sunt similia Theocriti ap. Stobæum Floril. Serm. XXI, p. 387 ed. Schow. et Isocratis Aristarchique, quæ laudat Baylius (*Diction. hist. et crit.* Tom. I, p. 315. Art. *Aristarque*). Nonnulla alia dedit Gataker ad Antonin. p. 97

Digitized by Google

Quis hoc? inquis. — Tanquam nescias, cui [1]imperem! Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis favor quæritur: similem te illis facias oportet: non probabunt, nisi agnoverint. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quam qualis aliis. Conciliari, nisi turpi ratione, amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata, et omnibus præferenda artibus rebusque, Philosophia præstabit? Scilicet, ut malis tibi placere, quam populo; ut æstimes judicia, non numeres; ut sine metu Deorum hominumque vivas; ut aut vincas mala, aut finias[2]. Cæterum, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi; si intrante te clamor et plausus[3] pantomimica ornamenta obstrepuerint; si tota civitate feminæ te puerique laudaverint; quidni ego tui miserear, quum sciam, quæ via ad istum favorem ferat? Vale.

sq. Conf. Argum. Epist. VII. *Ruhk.*

1. *Cui imperem*, quasi procuratori meo: cui solvendi debiti mei curam impenderim.

2. *Aut finias.* Morte ultro appetita, stoicum illud: Exi, janua patet.

3. *Clamor et plausus pantomimica ornamenta obstrepuerint.* Sic edd. vett. cum msstis. Perperam vulgo, *clamor, plausus et pant.* ab Erasmo. Sed pro *obstrep.* vide ne *adstrepuerint* scriptum oportuerit. *S.* — *Pantomimica ornamenta;* quibus in theatro pantomimi ornari afficique solent; nam favor et plausus illis, a vulgo quidem. *Lipsius.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXX.

EXSPECTANDAM ESSE ÆQUO ANIMO MORTEM, EXEMPLO BASSI ALLATO.

Aufidius Bassus, qui quasso quidem corpore, sed firmo tamen animo mortem appropinquantem sine ullo metu opperitur, occasionem præstat Nostro, egregie de morte contemnenda præcipiendi. Morti, ait, nos parari debere, et robur in eam sumere. Cf. Ciceron. Tusc. Dispp. liber I, qui totus est de morte contemnenda.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

BASSUM AUFIDIUM[1], virum optimum, vidi quassum, ætati obluctantem : sed jam plùs illum degravat, quam quod possit attolli ; magno senectus et universo pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis et [2] exsucci fuisse ; diu illud continuit, et, ut verius dicam, concinnavit[3] : subito defecit. Quemadmodum in nave quæ

1. *Bassum Aufidium.* Illum opinor, qui Historias scripsit et quidem belli civilis. Colligas ex Suasoria VI ap. Senecam patrem, ubi ejus de morte Ciceronis fragmentum. Sed et bella Germanici scripsisse, et in aliis Sallustii velocitatem expressisse, Fabius tradit. Plinius item minor nominat et avunculum addit suum scripsisse : A fine Aufidii Bassi (ubi ille desiit) libros triginta unum, lib. III, Ep. 5. De isto igitur an magis de filio ejus jam noster Lipsius. *Ruhk.*

2. *Exsucci.* Sic ed. Erasm. et Mur. recte; nec enim obscure hoc latebat in vetustiorum librorum scriptura *exucti* ed. *R.* cum ms. *Arg. b.* (quod quidem in eodem ms. dein in *exustum* mutatum), *exsucti Par. b. d. Exsuccisi Par. a. Exsicci* ed. *A.* Ex scholio adscitum erat *exhausti* in ed. Ven. quod ex Gruteri codd. rursus accepit Lipsius et tenuere post eum alii. In *Arg. c.* sic scribitur *exsicci*, al. *exhausti. Schw.* — Ruhkopfius qui edidit *exhausti* hanc omnium cod. Grut. lectionem esse monet. Codex, inquit, Amplon. *exucti*, satis exquisite ; nam quis non recordatur illud Juvenalis Sat. VIII, 90. « Ossa vides regum vacuis exsucta medullis ! » Plerumque hanc confusionem harum vocum in codd. occurrere erudite docent Critici præstantissimi R. Bentleius ad Horat. Epod. V, 37, et T. Hemsterhus. ad Lucian., tom. I, p. 352 sq. Bip.

3. *Concinnavit,* moderatione et prudenti vita corpus conservavit. *Ruhk.* — Quasi construxit et diffluens junxit. *Lipsius.*

Digitized by Google

sentinam trahit, uni rimæ aut alteri obsistitur; ubi plurimis locis laxari cœpit et cedere, succurri non potest navigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri et fulciri potest; ubi, tanquam in 2
putri ædificio, omnis junctura diducitur [1], et, dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est. Hoc Philosophia præstat: in conspectu mortis [2] hilarem [3]; in quocumque corporis habitu fortem lætumque; nec deficientem, quamvis deficiatur [4]. Magnus [5] gubernator et scisso navigat velo, et, si exarmatur [6], tamen reliquias navigii aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster, et eo 3
animo vultuque finem suum spectat, quo alienum spectare, nimis securi [7] putares. Magna res est hæc, Lucili, et diu discenda; quum adventat hora illa inevitabilis, æquo animo abire. Alia genera mortis spei mixta sunt. Desinit morbus; incendium exstinguitur; ruina, quos videbatur oppressura, deposuit [8]; mare, quos hau-

1. *Diducitur.* Præfert Gruterus, recte e suis codd. prorsus ante ponendum vulgato: *junctura dilabitur. R.*

2. *In conspectu mortis* etc. Ita disposui verba, ut præivit Noster ms. *b.* cum Opsopœi codd. *Schw.* —In Vulgatis legitur: *In quocumque corporis habitu fortem, in conspectu mortis hilarem lætumque.*

3. *Hilarem.* Subaudi *animum.*

4. *Deficiatur.* Sic optimi fere scripti. Sensus: quamvis a corpore destituatur: cum Gron. restitui. Antea: *deficiat. Ruhk.*

5. *Magnus... aptat ad cursum.* Experientissimus nauclerus non statim omnem spem deponit. Diphilus Athenæi VII, p. 292, A. Nostro, cui hæc imago familiaris est præiverat: Ναύκληρος ἀποδύει τὰς ἐνδύς ἀποβαλὼν τὸν ἱστὸν ἢ πηδάλιον συντρίψας νεὼς, Ἡ φορτί' ἐκρίψας ὑπέραντλος γενόμενος; quem locum cum Nostro conferendum judicat Hemsterhus. ad Lucian., tom. I, p. 342 Bip. *Ruhk.*

6. *Si exarmatur.* Sic ms. *Arg. c.* et *Par. a.* cum nonnullis Gruteri. *Exarmaverit* ed. *R. Exarmavit* ed. *A.* rursusque ed. Erasm. et reliquæ omnes cum ms. *Arg. b. Par. b. d.* quod nescio an (ut nauticum verbum) teneri debuerit. *Schw.*

7. *Securi putares* codd. dant, at *securi esse* Muretus invexit, nescio unde. *Ruhk.* — Sensus est: Si tam siccis oculis alienam mortem adspiceret, durus et inhumanus videretur.

8. *Deposuit.* Sine noxa et velut

Digitized by Google

serat, vi eadem, qua sorbebat, ejecit incolumes; gladium miles ab ipsa perituri cervice revocavit : nil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem; huic uni
4 intercedi non potest. Nullo genere homines mollius moriuntur; sed nec diutius. Bassus noster videbatur[1] mihi prosequi se[2] et componere, et vivere tanquam superstes sibi, et sapienter ferre desiderium[3] sui. Nam de morte multa loquitur, et id agit sedulo, ut nobis persuadeat, « si quid incommodi aut metus in hoc negotio est, morientis vitium esse, non mortis; neo magis in ipsa quid-
5 quam esse molestiæ, quam post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est passurus[4], quam qui timet quod non est sensurus. An quisquam hoc futurum credit, ut, per quam nihil sentitur, ea sentiatur?[5] Ergo, inquit, mors adeo extra omne malum est, ut sit extra omnem malorum metum. »

Hæc ego scio et sæpe dicta, et sæpe dicenda : sed neque, quum legerem, æque mihi profuerunt, neque, quum audirem, his dicentibus[6], qui negabant timenda,
6 a quorum metu aberant. Hic vero plurimum apud me auctoritatis habuit, quum loqueretur de morte vicina.

manu collocavit. Simile in Epist. XIII : *Incendium ad fugam patuit. Quosdam molliter ruina deposuit.*

1. *Videbatur* mss. et edd. vett., non *videtur*, ut vulgo. *Schw.*

2. *Prosequi se.* Tanquam in funere. *Componere* in lectulo aut rogo. Horatius : « Omnes composui felices. » — Omnia ista justa sibi persolvere videtur, quæ mortuo præstabantur, ut corona imponeretur, ut efferretur cum pompa etc. et ut sapienter ferret desiderium, quo amici afficiebantur. Comparat Nostrum Hemsterhus. ad Lucian. tom. I, p. 413 Bip. *Ruhk.*

3. *Desiderium* recte ed. Ruhk. cum edd. vett et msstis. Vitiose *desidium Par. b.* et *decidium* ed. Erasm. unde *discidium* fecerat Mur. *Schw.*

4. *Qui timet quod non est passurus, quam qui timet quod non est sensurus*, scripta omnis lectio, a Mureto ex ingenio inversa. *Ruhk.*

5. *Ergo... metum.* Sensus est : tantum ergo abest ut mors malum sit, ut contra nobis auferat metum omnium malorum.

6. *His dicentibus.* Sensus : neque mihi profuerunt, his dicentibus (sc. dum ii dicerent) qui, etc. Quam inter-

Digitized by Google

Dicam etiam quid sentiam [1] : puto, fortiorem eum [2] esse qui in ipsa morte est, quam qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia. Sic gladiator [3], tota pugna timidissimus, jugulum adversario præstat, et errantem gladium sibi attemperat. At illa, quæ in propinquo est, utique ven- 7
tura, desiderat lentam animi firmitatem ; quæ est rarior, nec potest, nisi a sapiente, præstari. Libentissime itaque illum audiebam, quasi ferentem de morte sententiam, et qualis esset ejus natura, velut propius inspectæ, indicantem. Plus, ut puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis revixisset, et in morte nihil mali esse narraret expertus. Accessus mortis quam perturbationem 8
afferat, optime hi tibi dicent, qui secundum illam steterunt, qui venientem et viderunt, et receperunt [4]. Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit : is ait, tam stultum esse, qui mortem timeat, quam qui sene-

pret. sequentia confirmant. Significat enim auctor Noster Bassi verba longe majorem auctoritatem apud se habuisse, quod ille, qui se mortis intrepidum profiteretur, in ipsa morte esset; ideoque dicit se magis profecisse exemplo ipso edoctus, quam quum cæteros audiret qui negabant timenda ea a quorum metu aberant, i. e. quibus non erant obnoxii. Ruhk. interpret. *his dicentibus profuerunt.*

1. *Dicam etiam quid sentiam : puto, fortiorem* etc. Sic ed. *R.* cum mss. *Dicam enim* etc. ed. *A.* quod recepit Erasm. et dein *puto etiam fort.* posuit : quam scripturam alii omnes tenuere editores. *Schw.*

2. *Fortiorem eum.* Id est, animo magis constare, facilius ferre et subire posse. Alias, videatur negatio requiri, pro sententia sequente. *Lipsius.*

3. *Sic gladiator.... attemperat.* Cf. de Ira I, 2, 3. *Ruhk.*

4. *Receperunt* ita mss. et ita maneat : aliorum conjecturæ : *se receperunt, repulerunt, rejecerunt. Gron.* — *Receperunt.* Genus loquendi est intelligendum, non quatenus sensus verbi patet, sed quatenus veritas rei patitur. Plinius de Cæsare Augusto: destinatio moriendi et quatridui inedia magna pars mortis in corpus recepta. Quid Tacitus de Paullina Senecæ? ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Et hæc, Plinii verbo, magnam partem mortis in corpus receperat. Sed non hi tantum, omnes qui non refugerunt vel instantem vel minantem, ab ipsis Orci cancris liberati, viderunt et receperunt mortem. Et sufficit, ani-

Digitized by Google

ctutem. Nam quemadmodum senectus adolescentiam[1] sequitur, ita mors senectutem. Vivere noluit, qui mori nom
9 vult. Vita enim cum exceptione mortis data est[2]; ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est; quia certa exspectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem habet æquam et invictam. Quis queri potest, in ea conditione se esse, in qua nemo non est? prima autem[3] pars est æquitatis, æqualitas. Sed nunc supervacuum est, naturæ causam agere, quæ non aliam voluit legem nostram esse, quam suam. Quidquid composuit, resolvit; et, quidquid
10 resolvit, componit iterum[4]. Jam vero si cui contigit, ut illum senectus leniter emitteret, non repente avulsum vitæ, sed minutatim subductum[5]; nonne[6] ille agere gratias Diis omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est? Vides quosdam optantes mortem, et quidem magis, quam rogari solet vita. Nescio utros existimem majorem nobis animum dare, qui deposcunt mortem, an qui hilares eam quietique opperiuntur; quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit, hæc ex judicio certo
11 tranquillitas est. Venit aliquis ad mortem iratus[7] morti: venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu

mo et fide receptam atque ad eam paratos fuisse. *Gronov.*

1. *Adolescentiam.* Late, pro virili etiam ætate, ut sæpe. *Lipsius.*

2. *Vita enim cum exceptione mortis data est.* H. e. cum conditione simul habendæ mortis. Ep. VI, 4; LVII fin. *Gronov.*

3. *Prima autem* ed. *R.* cum melioribus msstis. *Prima enim* ed. Erasm. et seqq. cum ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

4. *Componit iterum. Composuit iterum* ed. *A.* et *R.* cum mss. *b. c.* et *Par. a. b. d.* quemadmodum sæpe præterito tempore utitur Seneca de eo quod fieri solet. *Schw.*

5. *Minutatim subductum.* Supra hoc verbi, in eadem re, Epist. XXVI. Alexis poeta comicus, cum quidam senem eum vidisset, et ægre incedentem, quid agis? interrogavit: ille autem κατὰ σχόλην ἀποθνήσκω; otiose morior: id est paulatim. *Lipsius.*

6. *Nonne. Næ* edd. *Schw.*

7. *Venit aliquis ad mortem iratus morti: venientem nemo* etc. Sic Grut.

Digitized by Google

composuerat. Fateor ergo, ad hominem mihi carum ex pluribus me causis frequentius venisse, ut scirem an illum toties eumdem invenirem; numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor: qui sic crescebat illi, quomodo manifestior[1] notari solet agitatorum lætitia, quum septimo spatio palmæ appropinquant. Dicebat quidem ille, Epicuri præceptis obsequens: « Primum sperare se, nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu: si tamen esset, habere aliquantulum in ipsa brevitate solatii; nullum enim dolorem longum esse, qui magnus est. Cæterum succursurum sibi[2] etiam in ipsa distractione animæ corporisque, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare autem se, quin senilis anima in primis labris esset, nec magna vi[3] distraheretur a corpore. Ignis, qui valentem materiam occupavit, aqua et interdum ruina exstinguendus est; ille, qui alimentis deficitur, sua sponte subsidit[4]. » Libenter hæc, mi Lucili, audio, non tanquam nova, sed tanquam in rem præsentem[5] perductus. Quid ergo? non multos spectavi abrumpentes vitam? Ego vero vidi; sed plus momenti apud me habent, qui 12 13

omnes et Modii, unusque Erasmi. Antea: *venit a. a. m. irutus: mortem venientem* etc. *Ruhk.*

1. *Quomodo manifestior... appropinquant.* Curulium ludorum cursum septimo apud Romanos spatio finitum, ideoque *palmam*, victoriam reportatam, est res notissima. Laudat Gruterus Fabri Agonistic. I, 28. Lipsius affert pulchrum locum Iunci ap. Stobæum Floril. Serm. CXV Laus Senectutis. *R.* —Propertius: « Septima quam metam triverit ante rota. »

2. *Succursurum sibi.* Hanc cogitationem sibi succursuram, scilicet, post illum dolorem se dolere non posse.

3. *Nec magna vi.* Non Hercules; at cum Sophocle: « Σμικρᾷ παλαιὰ σώματ' ἐννάζει ῥοπῇ; pulsu levi cadunt vetusta corpora. » Sicut matura poma sponte cadunt, cruda avelluntur; sic in juvene, aut in sene. *Lipsius.*

4. *Sua sponte subsidit.* Ad hanc Bassi orationem conf. Ep. XXIV, 13 sq. Diog. Laert. X, 124, 125, 139, 140, ibique Menagii notæ. *Ruhk.*

5. *In rem præsentem.* Sc. non solum ad præceptum, sed ad exemplum, ad ipsam rem perductus.

Digitized by Google

ad mortem veniunt sine odio vitæ, et admittunt illam,
14 non attrahunt. « Illud quidem, aiebat, tormentum nostra nos sentire opera, quod tunc trepidamus, quum prope a nobis esse credimus mortem. A quo enim prope non est[1], parata omnibus locis omnibusque momentis? Sed consideremus, inquit, tunc, quum aliqua causa moriendi videtur accedere, quanto aliæ propiores sint, quæ non timentur..» Hostis alicui mortem minabatur : hanc cruditas occupavit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri, inveniemus alias esse, alias [2] videri.
15 Non mortem timemus, sed cogitationem mortis : ab ipsa enim semper tantumdem absumus. Ita, si timenda mors est, semper timenda est : quod enim morti tempus exemptum est?

Sed vereri debeo, ne tam longas epistolas pejus, quam mortem, oderis : itaque finem faciam. Tu tamen mortem, ut nunquam timeas, semper cogita. Vale.

1. *A quo enim prope non est.* Sic Erasmus, vetus editio et Muretus cum Grutero. Lipsius omisit, nulla ratione adjecta. *Ruhk.*

2. *Alias esse, alias videri.* Dum quædam nobis timendæ videntur mortis causæ, reperiemus, si attendamus, alias esse longe magis revera timendas et magis in præsentia imminentes. *Lagrange* vertit : *Nous les trouverons* (les motifs de nos alarmes) *tout autres qu'ils ne paraissent.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXXI.

DE CONTEMNENDA VULGI EXISTIMATIONE.

Gaudet, quod Lucilius in dies ad bonam mentem comparandam propius accedat, admonetque, ut vota et judicia vulgi contemnat et laborem. Suis autem ipsius viribus ad felicitatem perveniat suadet, quam sine vero bono i. e. rerum scientia assequi non possit : quæ exemplis illustrat.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

AGNOSCO Lucilium meum : incipit, quem promiserat [1], exhibere! Sequere illum impetum animi, quo ad optima quæque, calcatis [2] popularibus bonis, ibas! Non desidero majorem melioremque te fieri, quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupaverunt : tantum effice, quantum conatus es [3]; et illa, quæ tecum in animo tulisti, tracta. Ad summam, sapiens eris, si cluseris aures; quibus ceram parum est obdere, firmiore spissamento opus est, quam in sociis usum Ulyssem [4] ferunt. Illa vox [5], quæ timebatur, erat blanda, non tamen 2
publica : at hæc, quæ timenda est, non ex uno scopulo [6], sed ex omni terrarum parte circumsonat. Præter-

1. *Quem promiserat.* Subaudi *se futurum esse.*

2. *Calcatis... bonis.* Calcare ut græcum πατεῖν, καταπατεῖν (Cf. Jacobs Animadv. ad Anal. Vol. II, P. I, p. 277) nostro perquam familiare est de contemptu. Vide de Benef. V, 4 fin. Nat. Qu. I. præf. Ep. XII, 10. XIV, 9. XLV, 8. XCIV, 52, etc. Inprimis Stoici hoc verbo ad contemptum rerum externarum, fortuitarum, usi sunt, quemadmodum Epicurei verbo προσπτύειν τινι. Cf. Hemsterhus. ad Lucian. II, p. 504 Bip. *Ruhk.*

3. *Tantum effice, quantum conatus es.* Ne latius extende posita fundamenta, tibi sufficiat, supra ædificare quæ molitus es.

4. *Ulyssem.* Res notissima ex Hom. Odyss. μ, 47, 48, 173 sq. *Ruhk.*

5. *Illa vox* Sirenum, quæ in prato assidebant suavem cantum edentes, Hom. l. c. 45 ἥμεναι ἐν λειμῶνι. *Ruhk.*

6. *Scopulo.* Noster scopulum ex illo

Digitized by Google

vehere itaque non unum locum insidiosa voluptate suspectum, sed omnes urbes; surdum te amantissimis [1] tui præsta. Bono animo male precantur: et, si esse vis felix, Deos ora, ne quid tibi ex his, quæ optantur, eve-
3 niat. Non sunt ista bona, quæ in te isti volunt congeri! unum bonum est, quod beatæ vitæ causa et firmamentum est, sibi fidere [2]. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor [3], et in eorum numero habitus, quæ neque bona sunt, neque mala. Fieri enim non potest, ut una res modo mala sit, modo bona; modo levis et perferenda, modo expavescenda. Labor bonum non est:
4 quid ergo est bonum? Laboris contemptio. Itaque, in vanum operosos [4] culpaverim; rursus [5], ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigare [6] permiserint, admirabor, et clamabo: Tanto me-

prato effinxit, forsitan excusandus ob hoc, quod insula, quam incolebant (Hom. I. c. 201) scopulosa et scopulis prætenta animo obversabatur. *Ruhk.*

1. *Amantissimis tui* vel maximo amore te prosequi simulantibus. *R.*

2. *Sibi fidere*, a se pendere, et ex se nascentibus bonis: externa omnia contemptui habere. *Lips.*—Noster explicat hæc Ep. XCII, 2. Is inquam beatus, quem nulla res minorem facit: tenet summa et ne ulli quidem, nisi sibi innixus. Cf. Ep. XXX, 7. Horat. II Serm. 7, 83, ibique Bentl. *Ruhk.*

3. *Nisi contemptus est labor.* Labor enim, sanitas, mors, morbus, etc. ad indifferentes, medias s. præpositas res pertinent, quæ neque bonæ neque malæ sunt Stoicis, nec virtuti acquirendæ quidquam conferunt: ideoque indignas censebant, quibus animum adverterent. Attamen officii causa labor confici debet, per se tamen contemni meretur. Cf. Cic. de Fin. III, 15, 16. Senec. de Vita beat. XII, 3 not. Antonin. IX, 42. *R.*

4. *In vanum operosos*, qui vanis rebus acquirendis insudant.

5. *Rursus.* Altera ex parte. *Ruhk.*

6. *Vinci ac strigare.* Priscam hanc et unice veram scripturam, primum ab Erasmo in ed. priori positam, deinde vero in altera edit. ab eodem desertam, merito revocavit Mur. et tenuere Lips. et Gron. Exhibent autem eamdem nostri codd. *Arg. b.* et *Par. b.* nec multum abit *Par. d.* in quo est *vinci ac restrigare.* Istius scripturæ vim qui non perceperant, aliam finxere, *vitia consurgere*, quam cum ed. *A.* et *R.* exhibent mss. *Arg. c. Par. a.* et plerique Gruteriani; eamdemque alteri prætulit Ruhk. *Schw.* — Sic Schw. at Ruhk. qui edidit *vitia consurgere:* hæc est lectio, inquit, plurimorum codd. et editionis vetustæ, quam vulgato præfero *vinci ac strigare*, quod Guilielmo Pelisserio

Digitized by Google

lior[1] surge, et inspira[2]; et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera[3]! Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo vetere voto parentum tuorum eligas, quid contingere tibi velis, quid optes : et, in totum[4], jam per maxima acto viro turpe est etiamnunc Deos fatigare. Quid votis opus est? fac te ipse felicem : facies autem[5], si intellexeris bona esse, quibus admixta virtus est; turpia, quibus malitia conjuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est; nihil atrum, nisi quod tenebras habet, aut aliquid in se traxit obscuri; quemadmodum sine adjutorio ignis nihil calidum est,

adscribitur, quem sic ex mss. codd. fide restituisse perhibent. Erasmi priores edd. dabant eadem, sed posteriores: *minusque sibi vitia respirare*: Erasm. tamen monet, lectionem a me repositam in aliis codd. reperiri. Alii dant: *restrigare* s. *astrugare*. Turneb. Advers. XXIV, 1, et Scalig. in Parodiam Virgilii, una cum Lipsio, probant τὸ *strigare*, Archaismi, puto, et raritatis amore ducti, et docent, esse idem quod interquiescere, proprie de equis qui in striga stringebantur, interquiescendi causa. Si a vitiis vincerentur, nulla quies esset, sed in actu vitioso viverent: fac itaque τὸ *vinci* tolerari posse, tamen *strigare* parum conveniret. Cf. Salmasii Exercit. Plin. p. 40, cujus viri eruditissimi auctoritas tanta fuit, ut vulgatam lectionem e Phædr. Fab. III, 6, 9, quæ erat *tricandum est*, mutarent editores in : *strigandum est*, ubi tamen Bentlei. vulgatam tenebat. *Ruhk.*

1. *Tanto melior.* Nota exclamandi laudandique formula. *Ruhk.*

2. *Inspira.* Omnium codd. et editionis veteris lectio : i. e. animose pergas, robur tibi sumas. Sic Quinct. Inst. Orat. II, 5, 8. V, 14., 32. Bene hoc convenit cum contentione contra vitia. *Respira* Erasmus, Muretus, al. At Jos. Scaliger Castigatt. in lib. IV Propert. reponit ex ingenio : *et restriga. Ruhk.*

3. *Et clivum istum uno, si potes, spiritu exsupera.* Confert virum justum nitenti cuidam ut arduum clivum ascendendo superet : sic Bossuetius noster de Viro justo : *Dans ce sentier solitaire et rude où il grimpe plutôt qu'il ne marche.*

4. *Et in totum, jam per maxima acto viro turpe est etiamnunc Deos f.* Erasmi edd. sic fere præstant, præterquam quod *et nunc* habent, pro quo Erasm. *etiamnunc* conjicit, quod in aliquot codd. est. Aberrationes librariorum sunt *maxima* s. *maxime pluapto*, *opto. Ruhk.*

5. *Facies autem, si intellexeris bona esse, quibus admixta.....est.* Vere stoice! Felicitatem tibi unus comparare potes : nam quum bonum non esse potest, nisi virtute conjunctum s. admixtum sit, ea tantummodo concupisces, quæ indissolubili virtutis vinculo continentur : atqui hæc bona semper in nostra potestate sunt,

Digitized by Google

nihil sine aere frigidum[1] : ita honesta et turpia virtutis ac malitiæ societas efficit.

6 Quid ergo est bonum ? Rerum scientia[2]. Quid malum est ? Rerum imperitia. Ille prudens atque artifex[3], pro tempore, quæque repellet, aut eliget. Sed nec, quæ repellit, timet ; nec miratur, quæ eligit ; si modo magnus illi et invictus animus est. Submitti te ac deprimi veto. Laborem si non recuses, parum est : posce ! — Quis ergo, inquis, labor frivolus et supervacuus est ? — Quem hu-
7 miles causæ vocaverunt[4]. Non est malus ; non magis quam ille, qui pulchris rebus impenditur : quoniam animi est ipsa tolerantia, quæ se ad dura et aspera hortatur, et dicit : quid cessas ? non est viri, timere sudorem ! Huic[5] et illud accedat, ut perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans[6] sibi : quod

semper a nobis acquiri atque possideri possunt. Cf. Epictet. Arrian. II, 16. Enchiridii I, 1. *Ruhk.*

1. *Nihil sine aere frigidum.* Stoicum dogma, aerem primo frigidum esse. Vide me II Phys. Dissert. XV. *Lipsius.*

2 *Rerum scientia*, et divinarum et humanarum. Conf. Ep. LXXXVIII, LXXXIX ; Cic. Tusc. Disp. IV, 6 ; Plutarch. placit. Philos. princip. Nam bonum et virtus, sapientiaque idem valent. Similem fere definitionem dedit Stoæ addictus Musonius Stobæi Serm. XXVII de Assiduitate p. 201 (ed. Tigur. 1543), ἡ ἀρετὴ, ἔφη, ἐπιστήμη ἐστὶν, οὐ θεωρητικὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρακτική. Lipsius monet, esse Socraticum. Socrates enim dicere solebat, et unicum bonum esse scientiam, et unicum malum inscitiam. Diog. Laert. II, 31. Hinc ductum est hoc Stoicorum dogma, indeque docti et rudes, σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι, idem iis valent, quod boni malique. Vide Ep. IX ; Diog. Laert. VII, 121. Cf. Lipsii II Manuduct. in Philos. Stoic. Diss. I. *R.*

3. *Ille prudens atque artifex.* I. e. philosophus, sapiens : nam eo nomine Stoici sapientem designare amant: sic apud Lucilium s. auctorem *Ætnæ* versu 186. « Nunc opus artificem incendit causamque reposcit. » Horat. I, Serm. 3, 132, 133. « Sapiens operis sic optimus omnis Est opifex solus, sic rex. » Cf. Tiedemann *System der stoisch. Phil.* III, p. 158. *Ruhk.*

4. *Quem humiles causæ vocaverunt.* Sic codd. Grut. Amplonianus et editio vetusta ; recte : i. e. quem humiles causæ tibi imposuerunt. Antea *in quem.* Gruter. aliquammulta hic deesse suspicabatur. *Ruhk.*

5. *Huic* edd. vett. cum mestis. Vulgo *huc*, a Mureto. *Schw.*

6. *Consonans sibi.* Allusum ad Zenonis ὁμολογίαν, sive *consentientiam*, quam finem statuebant. Vide nostrem

Digitized by Google

non potest esse, nisi rerum scientia contingat, et ars, per quam divina et humana noscantur. Hoc est summum bonum; quod si occupas, incipis Deorum socius [1] esse, non supplex. — Quomodo, inquis, isto pervenitur? — 8
Non per Peninum Graiumve montem [2], nec per deserta Candaviæ [3]; nec Syrtes tibi, nec Scylla aut Charybdis, adeundæ sunt; quæ tamen omnia [4] transisti procuratiunculæ pretio. Tutum iter est, jucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par Deo surges. Parem [5] autem te Deo pecunia non faciet; Deus nihil habet: prætexta non faciet; Deus nu- 9
dus est: fama non faciet, nec ostentatio tui, et in populos nominis dimissa notitia; nemo novit Deum [6], multi de illo male existimant, et impune: non turba servorum, lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium; Deum ille maximus [7] potentissimusque ipse vehit omnia. Ne forma quidem, et vires, beatum te facere pos-

Manuduct. II, Dissert, XV. *Lipsius.*

1. *Deorum socius esse;* sapiens enim par Deo est, propter illam accuratam omnium rerum scientiam. Lipsii Manud. III, 14. *Ruhk.*

2. *Peninum. Penium* ms. *Arg. b. Pœninum Par. b. Schw. — Non per Peninum Graiumve montem:* spectant ad Alpium fauces, per quas Annibalis iter fiebat. *Ruhk.*

3. *Deserta Candaviæ*, montana et saltuosa pars Macedoniæ, quæ a Dyrrhachio incipit. Plin. N. H. III, 23. Strabon. VII, 7, 8, p. 463, tom. II ed. Lips. Antequam ad procurationem perveniret, diversis legationibus, quas obiisse credi par est, haud dubie has regiones adiit. *Ruhk.*

4. *Quæ tamen omnia.* Ergo et in prioribus locis alibi procurator? id est, in Gallia, aut Macedonia? dicas, si consilio *omnia* Noster scripsit. *Lipsius.*

5. *Parem...nudus est.* Deus nec pecuniam, nec honores (*prætexta* magistratuum insigne) curat, nec amat: sunt autem res vanæ et fortuitæ. Perfectio moralis ei curæ est, quam habet et possidet summam. *Ruhk.*

6. *Nemo novit Deum.* Quæ verba in mentem revocant versum illum Racinii junioris:

Oui, c'est un Dieu caché que le Dieu qu'il faut croire.

7. *Deum ille maximus.* Sic mss. *Arg. b.* et *Par. b.* cum aliis. Vulgo *Deus ille max. Schw.* — *Deum* (pro *Deorum*) *ille maximus...omnia.* Noster iis Stoicis accedit, qui Deum et animum mundi esse, ejusque curam agere docebant. Senec. Nat. Qu. II, 45. Diog. Laert. VII, 138. Cic. de

Digitized by Google

sunt : nihil horum patitur vetustatem [1]. Quærendum [2] est, quod non fiat in dies deterius [3], cui [4] non possit obstari. Quid hoc est? Animus : sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc, quam Deum in humano corpore hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum, quam in libertinum, quam in servum [5], potest cadere. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut servus? Nomina, ex ambitione [6], aut ex injuria [7] nata. Subsilire in cœlum ex angulo licet : exsurge modo,

..... Et te quoque dignum
Finge Deo!.....

Finges autem, non auro, non argento : non potest ex hac materia imago Deo exprimi similis [8] : cogita, illos, quum propitii essent [9], fictiles fuisse. Vale.

Nat. Deor II, 30. Antonin. VI, 44. *R.*

1. *Nihil horum patitur vetustatem.* Sic recte mss. *Arg. b. c. Par. a. b. d.* et Opsopœi omnes : cujus scripturæ veritatem jam olim ex Epist. XXXVI, et ex aliorum scriptorum usu probarunt Ops. et Grut. Interpolatam tamen scripturam, quæ vulgo ferebatur, *nihil horum non patitur vet.* tenuit Ruhk. *Schw.*— Sensus est : tempore pereunt aut flaccescunt. *Lipsius.*

2. *Quærendum est.* Ex scholio adjecta vulgo erat partic. *ergo*, invitis mss. *Schw.*

3. *In dies deterius.* Postrema vox conjecturæ debetur Erasmi. Vitiose *ejus* dabant veteres libri edd. et mssti. in quo latere videtur *pejus*, quod facile probes. *Schw.*

4. *Cui.* Quod pro *cui* scribitur *quo* in ed. *A.* et mss. *Arg. b. c.* et *Par. b.* id ex prisca scriptura *quoi* decurtatum esse, commode monuit Opsop. *S.*

5. *Quam in servum.* Quis ignorat Æsopum, Diogenem, Epictetum, al. servos fuisse?

6. *Ex ambitione*, ut eques, aut senator.

7. *Ex injuria*, ut libertinus, aut servus : nam ab oppressione æqualium servitus. *Lipsius.*

8. *Imago Deo... similis.* Atqui nos sumus scilicet : nonne et hoc christiani dogmatis? *Lipsius.*

9. *Quum propitii essent.* Vetere imperio et paupertate, quum Roma moribus armisque floreret. Nunc irati Dii videntur, et nos pessimi pessum paulatim imus. *Lips.* —Cf. Ep. XVIII, 9 sq. *Cogita illos.... fictiles fuisse.* Deos maximam curam gessisse humanarum rerum, sive quum illorum statuæ, ut in rudi antiquitate mos erat, *fictiles*, ex argilla fabrefactæ essent. Animus est erectus qui Deo placet, et quo te ei similem fingere possis. Cf. Epictet. Arrian. Dissert. I, c. 10. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXXII.

HORTATUR AD PHILOSOPHIAM.

Gaudet, quod Lucilius solitudinem amet, nec conversetur dissimilibus et diversa cupientibus, monetque, ut ab iis securum liberumque se reddat, qui impedire profectus possint, inprimis vero ut res externas, quæ in bonis non sunt numerandæ, contemnat. Ad hanc solitudinem sæpius Noster amicum adhortatur; vid. Epist. VII, VIII, IX, X.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

INQUIRO in te[1], et ab omnibus sciscitor, qui ex ista regione[2] veniunt, quid agas, ubi et cum quibus moreris. Verba dare non potes: tecum sum[3]. Sic vive[4], tanquam, quid facias, auditurus sim, immo tanquam visurus. Quæris, quid me maxime ex his quæ de te audio, delectet? Quod nihil audio; quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conversari dissimilibus et diversa cupientibus. Habeo quidem fiduciam, non posse te detorqueri[5]; mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent[6] te; timeo ne im- 2

1. *Inquiro in te.* Sic commode ed. Mur. ex vet. cod. apud Erasm. in Append. Perperam *a te* edd. vett. cum mss. *Arg. b. c.* et *Par a. b. d.* Commodum vero etiam erat *de*, quod inter lineas habebat unus e Gruteri codd. *Schw.*

2. *Ex ista regione.* Sicilia, cujus procurator erat Lucilius. Vid. Epist. XXXI, 8; et Præfat. hujus volum. *R.*

3. *Tecum sum.* Id est: nosco quod sit tuum vitæ genus perinde ac si semper tuo lateri adsisterem: nisi forsan se ob amicitiam et animorum conjunctionem, quælibet agenti Lucilio præsentem esse et spectatorem contendat.

4. *Sic vive... visurus.* Cf. Ep. XXV, 4. *Ruhk.*

5. *Detorqueri* ex cod. Nicot. recepi, pro vulgato *torqueri*. *Schw.* — *Detorqueri*, id est flecti, abstrahi a proposito. *Ruhk.*

6. *Mutent* edd. vett. et mss. nostri omnes, non *immutent*, sensu nihil mutato. *Schw.*

Digitized by Google

pediant. Multum autem nocet etiam qui moratur; utique in tanta brevitate vitæ, quam breviorem [1] inconstantia facimus, aliud ejus subinde atque aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac lancinamus [2]. Propera ergo, Lucili carissime, et cogita, quantum additurus celeritati fueris, si a tergo hostis instaret, si equitem adventare suspicareris ac fugientium premere
3 vestigia. Fit hoc; premeris: accelera, et evade! perduc te in tutum; et subinde considera, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem [3], deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem, inniti sibi [4]; in possessione beatæ vitæ positum; quæ beatior non fit, si longior. O quando videbis [5] illud tempus, quo scies tempus ad te non pertinere! quo tranquillus placidusque eris, et crastini negligens, et in summa tui [6] satietate!

1. *Quam breviorem... facimus... initium.* De hoc malo hominum supra jam questus est in Ep. XXII, 11 sq. XXIII, 8 sq. *Ruhk.*

2. *Lancinamus*, dividimus, separamus. *Ruhk.*

3. *Consummare vitam ante mortem*: id est, ita facere ut jam satis vixerimus, quum nondum mors appareat.

4. *Inniti sibi.* Olim edd. cum mestis omnibus, *nihil sibi*; quæ verba a Mureto abjecta revocavit Ruhk. Equidem unice probavi Gronovii conjecturam, *inniti sibi.* Sic Epist. XXXIII, *sibi jam innitatur*; XCII, *ne ulli quidem nisi sibi est innixus*; quo spectat et id quod mox hac eadem Epist. ait, *nemo sibi contigit. Schw.* — Sic Schw. at Ruhk. qui edidit, *nihil nisi*, *in possessione b. v. p.* Omnium codd. inquit, et vett. edd. lectio est, et ea puto bona, quanquam omni sensu carere affirmat Gronov. qui *inniti sibi in poss.* ingeniose emendat: Muretus duas voces *nihil sibi* omiserat. Enimvero beatæ vitæ iteratio hic non exspectatur, sed explicatio ejus, quæ eo continetur, quod beatus homo, qui vitam ante mortem jam consummaverit, ἀναθεῖσα ista prorsus præditus reliquam temporis ipsi a natura destinati partem exspectet; nihil tamen amplius sibi præstolatur, fato suo terreno quasi consummato, itaque nullo rerum extra se positarum amore aut desiderio trahatur. Omnia quæ eveniant, securus prospicit, et quomodocumque cadant, idem semper permanet, nam in possessione vitæ beatæ positus est. *Ruhk.*

5. *O quando videbis*, etc. Optime Noster explanat Nat. Qu. I, Præfat. § 3 sqq. *Ruhk.*

6. *Et in summa tui sat.* Dele *et*,

Digitized by Google

Vis scire, quid sit, quod faciat homines avidos futuri? Nemo sibi contigit[1]. Optaverunt utique[2] tibi alia parentes tui : sed ego contra, omnium tibi eorum contemptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent : quidquid ad te transferunt, alicui detrahendum est. Opto tibi tui facultatem, ut vagis cogitationibus agitata mens tandem resistat, et certa sit; ut placeat sibi, et, intellectis veris bonis (quæ, simul intellecta sunt[3], possidentur), ætatis adjectione non egeat. Ille demum necessitates supergressus est, et exauctoratus ac liber, qui vivit vita peracta. Vale. 4

sic jubentibus msstis *Arg. b.* et *Par. a. b. d.* cum ed. *R. Schw.*

1. *Nemo sibi contigit.* Sic edd. ab Erasm. cum mss. *Arg. b.* Pal. sec. et aliis. Alii *contingit*, cum ed. *A.* et *R. S.* — *Nemo sibi contigit.* I. e. nemo sorte sua contentus vivit. Horat. I, Serm. 1. Erasmus Adag. 4681 respicere Senecam putat ad illud tritum Platonis (Epist. Plat. IX ad Archytam, Tom. XI, p. 165 Bip.), quod Cic. de Off. I, 7, 5, adduxit: neminem sibi soli nasci. Dii boni, exclamat Lipsius, quam divertit a Nostri mente! quæ est, homines distrahi, varia et vana agitare, optare : neminem apud se esse et se contentum. Hoc autem facit sapiens, qui sibi sufficit. *Ruhk.*

2. *Utique.* Tenui hoc, a Grutero (ex uno quidem Pal. sec.) commendatum, et a Lipsio primum receptum. Olim edd. *itaque*, consentientibus msstis : sed istud multo commodius, et frequenter alias etiam permutari in libris nostris duas istas voces memini. *Schw.*

3. *Quæ simul intellecta sunt.* Nam in judicio et habitu optimæ mentis est beatitudo : qui momento contingit purgata et perfecta ratione. Vide aliquid Manuduct. III, Diss. 3 fin. *Lips.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXXIII.

DE SENTENTIIS PHILOSOPHICIS.

Quum Epist. XXIX, 8, Lucilio perscripsisset, se excerptas sententias clausulæ loco non amplius missurum esse, atque hic ægre hoc tulisset, desiderassetque, ut hunc morem tales sententias adscribendi epistolis continuaret, negat Seneca sententias, aut *chrias* e Stoicis esse excerpendas, quippe quos uno tenore legendos monet: quum in Epicuro raræ, insperatæ interveniant, et omnino publicæ sint. Deinde turpe est sibi non inniti, sed semper a quopiam, tanquam rege pendere, cum auctore semper loqui. Tum flosculos captare, puerorum, non virorum est. Itaque non semper ad magistrum respicere decet, sed tua facere, prioribus tamen non neglectis: dummodo proprias animi vires intenderis ad veritatem inveniendam et in vita exercendam præferendamque. Cæterum Stoæ auctores propter virilem scriptorum contextum laudans non advertit vitia, quæ Ep. XLVIII, LXXXII, CXIII, ipsis exprobrat: de quibus vide Brucker. Hist. Crit. Phil. Vol. I, p. 904 sqq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Desideras[1] his quoque epistolis, sicut prioribus, adscribi aliquas voces nostrorum procerum[2]. Non fuerunt circa flosculos[3] occupati; totus contextus illorum virilis est: inæqualitatem scias esse, ubi quæ eminent sunt notabilia. Non est admirationi[4] una arbor, ubi in eamdem altitudinem tota silva surrexit. Ejusmodi voci-

1. *Desideras*. Inde ab hac Epist. usque ad Ep. LX *destituit nos* (ut jam in Præfat. diximus) *collatio codicum Parisiensium*. Pauca quidem etiam nunc ad initium hujus Epistolæ XXXIII adnotata sunt, sed illa nonnisi ex uno ms. *Par. d.* ducta. *Schw.*

2. *Nostrorum procerum*, Zenonis, Cleanthis al. quos § 3, nominat. *R.*

3. *Flosculos*, sententias eminentiores captandas, ut iis de industria orationem suam distinguerent, de virilitate et æqualitate orationis parum solliciti. Cf. I, Chr. Th. Ernesti Lexic. Technologiæ Latinor. rhetoricæ voc. *Flos*, ubi et hujus loci memor fuit, bono sensu vocem a Seneca adhibitam censens, quanquam hanc occupationem circa flosculos contextui virili Stoicorum opponit Seneca, et manifeste reprehendit. *Ruhk.*

4. *Non est admirationi*, etc. Hæc pertinent ad Epicuri opera, quæ huc et illuc bonis sententiis distinguun-

Digitized by Google

bus referta sunt carmina, refertæ historiæ. Itaque nolo illas Epicuri esse existimes; publicæ sunt, et maxime nostræ. Sed illi [1] magis annotantur, quia raræ interim [2] interveniunt, quia inexspectatæ [3], quia mirum est fortiter aliquid dici ab homine mollitiam professo. Ita [4] enim 2
plerique judicant: apud me est Epicurus et fortis, licet manuleatus [5] sit. Fortitudo [6], et industria, et ad bellum prompta mens, tam in Persas [7], quam in alte [8] cinctos, cadit. Non est ergo quod exigas excerpta et [9] repetita: continuum est apud nostros, quidquid apud alios excer-

tur, dum Stoicorum opera optimis sententiis contipuo affulgeant; ut nulla admirationem trahat, quod inter pares versatur.

1. *Illi.* Sic ed. *R.* et *A.* cum ms. *c.* et Pal. tert. quod in junioribus istis libris ex prisca scriptura superesse mihi visum erat: nempe *illi*, antiqua forma (quales amat Seneca) pro *illic*, quod ipsum interpretamentum in Pal. tert. adjectum; *illo Arg. b.* Pal. sec. et Col. puto et alii: et hoc quidem verum videtur; scil. *illo magis* idem valet ac *eo magis*, ut *illo fortius*, pro *eo fortius*, XCIII. *In illo* edd. ab Erasm. ex ipsius puto conjectura. *Schw.*

2. *Quia raræ interim.* Vocem *interim* ex vett. libris adjeci. *Schw.*

3. *Inexspectatæ* scripsi, ubi libri nostri *inspectatæ*, editi vero inde ab Erasm. *insperatæ. Schw.*

4. *Ita.... judicant.* Quantopere Cicero v. c. in Epicurum invectus sit, omnia ejus opera docent, inprimis lib. II de Fin. Loca collecta vides ab Ernesti in Clav. Cic. Hist. voc. *Epicurus.* Cf. Bruckeri Hist. Crit. Philos. Vol. II, p. 64 sqq. *Ruhk.*

5. *Manuleatus.* Notum tunicas chirodotas, s. manicatas mulierum, aut mollium fuisse. Viri brachiis nudis incedebant, recte notat Lipsius, confertque Aul. Gell. Noct. Attic. VII, 12. Senec. de Vit. beat. XIII, 3: Hoc tale est, quale vir fortis stolam indutus. Tale vel asperius de Epicuro et asseclis Arcesilaus, mediæ Academiæ auctor, qui interrogatus, Cur ex aliis sectis ad Epicuream transirent multi, nemo ex illis ad alias? Nam, inquit, ex viris Galli (evirati) fiunt, ex Gallis viri nunquam. Diog. Laert. IV, 43. *Ruhk.*

6. *Fortitudo... cadit.* Similis sententia occurrit Epist. XXXI, 10. *Ruhk.*

7. *Persas.* Persæ fluxa et soluta veste quidem usi, sed erant acerrimi bellatores. Laudat Lipsius Ammian. lib. XXIII, c. 6, p. 363. Tom. I. Bip. Adeo autem dissoluti sunt et artuum laxitate vagoque incessu se jactitantes (Persæ), ut effeminatos existimes, quum sint acerrimi bellatores. *Ruhk.*

8. *Alte cinctos.* Alte cincti erant milites Romani, item omnes strenui aut actuosi. Horat. I. Serm. II, 25, 26. *Ruhk.*

9. *Repetita. Repertita Par. d.* (ac fortasse item alii), quod vide ne verum sit, idem valens ac *dispertita.*

Digitized by Google

pitur. Non habemus itaque ista oculiferia [1]; nec emptorem decipimus, nihil inventurum, quum intraverit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus, unde velint sumere exemplaria [2]. Puta nos velle singulares sententias ex turba separare : cui illas assignabimus ? Zenoni [3], an Cleanthi [4], an Chrysippo [5], an Panætio [6], an Posidonio [7]? Non sumus sub rege ; sibi quisque se vindicat : apud istos, quidquid dicit [8] Hermarchus,

In idem verbum ex conject. inciderat Lipsius. *Schw.*

1. *Oculiferia.* Hanc scripturam (sive brevius *ocliferia* malueris) ex vetustioribus codicibus, quibus etiam Amplonianus (teste Ruhk.) accedit, certatim jam olim stabiliverunt doctissimi viri. Vulgatum tamen *odorifera*, quod quidem et nostri mss. *b. c.* tenent, mordicus defendit Ruhk. *S.* — Sic enim Ruhk. Miratio subit, inquit, quod ad aberrationem librariorum *ocliferia* (in cod. Amplon.), *octiferia* viri doctissimi animum advertere potuerint. Gruterus purum putum arbitratur post Lipsium Elect. lib. I, c. 16 (Opp. tom. I, p. 402 sq.), et in nota ad h. l. — Et sic explicat Ruhk. sensum verbi *odorifera*. *Odorifera* retinet metaphoram : *excerpta* enim hæc et *repetita* i. e. desumpta, flosculos dixerat ; et fuerunt anthologiæ s. florilegia haud pauca in antiquitate, ut notum est. Quibus flosculis exceptis nihil in ejus libris est, quod magnopere desideres. *R.* — Sensus est autem, ut Lipsius explicat, non habemus nos ut in tabernis exposita quædam cum titulis aut per se splendentia, quæ *oculos feriunt*, et transeuntes ad emendum alliciunt ; sed par ubique decor et bonitas est.

2. *Exemplaria.* Sic mssti et edd. ante Muretum, a quo vulgatum est *exemplar. Schw.*

3. *Zenoni.* Notissimo Stoicorum principi.

4. *Cleanthi.* Jam supra de illo diximus.

5. *Chrysippo.* Chrysippus Tarsis, ut plerique contendunt natus est, inter Stoicos, præclarus : undecim et trecentas Dissertationes composuit quarum nobis pauciissima fragmenta restant : de quo Horatius lib. I, Ep. II : « Trojani belli scriptorem, maxime Lolli, Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi, Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit. »

6. *Panætio.* Panætius, ipse et stoicus philos. natus Rhodis anno CXXXVIII ante Christum, Romam venit, ubi inter discipulos habuit Lælium et Scipionem. Libros de officiis reliquerat qui excellentissimi habebantur ; omnino tempore deleti sunt : præsertim a Cicerone laudatur *de Officiis*, lib. III, cap. 7. Acad. II, 2. IV, 5.

7. *Posidonio.* Jam supra de Posidonio diximus.

8. *Hermarchus* recte ms. *b.* non *Hermachus*. Conf. not. de eo ad Ep. VI. *S.* — Hermarchus erat successor Epicuri in schola.

Digitized by Google

quidquid Metrodorus [1], ad unum refertur [2]. Omnia, quæ quisquam in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt. Non possumus, inquam, 4
licet tentemus, educere [3] aliquid ex tanta rerum æqualium multitudine.

Pauperis est numerare pecus [4].

Quocumque miseris oculum, id tibi occurret [5] quod eminere posset, nisi inter paria legeretur.

Quare depone istam spem, posse te summatim degustare ingenia maximorum virorum : tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur [6], et per lineamenta 5
sua [7] ingenii opus nectitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso, quo minus singula membra, dummodo in ipso homine, consideres. Non est formosa, cujus crus laudatur aut brachium; sed illa, cujus universa facies admirationem partibus singulis abstulit. Si tamen exegeris, non tam mendice tecum agam, sed
plena manu fiet. Ingens eorum turba est, passim jacen- 6
tium; sumenda erunt, non colligenda [8]. Non enim excidunt [9], sed fluunt : perpetua et inter se connexa [10] sunt.

1. *Metrodorus*. Inter nobiles Epicuri amicos et discipulos.

2. *Ad unum refertur*, sc. Epicurum. Cf. Diog. Laert. X, 16. Brucker Hist. crit. Phil. Vol. I, p. 1251, ubi et nostri loci memor fuit. *Ruhk.*

3. *Educere aliquid.... multitudine*. Sic ms. *b.* cum ed. *R.* Conf. Grut. *Schw.* — Ruhk. dat *ex tanta rerum æqualium copia aliquid educere*, veterem edit. et Erasmum secutus.

4. *Pauperis ... pecus*. Versus Ovidii Metamorph. XIII, 824. *Ruhk.*

5. *Occurret* edd. vett. et mss. *b. c.* non *occurrit*. *Schw.*

6. *Res geritur.... nectitur*. Strenue incepta sua perficiunt in libris suis, et ordinem sibi semel præstitutum perpetuo tenore custodiunt, ad flosculos inserendos animo non adverso. *Ruhk.*

7. *Sua*, non *sui*, edd. vett. et mss. *b. c.* cum aliis. *Schw.*

8. *Colligenda*. Malles *eligenda*. Sed nil mutant libri. *Schw.*

9. *Non enim excid. sed fluunt : perpetua*, etc. Non enim ordine et tenore interrupto et fracto alia jacent, alia eminent, sed perpetuo fluxu prolabuntur omnia. Cf. Ernesti Lexic. Technol. Lat. rh. voc. *Fluere*. *R.*

10. *Connexa* edd. ab Erasmo (ut

Digitized by Google

Nec dubito, quin multum conferant[1] rudibus adhuc, et extrinsecus auscultantibus[2]. Facilius enim singula insidunt circumscripta, et carminis modo inclusa. Ideo pueris et sententias ediscendas damus, et has quas Græci *chrias*[3] vocant, quia complecti illas puerilis animus potest, qui plus[4] adhuc non capit certi profectus[5]. Viro
7 captare flosculos turpe est, et fulcire se notissimis ac paucissimis vocibus, et memoria stare. Sibi jam innitatur : dicat ista, non teneat[6]. Turpe est enim seni, aut prospicienti senectutem, ex commentario sapere. Hoc Zenon dixit : tu quid? Hoc Cleanthes[7] : tu quid? quousque sub alio moveris? et impera[8], et dic, quod memoriæ tradatur ; aliquid et de tuo profer! Omnes itaque istos, nun-
8 quam auctores, semper interpretes, sub aliena umbra

multa alia) cum ed. *A.* et ms. *c.* Exquisitius erat, et verum, *contexta*, quod habet ed. *R.* cum ms. *b.* Amplon. et Grut. idque repositum velim. *Schweigh.*

1. *Multum conferant.* Subaudi *utilitatis*.

2. *Extrinsecus auscultantibus.* Qui ad penetralia nondum admissi : alludumque ad libros et auditores ἐξωτερικούς. *Lips.* — De hac distinctione esotericorum et exotericorum, nunc satis nota, vidisse juvabit Buhle ad Aristotelem, Vol. I, p. 107 sqq. Bip. *Ruhkopf.*

3. *Chrias.* Χρειὰς, concinna aliqua dicta memorabilia aut facta breviter enunciata et personæ cuidam apte tributa. Sic definit Aphthonius : ἀπομνημόνευμα σύντομον, εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον. Ernesti Lexic. Technol. Græc. rhet. voc. Χρεία. Quinetil. I, 5. Inst. Or. Multas collectiones hujus generis et nominis in antiquitate fuere. Sic Machon poeta comicus Alexandrinus satis celeber (v. Dioscorid. epigram. in eum ap. Brunck. Anal. Tom. I, p. 501, nr. XXX) χρείας composuit, dicta memorabilia meretricum (ἑταιρῶν) complexas. Athen. VI, p. 241. F. Recentioribus temporibus Aphthonium sequutos commentationes, artificiose nec raro inepte elaboratas nomine chriarum satis diu insignivisse præceptores constat. *Ruhk.*

4. *Qui plus.* Temere *quia plus* edd. inde a Mur. *Schw.*

5. *Qui plus adhuc non capit certi profectus*, id est, si plura caperet puerilis animus, incertum esset an ea illi proficerent.

6. *Dicat ista, non teneat. Qu'il parle, au lieu de citer,* vertit *Lagrange.*

7. *Hoc Cleanthes.* Laudat Lipsius Epictet. Arrian. Diss. II, 19, prorsus his gemina. *Ruhk.*

8. *Et impera.* Id est, et ipse da præcepta.

Digitized by Google

latentes, nihil existimo[1] habere generosi, nunquam ausos aliquando facere, quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt : aliud autem[2] est meminisse, aliud scire. Meminisse, est rem commissam memoriæ custodire ; at contra scire, est et sua facere quæque, nec ab exemplari pendere[3] et toties respicere ad magistrum. Hoc dixit Zeno, hoc Cleanthes. Aliquid intersit inter te, 9
et librum ! quousque discos ? jam et præcipe. Quid est, quare audiam, quod legere possum[4] ? — Multum, inquit, viva vox facit. — Non quidem hæc, quæ alienis verbis commodatur[5], et actuarii[6] vice fungitur. Adjice nunc, quod isti, qui nunquam tutelæ suæ[7] fiunt, primum in ea re sequuntur priores, in qua nemo non a priore descivit : deinde in ea re sequuntur, quæ adhuc quæritur ; nunquam autem invenietur, si contenti fuerimus inven- 10
tis[8]. Præterea, qui alium sequitur[9], nihil invenit, immo nec quærit. — Quid ergo ? non ibo per priorum vestigia ? — Ego vero utar via vetere ; sed, si propiorem[10] planio-

1. *Existimo*, non *puto*, ed. *R.* cum ms. *b.* et Opsop. et Grut. *Schw.*

2. *Autem* adscivi ex codd. Opsop. et Grut. *Enim* erat in ed. *R.* Abjecerat particulam Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* ne sic quidem male. *Schw.*

3. *Ab exemplari pendere. Ad exemplar pendere* ms. *b. Schw.*

4. *Quid est... quod legere possum.* Ante *quid*, etc. Schweigh. inserit separationis notam —, quasi esset objectio ; at cuilibet totum locum attente legenti satis patebit hæc nihil aliud esse nisi præcedentium confirmationem : exprobrat auctor insulsitatem eorum qui magistrorum verba perpetuo recitant, perinde ac si non legi possent in libris. Sequens phrasis objectio est.

5. *Verbis commodatur.* Gruterus e codd. suis una cum Modio reduxit. Antea : *v. commendatur. Ruhk.*

6. *Actuarii.* Ita dicuntur, qui acta excipiunt et scribunt. Vide Lips. ad Tacit. Annal. V, 4. Excursu A. Tom. II, p. 632 sq. ed Ernest. *R.*

7. *Nunquam tutelæ suæ*, i. alieni semper arbitrii, ut pupilli. *Ruhk.*

8. *Nunquam.... inventis.* Necesse est sane posteriores prioribus inniti, sed ut nova ipsi proferant.

9. *Qui alium sequitur.* Sic recte Muretus : perperam *qui aliud seq.* edd. vett. cum msstis. Sed temere idem Muret. duo verba adjecerat, *nihil sequitur, nihil inv. Schw.*

10. *Propiorem.* Sic ed. Mur. Lips. et Gron. ex P. Fabri conject. quam

Digitized by Google

remque invenero, hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt, non domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata : multum ex illa etiam futuris relictum est [1]. Vale.

firmat unus ex Opsopœi codd. Alii omnes cum edd. vett. *priorem* tenent, quod revocavit Ruhk. *Schw.* — Qui Ruhkopfius *priorem*, inquit, omnium fere codd. et edd. lectio, quam Muret. mutavit, *priorem* omittendo: cf. Mureti Var. Lect. XV, 16. P. Faber I, 10. Semestr. *priorem*, ait, rejiciendum esse. Erasmus vidit et alicubi *apertiorem* legi ait : ipse vero vel *potiorem* vel *proniorem* mavult ; ego *propiorem*. Hæc Fabri emendatio *propiorem* vulgata facta est. Nulla tamen causa subest, cur *priorem* i. e. potiorem ejiciamus. *Ruhk.*

1. *Qui ante... relictum est.* Hic bene refertur ingeniosa illa Verulamii sententia : *Antiquitatem esse mundi juventutem*, recentiores autem vere nunc *mundi* senes.

EPISTOLA XXXIV.

GRATULATIO ET HORTATIO AD PERGENDUM.

Gaudet profectibus, quos Lucilius fecerat, quia suum opus sibi eum asserit, ipseque eum formavit. Hortatur igitur, ut pergat, et ad summum perveniat.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Cresco et exsulto, et discussa senectute recalesco, quoties ex his, quæ agis et scribis, intelligo [1], quantum te ipse (nam turbam olim [2] reliqueras) supergrederis. Si agricolam arbor ad fructum perducta [3] delectat ; si pastor ex fetu gregis sui capit voluptatem ; si alumnum suum

1. *Intelligo quantum te ipse (nam turbam olim reliqueras) supergrederis.* Plerique Grut. *nam turbam quam o. r.* Editio vetus : *quantum te ipse facis. Nam turbam quam ol. rel. super te geris. Ruhk.*

2. *Nam turbam olim.* Non est, discesseras a consortio hominum, sed te distinxeras a vulgari hominum multitudine eo quod emineres. *Ruhk.*

3. *Ad fructum perducta. Perducta* bene habet, etsi Erasmus et editio

Digitized by Google

nemo aliter intuetur [1], quam ut adolescentiam illius suam judicet : quid evenire credis his, qui ingenia educaverunt, et, quæ tenera formaverunt, adulta subito vident? Adsero te mihi [2] : meum opus es. Ego, quum vidissem in- 2
dolem tuam, injeci [3] manum, exhortatus sum, addidi stimulos, nec lente ire passus sum, sed subinde incitavi : et nunc idem facio, sed jam currentem hortor, et invicem hortantem. — Quid [4] aliud, inquis, adhuc volo? — In hoc plurimum est. Nam sic [5] quomodo principia totius 3
operis dimidium [6] occupare dicuntur, ita res animo constat : itaque pars [7] magna bonitatis est, velle fieri bonum. Scis quem bonum dicam? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit. Hunc in te prospicio, si perseveraveris et incubueris, et id egeris, ut omnia facta dictaque tua inter se congruant

vetus *producta* præstant. *Ruhkopf.*

1. *Si alumnum*, etc. quem quis a primis inde annis aluit, ut robustum ejus corpus fieret. Hæ comparationes sæpissime occurrunt ap. veteres. *Ruhk.*

2. *Adsero te mihi.* Te mihi meum vindico. Bene vertit *Lagrange : Je vous réclame*, *Lucilius ; vous êtes mon ouvrage.*

3. *Injeci manum*, ut te fingerem et formarem : metaphora sumta est ab iis, qui equos fingunt. Alioquin injicitur manus rei, ut potestas exprimatur. *Addere stimulos*, *incitare currentem* ex eadem metaphora explices. *Ruhk.*

4. *Quid.... volo?.... plurimum est.* Rogas quid amplius a te postulem? At hoc quod abs te peto, summi momenti est. *Ruhk.*

5. *Nam sic.* Perperam *non sic* vulgo omnes : ubi *nam sic* conjectaveram scriptum oportuisse, quum hoc ipsum ex optimo cod. Nicot. laudatum vidi ab Opsop. *Schw.*

6. *Operis dimidium.* Notum adagium, et Horatio in hac re expressum I Epp. 2, 40 : « Dimidium facti, qui cœpit, habet : sapere aude. » Velis, et tenta sapere : dimidium rei erit. Nec enim totum : neque sola voluntas sufficit, sed videndum, ut recta ea sit, quod sine scientia nemo assequitur. Itaque Seneca gradationem hanc facit : *Actio recta non erit, nisi voluntas sit recta : ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta, nisi habitus animi rectus fuerit : ab hoc enim est voluntas. Habitus porro animi non erit sine scientia ;* quæ bona scilicet et mala distinguit. Vide Epist. XCV. *Lipsius.* — Cf. Erasmi Adag. 1239. *Ruhk.*

7. *Itaque pars.* Sic Erasm., quinque Palat. ap. Grut. Amplonian. et editio vetus. Muretus ejecerat primus τὸ *itaque. Ruhk.*

Digitized by Google

ac respondeant sibi, et una forma percussa sint. Non est hujusmodi animus[1] in recto, cujus acta discordant[2]. Vale.

1. *Hujusmodi animus.* Corrige *hujus animus*, ut habent ante Lipsium edd. omnes et mssti. Istud nescio quo casu in Lipsianam editionem irrepserit, ex qua me invito in hanc nostram propagatum est. *Schw.*

2. *Cujus acta discordant.* Nam sapientis nota, ut supra dixit, semper idem velle et nolle: itaque nihil opus addere *cujus dictis acta*: etsi quidam hoc libri. Nam pertinet ad ὁμολογίαν de qua sæpe. *Lipsius.*

EPISTOLA XXXV.

NON NISI INTER BONOS AMICITIA.

Causam, cur amicum tam enixe roget, ut studeat, exponit. Capit, ut ita ad bonam mentem perveniat, discatque constanter ideoque sapienter vivere. Ita fiet, ut amor, quo Senecam amplectatur, in amicitiam convertatur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quum te tam valde[1] rogo ut studeas[2], meum negotium ago. Habere amicum[3] volo; quod contingere mihi, nisi pergas, ut cœpisti, excolere te, non potest: nunc enim

1. *Tam valde.* Tenent *valde* ed. *A.* et *R.* cum mssts *b. c.* et Ops. et Grut. et juniores quidem *tam* omittunt, quod tuentur alii. *Tam obnixe* edidit Erasmus, speciose utique; sed vereor ne vel ex mera conject. vel ex scholio quod spectabat ad vetustiorem scripturam *tam valide*, ex codd. Amplon. et Erlang. a Rubkopfio prolatam, quam hic quidem sprevit, Erasmianam tenens, ego vero restitutam Senecæ velim. *Schw.* — Sic Schw. at Ruhk. varietates illas *valde*, [illegible]nifesto esse contendit pro entis difficilioris vocis eas, retinendæ vel ob hoc, quod exquisitior est, nec cum Ruhnken. ad Vellei. Paterc. I, 9, p. 36, mutandæ in: *enixe*. Cf. Donatum ad Terent. Andr. I, 1, 134. *R.*

2. *Studeas*, sc. philosophiæ stoicæ. A nostro hic usus verbi *studere*, idem valentis quod operam navare literis, increbrescere cœpit. Ceterum Lipsius laudat suam Manuduct. II, Diss. I, ubi putat, esse hoc Stoicis proprium, ut *studiosos*, et *studere* dicerent eos, qui sapientiæ se darent, nec tamen probat. *Ruhk.*

3. *Habere amicum..... nocet.* Egregie hac de re primus, quod sciam, disputavit fuse Plato in dialogo præ-

Digitized by Google

amas me; amicus non es. — Quid ergo? hæc inter se diversa sunt? — Immo dissimilia! Qui amicus est, amat; qui amat, non utique amicus est. Itaque amicitia semper prodest [1]; amor aliquando etiam nocet. Si nihil aliud, ob hoc profice, ut amare discas. Festina ergo [2], dum mihi proficis; ne istud alteri didiceris. Ego quidem percipio 2
jam fructum, quum mihi fingo, uno nos animo futuros, et, quidquid ætati meæ vigoris abscessit, id ad me ex tua, quanquam non multum abest, rediturum; sed tamen re quoque ipsa [3] esse lætus volo. Venit ad nos ex his, quos amamus, etiam absentibus, gaudium; sed id leve et evanidum. Conspectus, et præsentia, et conversatio 3
aliquid habet vivæ voluptatis; utique si non tantum, quem velis, sed qualem velis, videas. Affer itaque [4] te mihi, ingens munus! et, quo magis instes, cogita te mortalem esse, me senem. Propera [5] ad me; sed ad te prius! Profice, et ante omnia hoc cura, ut constes tibi. Quoties experiri voles an aliquid actum sit [6], observa an eadem hodie velis, quæ heri. Mutatio voluntatis in- 4
dicat animum nutare [7], aliubi atque aliubi, appare-

stantissimo, Lysis inscripto, Tom. V, Opp. p. 211 sqq. Bip. *Ruhk.*

1. *Semper prod. amicitia.* Est enim bonum. Lipsii Manud. II, 21. *Ruhk.*

2. *Festina ergo... didiceris.* Veretur enim, ut diu vivat. *Ruhk.*

3. *Re quoque ipsa* I. e. non tantum cogitatione tui, sed etiam convictu et præsentia.

4. *Affer itaque.... munus.* Ad vocem factumque Æschinis, qui se ipse munus Socrati obtulit, ut gratus esset. Noster, lib. I de Benef. c. 8. *Lipsius.*

5. *Propera* mss. lectio est. Erasmi ed. *propera.* Muretus illud *propera* velut e sua conjectura ortum vindicat. *Ruhk.*

6. *An aliquid actum sit*, int. an aliquid profeceris.

7. *Nutare* scripsi cum duobus Ops. codd. Alii vulgo *natare*: sed omnes in *nutare* consentiunt. *S.*—Ruhk. qui edidit *natare*, *aliubi atque aliubi apparere*, Gruterum, inquit, sic distinguentem sequor. Antea distinguebatur: *natare aliubi*, *atque* etc. Editio vetus habet: *natare: et aliubi atque alicubi apparere prout velit ventus.* Aliubi et aliubi est nota ῥᾳστώνης, in diversis locis. Cf. Senec. de Benef. III, 6. Plin. N. H. IX, 54. *Ruhk.*

Digitized by Google

re [1], prout tulit ventus. Non vagatur, quod fixum atque fundatum est. Istud [2] sapienti perfecto contingit, aliquatenus et proficienti provectoque. — Quid ergo interest? — Hic commovetur quidem, non tamen transit, sed suo loco nutat; ille ne commovetur quidem. Vale.

1. *Aliubi apparere.* Sive ut ii qui in navi, arbitrio ventorum, feruntur; sive ut insulæ quædam in aquis vagantes: ut Noster Gruterus notat. *L.*

2. *Istud... provectoque.* De quibus gradibus cf. Lipsium in Man. II, 9. *Fl.*

EPISTOLA XXXVI.

QUAM SIT COMMODA QUIES: DE VOTIS VULGI: DE CONTEMNENDA MORTE.

Adolescens quidam, honesto loco natus, idemque Lucilii amicus, sese ad philosophiæ studium contulerat: quo nomine reprehendebatur a multis, et inertiæ insimulabatur. Quæ quum Lucilius Senecæ perscripsisset, hic istum monet, ut amicum hortetur ad objurgatores istos magno animo contemnendos. Hoc quippe otio id consecuturum, ut fortunæ ludibria evitet. Deinde cavet, ne falsa conditionis denominatio eum terreat, qua iners et horridi animi apud objurgatores audiat. Pergat modo monet bonus esse et fieri, ut habeat, quo senex utatur, et ut ad veram libertatem perveniat, i. e. ad bonam mentem, in quam fortuna nullum habeat jus. Sic summam assequi meditetur, mortis contemtum. Cf. Epist. LXVIII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Amicum tuum hortare, ut istos [1] magno animo contemnat, qui illum objurgant quod umbram et otium petierit, quod dignitatem suam destituerit, et, quum plus conseqni posset, prætulerit quietem omnibus. Quam utiliter suum negotium gesserit, quotidie illis [2] ostentet. Hi [3], quibus invidetur, non desinent transire; alii eli-

1. *Istos* cum contemtu positum, ut sæpe ap. Ciceronem. *Ruhk.*

2. *Ostentet.* Sic mss. *b. c. Ostendet* vulgo. *Ostendit* est in ed. *A. Schw.*

3. *Hi.... non desinent transire* ab uno proposito in aliud, mutare vitam

Digitized by Google

dentur, alii cadent. Res est inquieta felicitas [1]; ipsa se exagitat, movet cerebrum, non uno genere. Alios in aliud irritat; hos in potentiam [2], illos in luxuriam: hos inflat, illos mollit, et totos resolvit. — At bene aliquis illam fert! — Sic, quo modo vinum[3]. Itaque non est quod 2
tibi isti persuadeant, eum esse felicem, qui a multis obsidetur: sic ad illum, quemadmodum ad lacum, concurritur; quem, qui exhauriunt, et turbant. — Nugatorium et inertem vocant. — Scis, quosdam perverse loqui, et significare [4] contraria. Felicem vocabant [5]: quid ergo? erat? Ne illud quidem curo, quod quibusdam nimis hor- 3
ridi animi videtur et tetrici. Ariston [6] aiebat: « Malle se

et statum. Sic fine epistolæ prioris: Hic commovetur quidem, non tamen transit. *Ruhk.*

1. *Felicitas* in communi vocabuli sensu, non philosophico. Ille propter eventum successus, facit ut alii ambitione ducantur ad honores adipiscendos, ideoque ad potentiam etc. *Ruhkopf.*

2. *Potentiam.* Lipsius mallet *impotentiam.*

3. *At bene... vinum.* Plura hic dixisse Noster videtur Lipsio, quæ interierunt. Sed hoc putemus non opus est. *R.* — *At bene... vinum.* Vinum bonum comparatur cum homine felice. Bonitate autem s. felicitate gaudet vinum, eodem modo quo patroni principesve. Ut enim vinum bonum ab hominibus ejus cupidis ad dolium s. *lacum*, quo vinum novum, mustum, deducitur (Tibull. I, 1, 10. Virg. Ge. II, 6 sqq.), confluentibus exhauritur et turbatur, sic et beati illi patroni (vid. Ep. IV, 8, LXVIII, 9 etc.) a clientibus obsidentur, turbanturve. Lipsius illud: *vinum* casu accus. positum, quod tamen nominat. est, intelligens, nec integra hæc, nec plena esse existimat. *R.* — Nos autem non intelligimus quomodo *vinum* foret hic nominativo casu: nam quomodo dici potest vinum ferre felicitatem? Sed hic duplex est comparatio, non una, ut perperam innuit Ruhkopfius; Noster enim dicit inveniri homines qui bene ferant potestatem, ut inveniuntur qui bene vinum ferant, id est, qui vino onerati sui tamen potentes sunt; sed adjicit ideo quod sui potentes remanent, non tamen felices esse; nam illi felices, a postulantibus perpetuo turbantur et inquietantur, lacus similes qui turbatur ab illis quibus potum suppeditat.

4. *Significare* recte ms. *b.* et alii apud Opsop. cum ed. *R.* Vulgo *signare* ab Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c. S.*

5. *Felicem vocabant* illum, qui a multis obsidetur, patronum. Lipsius de Corn. Sulla cogitavit, quem felicem appellatum constat. Cf. Consolat. ad Marc. XII, 6 not. *Ruhk.*

6. *Ariston*, Chius, celeberrimus Zenonis Citiei discipulus, et præce-

Digitized by Google

adolescentem tristem, quam hilarem et amabilem turbæ. Vinum enim [1] bonum fieri, quod recens durum et asperum visum est : non pati ætatem, quod in dolio [2] placuit. » Sine eum tristem appellent, et inimicum processibus [3] suis; bene se dabit [4] in vetustate ipsa tristitia. Perseveret modo colere virtutem, perbibere liberalia studia [5]; non [6] illa, quibus perfundi satis est, sed hæc, quibus tingendus est animus. Hoc est discendi tempus. — Quid ergo? aliquod est, quo non sit discendum? — Minime! sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui [7]. Turpis et ridicula [8] res est elementarius senex : juveni parandum [9], seni utendum est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illum quam optimum feceris. Hæc aiunt beneficia esse expetenda tribuendaque, non dubie primæ sortis, quæ tam dare prodest quam ac-

ptor Eratosthenis al. Cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III, p. 540 sqq. Harl. *Ruhk.*

1. *Vinum enim... placuit.* Ubi enim vinum novellum paulum defæcasset, defundebant in amphoras et cados. Facit huc fragmentum Alexidis ex Comœdia Δημήτριος, ἢ φιλάνδρος inscripta, servatum, parilem sententiam efferens ap. Brunk. Gnom. poet. Græc. p. 183, 11, unde Ariston sua hausisse videri potest. Muretus et Lipsius laudant simillimum Attii dictum ap. Aul. Gell. Noct. Att. XII, 11. *Ruhk.*

2. *In dolio placuit.* Ex more veteri, qui vinum novellum doliis condebant; sed mox ubi paulum defæcasset, defundebant in amphoras et cados. Proculus Jurisconsultus l. XV. Tritic. vino et ol. lege *In dolia vina ea mente conjicimus, ut ex his postea in amphoras et cados defundamus.* Id novellum et turbidum elegantiores fugiebant bibere. *Lipsius.*

3. *Inimicum processibus*, sc. ad potentiam, ideoque felicitati. Sic Epist. CXV, 18 : Queruntur et de consiliis et de processibus suis. *Ruhk.*

4. *Bene se dabit*, etc. Gruterus recte refutat emendationem ICti cujusdam : *bene sedabit vetustate ipsa, tristitiam.* Nam ille loquendi usus tritissimus est. *Ruhk.*

5. *Perbibere liberalia studia* recte habet. *Perhibere* tamen habet Erasmus et codd. Grut. *Prohibere* præstat editio vetus. Noster Epist. XCIV, 4. Hæc quum persuasi mihi et *perbibi.* Similiter Horat. I Epp. II, 67, « Nunc *adbibe* puro Pectore verba puer. » *Ruhk.*

6. *Non illa* e. c. poemata, *sed hæc* sc. philosophica, quæ sola vere liberale studium vocat Noster Epist. LXXXVIII, 1 sqq. *Ruhk.*

7. *Institui*, i. e. in rudimentis esse.

8. *Ridicula. Ridiculosa* ms. *b. S.*

9. *Parandum.* Sic Erasmus et Gruteri codd. Alii male *parendum. R.*

Digitized by Google

cipere. Denique nihil illi jam liberi est [1] : spopondit! minus autem turpe est creditori, quam spei bonæ, decoquere [2]. Ad illud æs alienum solvendum, opus est negotianti navigatione prospera, agrum colenti ubertate ejus quam colit terræ, et cœli favore: ille, quod debet, sola potest voluntate persolvere. In mores fortuna jus non habet. Hos disponat, ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum [3] veniat; qui nec ablatum sibi quidquam sentit, nec adjectum, sed in eodem habitu est, quomodocumque res cedunt [4]; cui sive aggeruntur vulgaria bona, supra res suas eminet [5]; sive aliquid ex istis vel omnia casus excussit, minor non fit. Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet; si in Germania, protinus puer tenerum hastile [6] vibraret; si avorum nostrorum temporibus fuisset, equitare [7], et hostem cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet, et imperat. 6 7

Quid huic ergo meditandum est? Quod adversus omnia tela, quod adversus omne hostium genus bene [8] facit: mortem contemnere! quæ quin habeat aliquid in se terribile, ut animos [9] nostros (quos in amorem sui natura 8

1. *Denique nihil illi jam liberi est: spopondit.* Sic Gruteri codd. Sed Erasmus et ed. vetus: *d. n. i. j. liberum e. sp.* Pinicianus in suis codd. invenit: *liberum esse spopondi. R.*

2. *Minus autem.... decoquere.* Minus turpe est non solvere debita creditori, quam decipere sperantes te ad virtutem accessurum. Nam, ut probat, non penes debitorem est solvere æs alienum, semper autem possumus fieri boni.

3. *Ad perfectum*, subaudi *animum*: qui (perfectus animus) *nec ablatum sibi* etc.

4. *Cedunt.* Sic meliores libri omnes: vulgo *cadunt.* Alias prætermitto librorum varietates. *Schw.*

5. *Supra res suas eminet.* Se altiorem fortuna sua ostendit.

6. *Tenerum hastile*, illorum verbo, frameam (Tacit. de Moribus Germ. 6.) *Lips.*

7. *Equitare.* Nobiliorum aut stirpe equestri oriundorum fuisse nota res. *Ruhkopf.*

8. *Bene facit.* I. e. prompta est et opportuna semper defensio.

9. *Ut animos.* Vulgo *ut et animos*: infra *nec enim opus esset.* Sic Grut.

Digitized by Google

formavit) offendat, nemo dubitat; nec enim opus esset in id [1] comparari et acui, in quod instinctu quodam voluntario iremus, sicut feruntur omnes ad conservationem
9 sui. Nemo discit, ut, si necesse fuerit, æquo animo in rosa jaceat : sed in hoc duratur, ut tormentis non submittat fidem ; ut, si necesse fuerit, stans, etiam aliquando saucius, pro vallo pervigilet, et ne pilo quidem incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum [2] habet incommodum :
10 esse enim debet aliquis [3], cujus sit incommodum. Quod si tanta cupiditas te longioris ævi tenet, cogita, nihil eorum quæ ab oculis abeunt, et in rerum naturam [4], ex qua prodierunt, ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit : veniet iterum [5], qui nos in lucem reponat, dies ;

et Pincian. in suis codd. invenerunt. Erasmus et edit. vetus : *nec necesse esset*. *Ruhk.*

1. *In id c. e. a. in quod instinctu quodam voluntario iremus* : id est, Etenim si iremus ad mortem instinctu quodam voluntario, ut ferimur ad conservationem nostri, non opus esset nos acuere et parare ad eam mortem subeundam.

2. *Mors nullum... incommodum.* Morte enim ait animum dissipari, ideoque non sentire incommodum, quod mors habere possit. Cf. Cic. Tusc. I, 5 sq. Ad sequentia bene confert Lipsius Nostrum de Ben. V, 8. *R.*

3. *Esse enim debet aliquis.* Sic recte ms. *b.* et codd. Ops. Inepte vulgo *aliquid*. *Schw.*—*Esse enim... incommodum.* Int. nam oporteret hominem morti superesse ut ille sentiret incommodum.

4. *Et in rerum naturam.* De Benef. V, cap. 8. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quidquid illi avellitur, ad illam redit : nec perire quidquam potest, quod quo excidat non habet, sed eodem resolvitur unde discedit.

5. *Veniet iterum.* Hæc est non illa Pythagorica, sed stoica quædam παλιγγενεσίς sive (ita loquamur) *renascentia* : cum post orbis deflagrationem, et solennem ἐκπύρωσιν, iterum alius orbis et διακόσμησις, atque eadem et iidem reponentur. Vide me Physiol. II. Dissert. XXII. Tangit et Lucretius hoc dogma lib. III : « Nec si materiam nostram collegerit ætas Post obitum, rursumque redegerit, ut sita nunc est Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ : Pertineat quidquam tamen ad nos id quoque factum. » *Lipsius.*

Digitized by Google

quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed [1] postea diligentius docebo, omnia, quæ videntur perire, mutari. Æquo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis nihil in hoc mundo exstingui, sed vicibus descendere, ac surgere [2]. Æstas abit, sed alter illam annus adducit [3]; hiems cecidit, referent illam sui menses; solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus [4], quidquid præterit [5], repetit: pars cœli levatur assidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc unum adjecero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos, timere mortem: et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non præstat, ad quam stultitia perducit. Vale. 11

1. *Postea*, i. e. alibi. Fortasse in ejus opere nunc deperdito, Magna Moralia inscripto. *Ruhk.*

2. *Surgere* ms. *b.* et alii, rectius quam (ut vulgatæ habent) *resurgere*. *Schw.*

3. *Sed alter illam annus adducit.* Sic ms. *b.* cum ed. *R.* Vulgo *alter annus illam add.* ab Erasm. Sed pœnitet neglectam a nobis esse certissimam Gronovii emendationem, *alter illam Martius adducet.* Martium enim mensem pro initio veris poni, et æstatis hiemisque mentione sæpe ver et autumnum includi apud veteres. Nempe sic ille in vet. cod. reperat, *alter illam artius add.* quod suspicor etiam in aliis vetustioribus libris (si diligentius inspiciantur) iri repertum: sed hæc talia plerumque, magno priscarum litterarum detrimento, negliguntur ab his, quibus veterum librorum excutiendorum potestas contigit. *Schw.* — Sed Ruhkopfius lectionem *Martius* improbat, quod hunc loquendi modum tantum apud poetas usitari putat, ideoque hic non locum habere.

4. *Stellarum iste decursus.* Placuit hoc, quod a Grutero commendatum recepit Lips. tenuitque Gronov. *Discursus* quidem dant mss. *b. c.* et Pal. sec. et Col. cum ed. *A.* et *R.* idque reposuit Ruhk. sed *decursus* tenuit Matthiæ. *Schw.*

5. *Præterit. Præteriit* scriptum volueram, præeuntibus edd. *A.* et *R.* et mss. *b. c.* et Ops. sed non paruere operæ. Perperam vulgo *præterierit*. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXXVII.

DE FORTITUDINE QUAM SUPPEDITAT PHILOSOPHIA.

Adhortatur Lucilium, ut in via ad philosophiam cœpta pergat, nec ab illa abstrahi se patiatur objectione mollitiæ et inertiæ, quam obtrectatores propriam philosophiæ esse statuant. Nam necessitates ut vincamus ab ea docemur, et ut ad veram libertatem perveniamus, rationi nos subjiciendo, qua quidem sola rerum et fortunæ domini fieri possumus. Cf. Ep. IV, V, etc.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quod maximum vinculum est ad bonam mentem, promisisti : virum bonum [1]. Sacramento rogatus [2] es. Deridebit [3], si quis tibi dixerit, mollem esse militiam et facilem : nolo te decipi. Eadem honestissimi hujus et illius turpissimi auctoramenti [4] verba sunt : uri, vinciri, fer-

1. *Promisisti : virum bonum.* Ruhk. cum Lipsio *promisisti virum bonum*, nulla interpunctione. Utrovis modo legas idem sensus est; scilicet eum, qui promisit, maximo vinculo teneri.

2. *Rogatus.* Sic quatuor Grut. codd. et Pinciani, Erasmus et editio vetus, laudatque sic Brisson. IV init. de formulis. Antea : *ligatus.—Sacramento rogatus es* ex formula, qua milites ad jusjurandum adigi solebant. Comparat autem studium philosophiæ cum militia. Hinc Quintilian. Institut. Orat. XII, 2, p. 872 (ed. Lugd. 1665), de philosophis, quos oratori opponit : Sed hæc inter ipsos, qui velut sacramento rogati, etc. *Ruhk.*

3. *Deridebit* antiqua est lectio ap. Erasm. et Grut. Muretus tamen ab uno Pinciani codice sumpsit : *Decipit s. q. t. — Deridebit... facilem.* Idem quoque Quintil. l. l. objicit philosophis otium, s. abstinentiam a re publica administranda : « Non alia vitæ secta longius a civilibus officiis, atque ab omni munere oratoris recessit. » Uterque tamen causam suam recte tuetur. *Ruhk.*

4. *Turpissimi auctoramenti*, gladiatorii. Vide ad Epist. VII et LXXI, 21. Erant autem, Lipsio notante, hi gladiatores in sagina, sed cujus exitus cruentus. Eo allusum. *Ruhk.*

Digitized by Google

roque necari [1]. Ab his [2], qui manus arenæ locant, et edunt ac bibunt quæ per sanguinem reddant [3], cavetur, ut ista vel inviti patiantur; a te, ut volens libensque patiaris. Illis licet [4] arma submittere, misericordiam populi tentare : tu neque submittes, nec vitam rogabis; recto tibi invictoque moriendum est. Quid porro prodest, paucos dies aut annos lucri facere? sine missione nascimur. — Quomodo ergo, inquis, me expediam? — Effugere non potes necessitates; potes vincere. Fiat via [5]! et hanc tibi viam dabit Philosophia. Ad hanc te confer, si vis salvus esse, si securus, si beatus; denique si vis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abjecta, sordida, servilis, multis affectibus et sævissimis subjecta. Hos tam graves dominos interdum, alternis imperantes, interdum pariter, dimittit a te sapientia, quæ sola libertas est. Una ad hanc fert via, et quidem recta : non aberrabis; vade certo gradu! Si vis omnia tibi subjicere, te subjice rationi! Multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces, quid et quemadmodum aggredi debeas : non incides rebus [6]. Neminem mihi dabis, qui sciat, quomodo, quod vult, cœ-

2

3

4

1. *Uri, vinciri, ferroque necari.* Sic Horatius : « Quid refert uri, virgis ferroque necari Auctoratus eas. » Et Petronius : « In verba Eumolpi sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, tanquam legitimi gladiatores. »

2. *Ab his... cavetur* : ab illis exigitur ut promittant sacramento.

3. *Et edunt ac bibunt quæ per sanguinem reddant.* Bene vertit *Lagrange : Qui boivent et mangent, pour avoir plus de sang à répandre.*

4. *Illis licet... tentare* ut victi vulnerative : tum populus pollice presso (Horat. I Epp. XVIII, 66) *missionem* dabat, i. e. morti exemit : missionem recusans pollicem vertebat. Proinde *sine missione nascimur* ad mortem luctamque cum necessitatibus malisque vitæ nostræ destinati sumus. *Ruhk.*

5. *Fiat via.* Sic Erasm. et Palat. sec. at reliqui Gruteri quatuor : *Fit via et h.* Gruterus emendat : *Fit via vi* Virgiliano hemistichio. *Ruhk.*

6. *Non incides rebus.* Vertit *Lagrange : Vous ne serez plus étranger à vos actions :* non inter res quasi inexpectatas incides, sed ipse rerum

Digitized by Google

perit velle[1] : non consilio adductus ullo[2], sed impetu impactus est. Non minus sæpe fortuna in nos incurrit, quam nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri, et subito, in medio turbine rerum stupentem, quærere : Huc ego quemadmodum veni ? Vale.

dominus, reges cursum vitæ tuæ.

1. *Qui sciat quomodo, quod vult, cœperit velle*, callide vertit *Lagrange : Qui puisse retrouver le fil de ses volontés.*

2. *Non consilio adductus ullo. Illo* scribendum videtur cum ed. *R.* et ms. *b.* et Col. id est, *illuc*, ad id quod cœpit velle. Conf. Epp. XLV et LXXXIV. *Schw.*

EPISTOLA XXXVIII.

LAUDAT BREVES SERMONES.

Epistolarum hoc commercium familiare, cujus continuationem Lucilius optaverat, maximopere commendat Seneca præfertque illud disputationibus publicis iisque præparatis. Hæc enim submissiora ejus verba familiariter enunciata facilius intrant animum et hærent, atque seminis modo fructificant et diffunduntur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MERITO exigis, ut hoc inter nos epistolarum commercium frequentemus. Plurimum[1] proficit sermo, qui minutatim irrepit[2] animo : disputationes præparatæ et effusæ, audiente populo, plus habent strepitus, minus

1. *Plurimum.... animo* cui eo ipso copia fit talis sermonis accuratiorem rationem habendi quam disputationum, i. e. inprimis recitationum et orationum publicarum, quippe quæ velociter et magno cursu convolutæ non solum sæpe meditationem impediebant, sed quum ostentationis causa haberi solerent, illa familiaritate destitutæ erant, qua id solum efficiendum est, ut nulla movendi delectandive ratione habita, sincere et nude consilia bona dentur, et bona voluntas dirigatur, quum illæ conciones eam demum elicere possint. *Ruhk.*

2. *Irrepit.* Sic ms. *b.* cum ed. *R. Inrepit* mss. Ops. Vulgo *irrepserit. S.*

Digitized by Google

familiaritatis. Philosophia bonum consilium est; consilium nemo clare dat[1]. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, concionibus, ubi, qui dubitat, impellendus est: ubi vero non hoc agendum est, ut velit discere, sed ut discat, ad hæc submissiora verba veniendum est. Facilius intrant et hærent[2]: nec enim multis opus est, sed efficacibus. Seminis modo spargenda sunt; quod, quamvis sit exiguum, quum occupavit idoneum locum, vires suas explicat, et ex minimo in maximos auctus[3] diffunditur. Idem facit ratio[4]: non late patet, si aspicias; in opere crescit. Pauca sunt quæ dicuntur; sed si illa animus bene exceperit, convalescunt et exsurgunt. Eadem est, inquam, præceptorum conditio, quæ seminum: multum efficiunt, etsi angusta sunt[5], tantum, ut dixi, idonea mens rapiat[6] illa et in se trahat. Multa invicem et ipsa generabit, et plus reddet, quam acceperit. Vale.

1. *Clare.* Sic Erasm. et ed. vetus cum omnibus scriptis. Muretus tamen mutavit, ut videtur, ex ingenio: *consilium nemo clamore dat*, non male, judice Lipsio. Sed Vulgata bene habet, i. e. clara et elata voce: cujus usus loquendi exempla nota sunt. Mox exponit Noster: *ad hæc submissiora verba veniendum est. Ruhk.*

2. *Et hærent.* Sic Palatini quatuor ap. Gruter. et editio vetus. At membr. Col. ap. Grut. præstat *intrant et fortius hærent*, cui lectioni favet Gruter. legens: *sed et h.* Erasmus: *sed h.* Sed cur a priore lectione discedamus, non pervideo. *Ruhk.*

3. *Auctus.* Recepit Gruter. ex trilus codd. suis, adstipulante Modio Nov. Lect. Ep. LXX. Gruterus laudat Lucret. II, 1121, «hilarem grandescere ad auctum,» ubi Creech. habet: «hilaro gr. adauctu.» Occurrit tamen auctus arboris ap. eundem Lucret. VI, 167, 326. Antea: *actus*, i. e. spatium, quod in agris est, agrimensorum: cf. Columell. V, 1, et Varro de R. R. III, 11 extr. I, 10. *Ruhk.*

4. *Ratio.* Sic Erasm. editio vetus, cod. Col. aliique. Recte. Nam de philosophia sermo est, quæ interdum et ratio apud Nostrum vocatur, e. c. in Epist. superiori. Pauca sed efficacia verba affert, disputatio autem multa et ea artificiosa. Itaque non admitto Pincianum Gruterumque ex codd. nonnullis *idem facit oratio* scribi jubentes. *Ruhk.*

5. *Etsi angusta sunt*, i. e. quibus ornatus et splendor eloquentiæ desunt, *submissiora*, § 1, exilia, tenuia, ἰσχνά. Cf. Ernesti Lexicon Technol. Lat. rhet. voce: *Angustus* et *Summissus. Ruhk.*

6. *Rapiat. Capiat* reperitur in ed. *A.* et in ms. *c.* quod neminem movere debet. *S.*

Digitized by Google

EPISTOLA XXXIX.

DE INCOMMODIS BONÆ FORTUNÆ.

Commentarios ut perficiat monenti Lucilio respondet, se in eo esse, ut ordinet et in angustum redigat. Quos donec accipiat, hortatur, ut alios philosophos bono tamen ordine pertractet, et iis ad majora expergefieri se patiatur, humilibus et sordidis infra se positis et calcatis. Nec iis delectari eum vult, quæ plerumque magna habentur : omni enim utilitate destituuntur, quippe inania et ex libidine solummodo oriuntur meramque infelicitatem pariunt.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

COMMENTARIOS[1], quos desideras, diligenter ordinatos[2] et in angustum coactos, ego vero componam; sed vide ne plus profectura sit ratio ordinaria[3], quam hæc, quæ nunc vulgo *breviarium* dicitur; olim, quum latine loqueremur[4], *summarium* vocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, hæc scienti : illa enim docet, hæc admonet. Sed utriusque rei tibi copiam faciam. Tu a me

1. *Commentarios* Philosophicos, ut conjicio, sed breves et summam continentes. *Lipsius.* — Si compares Ep. CVI, 2; CVIII, 1; CIX, 14, vix dubites, quin Moralium libri hic a Seneca dicantur : libros enim totam moralem philosophiæ partem quum maxime ordinare se profitetur. Breviarium tamen itidem composuisse videtur. *Ruhk.*

2. *Ordinatos.* Gruterus et Lipsius recte præferunt hanc meliorem librorum scriptorum lectionem alteri : *ornatos.* Ordinem enim inprimis desiderat. Cf. § 2, Epist. XL, 2 fin.: nec ornatus in summario ratio habetur, sed ordinis : add. Ep. CVIII, 1. *R.*

3. *Ratio ordinaria.* Sic recte ed. *R.* cum mss. *b.* Ops. Juret. Pal. sec. et Col. non (ut vulgo) *oratio ord.* — Ruhkopfius qui edidit *oratio ordinaria* sic commentatur : *oratio ordinaria* ordine alterum ex altero explicans copiosus et latius effert: contrarium fit in breviario quod nostris compendiis recte compares.

4. *Quum latine loqueremur* pro suspectis habeam. Quidni enim *breviarium*, quod a doctissimo Suetonio adhibitum videmus, æque latinum

Digitized by Google

non est quod illum [1] aut illum exigas : qui notorem [2] dat, ignotus est. Scribam ergo [3] quod vis, sed meo more. Interim [4] multos habes, quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus *Indicem Philosophorum;* hæc ipsa res expergisci te coget, si videris quam multi tibi laboraverint : concupisces et ipse ex illis unus esse. Habet enim [5] hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida ; magnarum rerum species ad se vocat, et extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, jacere [6] ac deprimi non potest, non magis quam quiescere ; ita noster [7] animus in motu est, eo mobilior et actuosior, quo vehementior fuerit. Sed felix, qui ad meliora hunc impetum dedit ! ponet se extra jus ditionemque fortunæ ; secunda temperabit, adversa comminuet, et aliis admiranda [8] despiciet. Magni animi est magna

2

3

4

sit ac *summarium*, quod alioquin vix memoratur? Neque Senecæ tempore tantopere defecerat Latinitas, neque Seneca usquam suam ætatem præ superiore parvi habuit, si quando de sermone et litteris bonis locutus sit. *Ruhk.*

1. *Non est quod illum* etc. *Lagrange* optime interpretatur : *N'exigez pas de citations ; il n'y a que les inconnus qui donnent des répondans.*

2. *Notorem*, cognitorem, qui confirmat quæ dicimus. Hinc se auctores sententiarum non adducturum in commentariis esse dicit. *Ruhk.*—Noster in ludo de morte Claudii : « Si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. » Xenophon γνωτῆρα dixit : et adhiberi solet, ubi de statu aut qualitate cujuspiam dubitatur. Dicit igitur Seneca : « mihi credere et fidere debebis; alium notorem sive cognitorem (ut loquitur Cicero) non dabo. » *Lipsius.*

3. *Ergo* mss. *b. c.* cum ed. *R.* et *A.* Vulgo *ego*, a Mur. *Schw.*

4. *Interim.* Tantisperdum libros meos hosce legere possis, multos auctores philosophicos habes quos legas : sed ordinem serva, qui in legendis hisce libris sæpe negligitur. Eligat autem eos monet, duce indice philos. qualem v. e. Grammatici Alexandrini et eorum vestigiis insistens Quintil. Inst. Or. X, 1, dederunt. *Ruhk.*

5. *Habet enim hoc optimum in se generosus a. q* Omnium librorum scriptura : Erasmus tamen illud : *optimum* rejecit. *Ruhk.*

6. *Jacere ac deprimi p.* vulgata est idque jure. *Latere* codicis Col. ap. Grut. explicatio est τοῦ *jacere. R.*

7. *Ita noster.... in motu est.* Vide Consolat. ad Helviam c. VI.

8. *Et aliis admiranda d.* Sic edit.

Digitized by Google

contemnere [1], ac mediocria malle quam nimia : illa enim utilia vitaliaque [2] sunt ; at hæc, eo quod superfluunt [3], nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas ; sic rami onere franguntur ; sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis quoque evenit, quos immoderata felicitas rumpit ; qua non tantum in aliorum injuriam, sed etiam in suam, utuntur [4]. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quam in quosdam voluptates suæ sunt? quorum impotentiæ atque insanæ libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod, quæ fecere, patiuntur. Nec immerito hic illos furor vexat : necesse est in [5] immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modum transilit. Illa enim habet suum finem [6] ; inania et ex libidine orta sine termino sunt. Necessaria metitur utilitas : supervacua quo redigis? Voluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt : et ob hoc

vetus Erasmusque. Gruterus tamen reducere se ait vocula *m* suasu quinque membr. *Ruhk.*

1. *Magna contemnere*, i. e. quæ vulgo eximia habentur. *Ruhk.*

2. *Utilia vitaliaque s.* editio vetus et quatuor codd. Grut. Probat Turnebus Advers. XVIII, 27, qui confert Horat. II Serm. 7, 4. At ap. Erasmum al. decrat vocula *utilia* : injuria. — *Vitalia*, mansura, vitam et ævum ferre possunt. *Ruhk.*

3. *Eo quod superfluunt.* Sic commode edd. inde a Mur. et jam ante Erasmum, cum mss. Pal. 2, 3, 4, et Col. Sed rectius fuerit *eo quo superfluunt*, quod habet ed. Erasm. cum ms. *c.* et codd. Ops. Conf. XLV. Perperam *ea quæ sup.* ed. *A.* et ms. *b.* Idem vero ms. *b.* et ed. *A.* pro *at hæc*, *ad hæc* scribunt : quomodo et frequenter alias litteræ *t* et *d* in libris nostris permutantur. *Schweigh.*

4. *Utuntur.* Hanc lectionem, quam ex ora Erasmi recte receperat Mur. firmant mss. *b.* Pal. sec. et alii. Ed. *R.* dat *vertuntur*, sed in eadem ed. pro *qua*, *quia* scribitur, ubi *qua* recte tenent alii omnes libri. *Qua...vertuntur* ed. Eras. cum ed. *A.* et ms. *c.* ac nonnullis Grut. quod revocatum est a R.

5. *Necesse est in immensum.* Sic ed. Matth. cum aliis inde a Mureto. Adjici post *necesse est* debuerat particula *enim*, quam a Grutero commendatam reposuit Ruhk. agnoscuntque edd. vett. cum mss. *b. c.* Idem Arg. *b.* etiam una vocula auctius, *necesse est enim ut in immens. Schw.*

6. *Illa enim habet suum finem.* Corrige *Ille enim* (scil. *naturalis modus*) præeuntibus edd. vett. et mss. *b. c.* Vitiosa scriptura *illa* inde ab ed. Mur. in alias omnes, nemine

Digitized by Google

miserrimi sunt, quod eo pervenerunt[1], ut illis, quæ supervacua fuerant, facta sint necessaria. Serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur; et mala sua (quod malorum ultimum est) amant. Tunc autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent; et desinit esse remedio locus, ubi, quæ fuerant vitia, mores sunt[2]. Vale.

animadvertente, propagata erat. *S.* —Si tamen τὸ *illa* servaris, intelligi debet de illa *cupiditate quæ intra naturalem modum consistit.*

1. *Pervenerunt.* Temere *perveniunt* exhibet ed. Mur. quod ipsum rursus vitium ex Illi edit. in alias ante nostram omnes migraverat. *Schw.*

2. *Vitia, mores sunt.* Tacitus in German. c. XIX: « Nec corrumpere et corrumpi sæculum vocatur. » Ita enim prætexunt vulgo, Mores sunt, sic vivitur, sæculum est. Cf. Epist. L, 3. *Lips.*

EPISTOLA XL.

QUÆ DECEAT PHILOSOPHUM ELOQUENTIA.

Gratias amico agit, quod frequenter sibi scribit: unum quippe modum esse, quo sibi absens ostendere possit, qualis sit, seque esse protinus una. Tum transit ad Serapionem philosophum, aut Sophistam, quem scripserat in itinere ad Siciliam applicuisse, et uti tunc temporis erat usitatum, publicas recitationes et orationes habuisse: reprehendit ejus promptum et profusum sermonem, ut philosopho parum aptum, in quo omnia composita et sedata esse debent. Nam quum rem magnam ac seriam agat philosophus qui docet, ejus oratio gravis, composita et tarda esse debet, quippe quæ magis intrat, descendit atque hæret ad bonam mentem effingendam. Quæ quidem omnia secus habent in oratione opposita, quæ utilitate et voluptate destituta est; nec oratorem quidem commendare valet, utique Romanum. Proinde tardiloquum esse Lucilium jubet.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quod frequenter mihi scribis, gratias ago; nam quo uno modo potes, te mihi ostendis. Nunquam epistolam

Digitized by Google

tuam accipio, ut non[1] protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absentium jucundæ sunt, quæ memoriam renovant, et desiderium absentiæ falso atque inani solatio levant; quanto jucundiores sunt litteræ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt? Nam, quod in conspectu dulcissimum est[2], id amici manus epistolæ impressa præstat, agnoscere.

2 Audisse te, scribis, Serapionem philosophum[3], quum istuc applicuisset; solere magno cursu verba [4]convolvere, quæ non effundit[5], immo premit et urget; plura enim veniunt, quam quibus una vox sufficiat. Hoc non probo in philosopho, cujus pronuntiatio quoque, sicut vita, debet
3 esse composita: nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur et properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata, et sine intermissione in morem nivis superve-

1. *Ut non. Quin* unus noster *ms. b.* commode, sed ex scholio. Et alibi istam formulam, *ut non*, pro *quin*, amat Seneca: velut Epist. XCIV. Ubi tenet *ut non* vetus noster cod. *a.* cum ed. *R.* sed ms. *c.* cum ed. *A. nisi* habet, ex scholio. *Schw.*

2. *In conspectu dulcissimum est.* Nempe, *agnoscere.* Itaque distinctione ego juvi. Sicut oculis præsentem agnoscimus, sic absentem ex impressa manu. *Lipsius.*

3. *Serapionem philosophum.* Quis philosophaster ille fuerit, nescio: nisi quod illo et sequenti ævo tales fuci multi. *L.*—Fabric. in Bibl. Gr. Vol. III, p. 575 not. tt. Serapionem Hierapolitanum, a Stephano Byz. in voce Ἱεράπολις memoratum, hunc esse putat, philosophum stoicum. De Sophistarum peregrinationibus vide Luci. Somnium c. 7, et quem ibi laudat Solanus, Cresolium A. G. X, 87. *R.*

4. *Verba convolvere.* Sic edd. inde ab Erasmo, ex ipsius quidem (puto) ingenio, sed recte: nam, quod ed. *R.* et *A.* cum mss. dabant, *verba convellere*, id prorsus ab hoc loco alienum videtur; nec huc facit id quod dein in eadem hac Ep. § 10, de alio homine memoratur, *singula verba vellente. Schw.*—*Solere... convolvere* i. e. sine delectu et velocissime verba pronuntiare. Sic § 6, tales verborum sine delectu ruentium strepitus. *Ruhk.*

5. *Quæ non effundit, immo premit.* Variant libri. *Quæ non effundit unâ vox sed premit* ed. *R.* idque a Pinc. et Grut. commendatum recepit Ruhk. *Quæ non effundit una voce sed premit* ed. *A.* et ms. *c. Quæ non effundit una, sed premit* ms. *b.* et ed. Erasm. aliæque ante Ruhk. Nobis istud placuit, quod in vetustioribus Pinciani libris legebatur. *Schw.*

Digitized by Google

niens [1], oratori data est; at lenis et melle dulcior [2] seni profluit. Sic itaque habe, istam vim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti [3], quam agenti rem magnam ac seriam, docentique. Æque stillare [4] illam nolo, quam currere: nec extendat aures [5], nec obruat. Nam illa quoque inopia et exilitas [6] minus intentum auditorem habet, tædio interruptæ tarditatis: facilius tamen insidit quod exspectatur, quam quod prætervolat. Denique tradere homines discipulis [7] præcepta [8] dicuntur: non traditur, quod fugit. Adjice nunc, quod, quæ veritati operam dat oratio, incomposita debet esse et simplex: hæc popularis nihil habet veri; movere vult turbam, et 4

1. *In morem nivis superveniens. Apud Homerum.* Il. III, 222, de Ulysse cui donat ἔπεα νιφάδεσσι ἐοικότα χειμερίῃσιν, quod de copia bene interpretatus Seneca, et dense verba cecidisse ut nives. *Ruhk.*

2. *Seni*, Nestori apud eumdem. *R.*

3. *Istam vim... aptiorem esse circulanti.* Sic recte ed. Lips. et Gron. ut suaserat Ops. *ut istam... circulanti judices* ed. Er. et Mur. quod revocavit Ruhk. In ed. Matth. omissa quidem est *ut* particula, sed servatum verbum *judices*. Jam *ut* tenent quidem edd. vett. et plerique mssti, nempe temere interpolatam particulam, quæ præcedenti *sic* responderet: sed verbum *judices* abest ms. *b.* et tribus Ops. esse et hoc verbum ex scribæ alicujus ingenio assutum, satis apparet ex librorum dissensu, e quibus unus Opsopœi *scias* habebat, credas vero ed. *R. cognoscas* ed. *A. cognoscis* ms. *c.* denique alii ante *aptiores* ponunt id verbum, alii post *circulanti*. *Schw.* — *Circulanti*, ostentationis et lucri causa urbes adeunti ibique declamatiunculas suas recitanti. *R.*

4. *Stillare* lentissime verba quasi annumerare: metaphora egregia ad illud tarditatis vitium significandum, deprompta, ut videtur, a clepsydra. *R.*

5. *Extendat aures.* Quæ pendent et quasi trahuntur a diu tracto verbo, aut sensu. *Lipsius.*

6. *Inopia et exilitas*: opponitur vis dicendi rapida et abundans. Tribuitur inprimis hoc aridum et exile dicendi genus Stoicis a Cicerone aliisque. Cf. Ernesti Lexic. Technol. Lat. rhet. voce *Exilis*. *Ruhk.*

7. *Homines discipulis.* Meus, *disciplinis*, nec male. *Lips.*—Deleo insititium *homines*, et scribo: *Denique tradere discipulis præcepta dicuntur.* Et hoc addo illis quæ ad II de Ira c. 12 (et 34). *Gronov.* — Docuerat autem ibi, Nostrum aliosque probatos auctores interdum Subjectum omittere. Jejunum est haud dubie h. l. illud *homines*: sed quum omnes codd. et edd. præstent, acquiescendum puto in vulgata. *Ruhk.*

8. *Præcepta. Præparata* ms. *b.* quod vulgato nemo facile prætulerit. *Schw.*

Digitized by Google

inconsultas aures impetu rapere: tractandam se non præ-
5 bet; aufertur. Quomodo autem regere potest, quæ regi non potest? Quid, quod hæc oratio, quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet? remedia non prosunt, nisi immorentur. Multum præterea habet inanitatis et vani; plus sonat, quam valet. Lenienda sunt quæ me exterrent, compescenda quæ irritant, discutienda quæ fallunt; inhibenda luxuria, corripienda ava-
6 ritia. Quid horum raptim potest fieri? quis medicus in transitu curat ægros? Quid, quod ne voluptatem quidem ullam habet talis verborum sine delectu ruentium strepitus? Sed, ut pleraque, quæ fieri posse non crederes, cognovisse satis est; ita istos, qui verba [1]exercuerunt, abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari velit? quid de eorum animo judicet, quorum ora-
7 tio perturbata et immissa est [2], nec potest reprimi! Quemadmodum per proclive currentium, non ubi visum est, gradus sistitur; sed incitato corporis pondere se rapit, ac longius, quam voluit, effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est, nec satis decora philosophiæ, quæ ponere debet verba, non projicere, et pedetentim procedere. — Quid ergo? non aliquando et insurget? — Quidni? sed salva dignitate morum, quam
8 violenta ista et nimia vis [3] exuit. Habeat vires magnas,

1. *Ita istos, qui verba exercuerunt* i. e. effuderunt et presserunt. Idem esse videtur, quod § 2, magno cursu verba convolvere. Nam *exercere* sæpe est urgere et instare. Et mox § 9 ait: Recte ergo facies, si non videris istos, qui quantum dicant, etc. *R.*

2. *Immissa*: Sic omnes scripti. Muretus *admissa* ex conjectura in textum invexit. Sed illud haud dubie huic loco convenit, quod quivis novit, cui venit in mentem *immissarum habenarum*, notante Grutero. *Ruhk.*

3. *Et nimia vis.* Quidam libri *inimica vis;* alii prorsus omittunt cum Erasmo: alii, ut cod. Col. editio Rom. et vetus dant *et nimia vis*, quod bene habet. Lipsius suspicatur: *et inimica vis. Ruhk.*

Digitized by Google

moderatas tamen; perennis sit unda, non torrens. Vix oratori permiserim [1] talem dicendi velocitatem, irrevocabilem, ac sine lege vadentem. Quemadmodum enim judex subsequi poterit, aliquando etiam imperitus et rudis? Tum quoque [2], quum illum aut ostentatio abstulerit, aut affectus impetus sui [3], tantum festinet atque ingerat, quantum aures pati possunt [4].

Recte ergo facies, si non videris istos, qui, quantum dicant, non quemadmodum, quærunt; et ipse [5] malueris, 9

1. *Vix oratori permiserim.... vadentem.* Idem præcepit Quintil. Inst. Or. II, 12, et aliis bene multis locis: quamquam Cicero non sine laude interdum hoc memoraverit. Cf. Ernesti Lexic. sæpius laudatum, voce: *Ardere. Ruhk.*

2. *Tum quoque*, etc. Vel tum, quum, etc. orator non magis festinare debet quam audientis aures pati (sequi) possunt.

3. *Aut affectus impetus sui.* Omnes fere codd. et vett. edd. sic habent: quidam habent *effectus*. Ex Mur. conj. *impotens sui*.

4. *Pati possunt.* Grut. et Lipsius: *pati non possunt*, sed Erasmici aliique codd. cum vett. edd. particulam negandi ignorant. Et abesse debet, quippe quæ inserta sit, postquam vitiosa distinctio eam requirere visa est. Impetus affectus illius, quem simulat, quem sensit atque induit, ut eum transfundat in judicem. Lib. II de Ira 17 init. Orator, inquit... affectum. Hæc fere Gronov. quem in distinguendo hoc loco secutus sum. *R.*

5. *Et ipse malueris, si necesse est, vel P. Vinicium dicere.* Post *malueris* delevi vocem *aliquando*, ab Erasmo sive ex mera conjectura, sive ex scholio quodam adjectam: tum sequentia verba repræsentavi qualia scribuntur in ms. *b.* et codd. O, s. cum quibus consentiunt nonnulli ex Gruterianis, Nec aliud debuit ed. *R.* in qua quidem perperam *Vicinium* et *discere* scribitur. Diserte vero etiam ed. *A.* dat *si necesse est Publium Vinicium dicere*. Quæ quum corrupta judicassent viri docti, olim ex Erasmi conject. edebatur, *vel juxta P. Vinicium dicere*; pro quo Lipsii conjecturam, *velut P. Vinicius dicere*, recepit Ruhk. Suspicatus autem erat Erasmus, fortasse etiam sic dixisse Senecam *Vinicium dicere*, pro *dicere ut Vinicius*, quomodo Virgilius Æn. I, 332, dixit, *nec vox hominem sonat. Schw.* — Quam Lipsii interpret. ipse Noster confirmat mox dicens: *sic dicere quomodo Vinicius*. Schw., servata veterum librorum scriptura in textum recepta, interpretatur: si necesse est ut vel P. Vinicium tibi nominem, quem potius sequaris; et fingit ab his verbis *v. P. Vin. dicere* usque ad ista, *non potest jungere*, consulto interruptam quodammodo esse orationem, quæ deinde post istam parenthesin commode sic resumatur et cum superioribus connectatur, *Quidni malis tu sic dicere quomodo Vin.?* Sed ad hæc confugere minime necesse erit si admiseris post *dicere* interlocutorem mutari.

Digitized by Google

si necesse est, vel P. Vinicium[1] dicere.—Qui[2] itaque? Quum quæreretur quomodo P. Vinicius diceret, Asellius ait : « Tractim[3]. » Nam Geminus Varius ait : « Quomodo istum disertum dicatis, nescio ; tria verba non potest jungere. » — Quidni malis tu sic dicere, quomodo Vinicius? Aliquis tam insulsus intervenerit, quam qui illi singula verba vellenti[4], tanquam dictaret, non diceret, ait : « Dic, vel nunquam dicas. » Nam Q. Haterii[5] cursum[6], suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano volo. Nunquam dubitavit, nunquam inter-

1. *P. Vinicium.* Pro istis, *vel P. Vinicium dicere*, Gronovius ait in suo libro se reperisse *vel Vinicium Publium dicere* ; unde illi vera scriptura visa erat, *velut Vinicius Publius dicere*. Ac satis quidem novimus, postponi subinde solita illo ævo prænomina : sed in eo codice, e quo istam scripturam retulit Gronovius aliam suspicor fuisse permutationis illius rationem. Nempe, ut in nostro ms. *b.* sic in illo, pro nuda littera *p.* quam contextus habebat, in ora exserte scriptum erat nomen *publium* : illud autem nomen scriba illius codicis in contextum adsciturus, alieno loco posuit. Ita unius codicis msti usura doctissimos etiam viros in errorem sæpe induxit ; quem errorem non nisi plurium inter se codicum collatio, diligenter et per otium instituta, eximere potest. Alio modo errarunt illi scribæ, qui (ut est in nostro ms. *c.* et in duobus Palatinis) *per Publium Vinicium* scripsere : nam hi litteram *p*, quæ in contextu erat, pro compendiosa scriptura præpositionis *per* acceperant, cui deinde nomen *Publium*, ex ora libri adscitum, junxerunt. *S.* —P. Vinicius, Asellius et Geminus Varius declamatores illius ævi, de quibus Seneca pater conferri debet. *Ruhk.*

2. *Qui itaque? Quum quæreretur quomodo P. Vinicius diceret*, etc. totidem verbis leguntur in ed. *R.* et *A*, et mstis ; nihil a nobis vel adjectum vel mutatum, nisi quod interrogationis signum post *itaque* posuimus : sed primum Erasmus vocab. *itaque* abjecit, dein Muretus et ista *P. Vinicius* delevit, atque ita prorsus obliterata vulgo erat vetus scriptura. *S.*—Sensus erit : qui, i. e. quomodo fit igitur ut tale exemplum proponas? et sequentibus Vinicium irridet.

3. *Tractim*, de tarda pronuntiatione. Cf. Ernest. Lexic. Rhetor. Lat. v. *Tractus*. A. Gell. IV, 6, VII, 10. *R.*

4. *Singula verba vellenti*, i. e. membratim cæsimque pronuntianti, carpenti orationem. Recte monet Ernesti Lexic. laud. p. 52, opponi continuæ orationis volubilitati. *R.*

5. *Q. Haterii* est ex emendatione Lipsii ad Tacit. Annal. IV, 61. Muretus in idem inciderat. Laudat Gruterus. Antea : *Namque Echerii.* Codd. dant : *N. Hereri ; Hacleri ; Theri ; Herennii ; Heteri. Ruhk.*

6. *Cursum*, i. e. celeritatem, flumen verborum. Cic. Or. III, 33, 16, quæ

Digitized by Google

misit; semel incipiebat, semel desinebat. Quædam tamen et nationibus puto magis aut minus convenire. In Græcis hanc licentiam tuleris; nos, etiam quum scribimus, interpungere assuevimus[1]. Cicero quoque noster, 11
a quo Romana eloquentia exsilivit, gradarius[2] fuit. Romanus sermo magis se circumspicit, et æstimat, præbetque æstimandum. Fabianus[3], vir egregius et vita, et scientia, et (quod post ista est) eloquentia quoque, disputabat expedite magis, quam concitate; ut posses dicere, facilitatem esse illam, non celeritatem. Hanc ego in viro sa- 12
piente recipio: non exigo, ut oratio ejus sine impedimento exeat; proferatur tamen malo, quam profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi res ista contingere aliter, quam si te pudere desierit. Perfrices frontem oportet, et te ipse non audias: multa enim 13
inobservatus ille cursus feret, quæ reprehendere velis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, salva verecundia. Præterea exercitatione[4] opus est quotidiana, et a rebus studium transferendum est ad verba. Hæc autem, etiam si aderunt, et poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt: nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit, ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum hæc erit: tardiloquum te esse jubeo. Vale.

loca Ernestio l. l. voce *Cursus* debeo. *Ruhk.*

1. *Nos.... etiam.... assuevimus*, notis post singula verba positis. Neque enim alia adhuc interpunctio usurpata antiquis. Tractavi in epistola quadam ad Audecantium. *Lipsius.*

2. *Gradarius.* Oppositi sunt clamatores ad clepsydram. Ut equus moderatior dicebatur gradarius, sic quoque orator, qui sibi in cursu verborum moderatur, appellatus est. *R.*

3. *Fabianus.* Cf. de eo Consol. ad Marc. c. XXIII. *Ruhk.*

4. *Exercitatione.* Idem consilium Quintil. Instit. Or. II, 13, fin. dedit: « Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præstantissimo consilio constat ars dicendi. » *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XLI.

DEUM IN VIRO BONO SEDERE.

Laudat amicum, quod perseverat in studio philosophiæ, quo ad bonam mentem perveniat. Non ab alio quam a se ipso quisque illam impetrare potest: in nobis deus est, qui nos adjuvat, observat custoditque. Etenim bonus vir sine eo nemo est. Colamus itaque ipsum et animum, qui ab illo descendit. In eo propria nostra bona sunt: alia omnia aliena, nec propria sunt hominis, sed est animus et ratio in eo perfecta.—Verbo tantum monendum est, sermonem esse hac in epistola de animo nostro et avulso ab æthere et parte animæ mundi, quem Noster Chrysippum secutus spiritum vocat, inde ab ortu nostro insitum nobis totumque corpus permeantem, πνεῦμα συμφυτόν. Cf. Lipsii Manuduct. in phil. stoic. II, 19 et Physiol. 3, addas Tiedemann *Geist der spekul. Phil.* II, p. 489 sqq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Facis rem optimam, et tibi salutarem, si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem; quam stultum est optare, quum possis a te impetrare[1]. Non sunt ad cœlum elevandæ manus, nec exorandus ædituus[2], ut nos ad aurem[3] simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te Deus, tecum est, intus est! Ita dico, Lucili: sacer[4] intra nos spiritus sedet, malorum bono-

1. *A te impetrare*. Ita et Horatius: « Hæc satis est orare Jovem quæ donat et aufert: Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse parabo. »

2. *Ædituus*, νεωκόρος, cui templi expurgandi tuendique cura demandata erat: ὁ τοῦ νέω ἐπιμελούμενος. Quocirca iis, qui templa statuasque visere vellent, æditui erant compellandi: quo fiebat, ut et ἐξηγηταὶ, interpretes et enarratores rerum in templo memorabilium, ideoque laudatores essent et appellarentur. Cf. Eckhelii Doctrina nummorum, Vol. IV, 1, p. 183 sqq. *Ruhk.*

3. *Aurem* edd. vett. et mss. *b. c.* non *aures*. *Schw.*

4. *Sacer... spiritus*, πνεῦμα συμφυ-

Digitized by Google

ramque nostrorum observator et custos; hic, prout[1] a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vir[2] sine a Deo nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adjutus, exsurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque virorum bonorum

(Quis Deus, incertum est) habitat Deus[3]!

Si tibi[4] occurrit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus, et conspectum cœli densitate ramorum aliorum alios protegentium submovens; illa proceritas silvæ et secretum loci, et admiratio umbræ, in aperto tam densæ atque continuæ, fidem tibi numinis facit. Et, si quis specus saxis penitus exesis montem sus- 3 penderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus; animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito[5] vasti amnis eruptio aras habet; coluntur aquarum calentium fontes; et stagna

τόν, pars animæ mundi divina, quæ in nobis habitat, ex Stoæ decretis. *R.*

1. *Prout a nobis.... tractatus.* Si bene honesteque habuimus, habet: si æstimavimus, sustulimus, attollit. Negligit etiam neglectus. *Lipsius.*

2. *Bonus vir....est.* Parilia habet Cic. N. D. II, 66. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. Loca huc facientia veterum collegit Upton. ad Epictet. Dissert. Arrian. I, 14, 14, post Gataker. ad M. Antonin. lib. XII, § 26, p. 432. *Ruhk.*

3. *Habitat Deus.* Vocem *Deus* h. l. delevit Ruhk. et abest ea ed. *A.* et ms. *c.* nonnullisque Gruterianis: sed utrobique agnoscit eamdem ms. *b.* et ed. *R.* cum Virgilio, ex cujus Æneid. VIII, 352, desumptus ille versus; non ex Ovidii Metam. ut tradiderat Lips. cum Mur. *Schw.*

4. *Si tibi... facit*, etc. Ex hoc ipso sensu veneratio nymphis diisque silvestribus in antiquitate dari solita ortum duxisse videri debet. Plinium N. H. XII, 1, «lucos atque in iis silentia ipsa adoramus, etc.» cum Tacit. de Morib. Germ. 9, laudat Lipsius. Hinc templorum plerorumque situs altior, hinc τὰ ὀρειβάσια (Strab. XII, p. 845) et similia manarunt. Hinc fluvii ἱεροί, ὅτι vocantur ap. Hom. Il. II, 522. Eurip. Med. 410, ποταμῶν ἱερῶν πηγαί. Cf. Lipsium ad Tacit. Annal. XIV, 22 fin. *Ruhk.*

5. *Subita ex abdito.* Erasm. Col. et ed. vetus. Gruterus probat scripturam Palatinorum quatuor *s. et e. a. Ruhk.* — Copulam *et*, a nonnullis

Digitized by Google

4 quædam[1] vel opacitas, vel immensa altitudo sacravit. Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis [2] tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex æquo Deos [3]; non subibit te ejus veneratio? non dices: Ista res major est altiorque, quam ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit? Vis istuc divina descendit. Animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora transeuntem, quidquid timemus optamusque ridentem,
5 cœlestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo Numinis stare: itaque majore sui parte illic est, unde descendit [4]. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur: sic animus magnus et sacer, et in hoc demissus, ut propius divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ: illinc pendet; illuc spectat ac nititur: nostris tanquam melior interest. Quis est ergo hic? animus qui nullo bono nisi suo nititur [5].

6 Quid enim est stultius [6], quam in homine aliena lau-

vulgo insertam, ignorat ed. *A.* cum ms. *b. c.* et Col. *Schw.*

1. *Quædam vel opacitas.* Sic Erasm. et editio vetus cum Palat. sec. Sed frigide, ait Gruterus, præ eo, quod est in aliis quatuor: *Coluntur aquarum calentium fontes et stagna, quæ vel opacitas.* Vulgatam tamen tuetur quoque Senecæ mos loquendi. *Ruhk.*

2. *Tempestatibus* bene edd. cum ms. *c. Temptationibus* ms. *b. Schw.*

3. *Ex æquo Deos*, i. e. qui homines superat, Deos æquat. Gloriatio hæc Stoicorum crebra. *Lips.*

4. *Itaque majore... descendit.* Int. major pars sapientis in cœlo est, unde animus ejus descendit; pars minor illius versatur in terra. Quod ex sequenti comparatione patet.

5. *Qui nullo bono nisi suo nititur.* Olim *nitet* edd. et mssti omnes, exceptis Pal. 1, et 3, qui (non optimæ quidem alioqui notæ) verum h. l. dederunt, *nititur*, quod recte receptum a Lipsio. Cf. not. de loco sim. ad Ep. XXXII. Hujus scripturæ quidem testem etiam *editionem veterem* (quæ nostra ed. *A.* est) advocavit Ruhk. at eodem vitio illa cum aliis laborat, paulo quidem superius *nititur* recte tenens, sed h. l. *nitet*: cui verbo in ms. *c.* superscriptum etiam scholion *splendet. Schw.*

6. *Quid enim est stultius.* Sic mssti et edd omnes ante Bipont. in qua

Digitized by Google

dare? quid eo dementius, qui ea miratur, quæ ad alium transferri protinus possint? Non faciunt meliorem equum aurei fræni. Aliter leo aurata juba mittitur [1], dum contractatur [2], et ad patientiam recipiendi ornamenta [3] cogitur fatigatus; aliter incultus, integri spiritus. Hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse voluit, speciosus ex horrido, cujus hic decor est, non sine timore aspici, præfertur illi languido [4] et bracteato. Nemo gloriari nisi 7
suo debet. Vitem laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa ad terram, pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit. Nam quis [5] huic illam præferet vitem, cui aureæ uvæ, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite fertilitas: in homine quoque id laudandum est, quod ipsius est. Familiam formosam [6] habet, et domum pulchram; multum serit [7], multum fœnerat: nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in illo quod nec eripi 8
potest, nec dari; quod proprium hominis est. Quæris, quid sit? Animus, et ratio in animo perfecta! Rationale enim animal est homo: consummatur itaque bonum ejus, si id implevit, cui nascitur. Quid est autem, quod ab

quum temere omissa esset *enim* particula, desideratur eadem in ed. Ruhk. et Matth. *Schw.*

1. *Mittitur* (scil. ad spectaculum). Sic ms. *b.* cum codd. Ops. et Mod. et Pal. 2, nec aliud debuerat Col. in quo vitiose *nititur*, *demittitur* ed. *R.* rursusque ed. Lips. et seqq. *dimittitur* ed. *A.* cum ms. *c. nitet* ed. Erasm. et Mur. *S.* — *Aliter leo mittitur.* Conferri jubent hunc locum cum Epictet. Diss. Arrian. IV, 1, 25. Shaftesbury et Upton. Λέοντας τρέφουσιν ἡμέρους ἐγκλείσαντες καὶ σπείζουσι, καὶ κομίζουσιν ἵνιοι μεθ' αὐτῶν. *Ruhk.*

2. *Contractatur* bene ms. *b.* cum edd. (Cf. de Const. Sap. c. 13.) *Contrectatur* ed. *A. Contrahitur* est in manusc. *c. Schw.*

3. *Ornamenta*, monilia, aurum jubis inspersum, phaleræ, etc. *R.*

4. *Languido et br.* Sic mss. Grut. et editio vetus. Vetustiores edd. habere *languitudo*, ait Gruterus. *R.*

5. *Nam quis.* Alii vulgo *num quis Schweigh.*

6. *Familiam formosam* dant mss. Grut. et editio vetus. Erasmus contra habet: *familiam pulcram.*—*Familiam*, nempe servorum. *Ruhk.*

7. *Multum serit....fœnerat.* Duo tantum lucrifaciendi genera affert Noster: sunt adhuc alia, e. c. pascendi, negotiandi. *Ruhk.*

Digitized by Google

illo ratio hæc exigit? Rem facillimam: secundum naturam suam vivere[1]! sed hanc difficilem facit communis insania: in vitia alter alterum trudimus! quomodo autem revocari ad salutem possunt, quos nemo retinet, populus impellit? Vale.

1. *Secundum naturam suam vivere.* Sæpe occurrit hoc Stoicorum dogma. Lipsius laudat Manuductionem II, 17. *Ruhk.*

EPISTOLA XLII.

RARISSIMOS ESSE VIROS BONOS.

Refutat persuasionem, quam quidam de se ipso fecerat Lucilio, virum se jam bonum esse; nam illam conversionem esse nimis velocem, etiamsi quis se virum bonum eumque secundæ notæ, s. proficientem, factum esse profiteatur. Illum vero id nondum consecutum esse, ut se ipse noscat, quamvis de malis hominibus male existimet, et impotenter potentia sua utentes odio prosequatur. Idem enim faciendi potestas modo deficit. Quod judicium exemplo cujusdam, quem Lucilius jam bonum virum esse olim putaverat, firmat, qui quum sæpe onerosa, quanquam bona ipsi visa, affectasset, Nostro nunc occasionem præbet, in consuetudinem hominum communem invehendi, qui in externis et iis sæpe supervacuis tantopere laborare solent, quæ quidem aut incommoda, aut falsa commoda sunt, haberive debent.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Jam tibi iste persuasit, virum se bonum esse? Atqui vir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi. Scis quem nunc *virum bonum* dicam? hujus secundæ [1]notæ! nam ille alter fortasse, tanquam phœnix[2], semel anno

1. *Hujus secundæ notæ. Hunc* malebam, cui mox opponitur *ille alter*: sed nil mutant libri. *Schw.* — *Vir bonus.... secundæ notæ.* Proficientem et nondum in summo. *L.* Diversi generis est secunda sors notaque, de qua sermo est Ep. LII, 2 et 3. *Ruhk.*

2. *Phœnix*, avis fabulosa, ægyptiacæ originis, ad solis cursum in periodo

Digitized by Google

quingentesimo nascitur; nec est mirum, ex [1] intervallo magna generari. Mediocria, et in turbam nascentia, sæpe fortuna producit: eximia vero ipsa raritate [2] commendat. Sed iste multum adhuc abest ab eo, quod profitetur; et, si sciret quid esset vir bonus, nondum esse se crederet, fortasse etiam fieri posse desperaret. — At male existimat de malis! — Hoc etiam mali faciunt: nec ulla major pœna nequitiæ est, quam quod sibi ac suis displicet. — At odit eos qui subita et magna potentia impotenter [3] utuntur! — Idem faciet, quum idem poterit. Multorum, quia imbecillia [4] sunt, latent vitia; non minus ausura, quum illis vires suæ placuerint [5], quam illa, quæ jam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget [6] frigore: non desunt tunc illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas, et ambitio, et luxuria, ut paria [7] pessi-

magna annorum D exprimendum hieroglyphice, excogitata. Aquilæ eam assimilarunt Ægyptii in picturis, quingentesimo quoque anno in Ægyptum ex remotissima orbis parte venientem, teste Herodoto II, 73, qui talem picturam vidit. Cf. Gatterer de Theogon. Ægyptior. Commentatt. Soc. Gœtting. T. VII, p. 53. Loca veterum collegit Gataker Miscell. p. 179 sq. Claudiani et Lactantii, ad quem vide elegantissimum Lanzium, carmina in Phœnicem sunt notissima. *Ruhk.*

1. *Ex intervallo.* De Constant. sap. c. 7. « Raro forsitan magnisque ætatum intervallis invenitur » (ille sapiens).

2. *Eximia vero ipsa raritate commendat* sc. fortuna. Sic codd. Gruteri. Erasmus legendum putat, aut *commendantur*, aut, quod in quodam reperit, *ipsa se raritate commendant*. Sed vulgata bene habet. *R.*

3. *Potentia impotenter ututur.* Sic quatuor Palatini et Modii codd. probatque Gruter. Antea: *potentia insolenter ututur. Ruhk.*

4. *Imbecillia.* Veterum erat *inbecilla*, quomodo a pr. man. scribitur in ms. *b.* et in nonnullis apud Grut. Nam et alias constanter vocabulo isto in secunda declinatione utitur Seneca. *Schw.*

5. *Quum illis vires suæ p.* I. e. quum noverint vires suas atque satis firmas crediderint.

6. *Dum riget*, edd. *R. A.* ms. *b. c.* Vulgo *cum riget. Schw.*

7. *Ut paria pess.* Sic Erasmus et codd. Gruteri. H. e. licet, quamvis forte. Muretus hinc fecit: *ne paria pessimis.* Editio vetus: *ubi parta pessimis fortunæ favore desunt. R.*

Digitized by Google

4 mis audeat, fortunæ favore deficitur[1]. Eadem velle [2]eos cognosces ; da posse, quantum volunt. Meministi[3], quum quemdam affirmares esse in tua potestate, dixisse me, volaticum esse ac levem, et te non pedem ejus tenere, sed pennam? Mentitus sum : pluma tenebatur[4]; quam remisit, et fugit. Scis quos postea tibi exhibuerit[5] ludos,
5 quam multa in caput suum casura tentaverit? Non videbat se per aliorum pericula in suum ruere : non cogitabat quam onerosa essent quæ petebat, etiamsi supervacua non essent.

Hoc itaque in his, quæ affectamus, ad quæ labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse, aut plus incommodi. Quædam supervacua sunt; quædam tanti non sunt. Sed hæc non providemus[6] : et gratuita nobis videntur, quæ carissime
6 constant. Ex eo licet stupor noster appareat, quod ea sola putamus emi, pro quibus pecuniam solvimus; et gratuita vocamus, pro quibus nos ipsos impendimus. Quæ emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amœnum aliquod fructuosumve prædium; ad ea paratissimi[7] sumus pervenire cum sollicitudine, cum periculo,

1. *Deficitur* bene edd. *Decipitur* ms. *b*. *Desunt* ed. *A*. cum. ms. *c*. *S*.

2. *Velle eos*. Poterat abesse *eos*, et abest ed. *R*. et ms. *b*. *Schw*.

3. *Meministi... exhibuerit*. Lipsius hunc esse opinatur inimicum illum, de quo Ep. XXIV agitur, judicium intentante. Sed nulla causa certa hujus opinionis succurrit. *Ruhk*.

4. *Pluma tenebatur*. Argute. Nam pluma etiam minus, quam penna. Hæc in alis et firmior : illa in toto corpore sparsa et levi nisu evellenda. *Ruhk*.

5. *Exhibuerit ludos*. Ut vulgari sermone gallice diceretur : *Quels mauvais tours il vous a joués !*

6. *Hæc non providemus*. Quod hic Ruhk. ait : « antea *prævidemus*, » id non nisi ad Mureti editionem refertur. *Providemus* edebatur jam inde a Lipsio, et sic jam olim ed. *R*. et *A*. cum ms. *c*. Sed, *hæc non providemus* ed. Erasm. *Hoc non providemus* ms. *b*. quod fortasse verissimum. *Schw*.

7. *Paratissimi*. Quod idem Ruhk. ait : « antea *parati*, » id rursus referendum ad editiones, quæ Lipsianam præcesserunt, nempe ad ed. *Er*.

Digitized by Google

cum jactura pudoris, et libertatis, et temporis. Adeo ni- 7
hil est cuique se vilius! Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus, quod solemus facere, quoties ad institorem alicujus mercis accessimus: videamus, hoc, quod concupiscimus, quanti deferatur. Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur [1]. Multa possum tibi ostendere, quæ, acquisita acceptaque, libertatem nobis extorserunt; nostri essemus, si ista nostra non essent.

Hæc ergo tecum ipse versa, non solum ubi de incre- 8
mento agetur, sed etiam ubi de jactura [2]. Hoc periturum est? nempe adventitium fuit: tam facile sine isto vives, quam vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es: si non diu, perdis antequam assuescas. Pecuniam minorem habebis? nempe et molestiam: gratiam minorem? nempe et invidiam. Circumspice ista, quæ nos agunt in insaniam, quæ cum plurimis lacrimis amittimus: scies non damnum in his [3] molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit, sed cogitat [4]. Qui se habet [5], nihil perdidit: sed quotocuique habere se contigit? Vale.

et Mur. quibus præiverant ed. *A.* et ms. *c.* Sed *paratissimi* jam dederat ed. *R.* cum ms. *b. Schw.*

1. *Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur.* Sunt libri, qui legant: *pretii est maximi.* Gruter. emendat: *maximum pretio est. Ruhk.* — Sensus est: *Sæpe maximum pretium solvendum est*, petitur a vendente, *pro quo* (i. e. quum pro eo pretio, pro ea pecunia) *nullum datur*, id est rem nulli pretii accipimus. *Lagrange*: *Souvent ce qui coûte le plus cher est ce qui vaut le moins.*

2. *Ubi de jactura.* Codicis Colon. aliorumque, et Pinciani atque editionis veteris scriptura est. *Ruhk.*

3. *In his.* Subaudi *amissis.*

4. *Sed cogitat.* Re carere possumus: opinio molestiam affert. *Lips.*

5. *Qui se habet*, scilicet in potestate; ille qui suæ mentis semper est compos.

Digitized by Google

EPISTOLA XLIII.

SAPIENTI SEMPER VIVENDUM QUASI PALAM ESSET.

Quærenti quomodo quædam ad ipsum allata sint, respondet se non latere ea quæ faciat Lucilius: Ergo vive, pergit, ut in publico. Quid si etiam lateas? animus tuus scit et videt.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quomodo hoc ad me pervenerit, quæris; quis mihi id te cogitare narraverit, quod tu nulli narraveras? — Is, qui scit plurimum: Rumor. — Quid ergo? inquis; tantus sum, ut possim excitare rumorem? — Non est quod te ad hunc locum[1] respiciens metiaris: ad istum respice, in quo moraris. Quidquid inter vicina eminet, magnum est illic, ubi eminet. Nam magnitudo habet modum cer-
2 tum[2]: comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Navis, quæ in flumine magna est, in mari parvula est: gubernaculum, quod alteri navi magnum est[3], alteri exiguum est. Tu nunc in provincia, licet contemnas ipse te, ma-

1. *Non est quod te ad hunc locum*, Romam, *ad istum* Syracusas. *Ruhk.*

2. *Magnitudo habet modum certum.* Sic recte ed. *A.* et *R.* cum mss. *b. c.* Ops. et Grut. nisi quod nonnulli *certum modum* dant, permutata duorum verborum sede. Perspicua sententia: quidquid *magnum* dicimus, id certo quodam modo, certa quadam relatione, ita dicimus: uno verbo, omnis *magnitudo* relativa est, ut in scholis loquuntur. Jam pergit auctor: *comparatio illam aut tollit*, etc. Ex uno (nescio quo) codice laudavit Erasmus in Append. *magn. non habet*, etc. quod præter rationem recepit Muretus, et tenuere reliqui editores. Id postquam factum erat, denique Gronovius, quo saltem sibi constaret oratio, pronomen *illam* (quod, ad *magnitudinem* relatum, recte tenuerant edd. et mss.) in *illum* (sc. *modum*) mutavit: et sic prorsus evanuere vet. scripturæ vestigia. *S.*

3. *Alteri magnum est, alteri exiguum est.* Sic Pinc. et Grut. codd.

Digitized by Google

gnus es: quid agas, quemadmodum cœnes, quemadmodum dormias, quæritur, scitur. Eo tibi diligentius vivendum est[1]. Tunc autem felicem[2] esse te judica, quum poteris in publico vivere, quum te parietes tui tegent, non abscondent; quos plerumque circumdatos nobis ju- 3
dicamus, non ut tutius vivamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam, ex qua mores existimes nostros[3]: vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere[4]. Janitores conscientia nostra, non superbia, opposuit. Sic vivimus, ut deprehendi sit, subito aspici. Quid autem 4
prodest[5] recondere se, et oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam advocat[6]: malą etiam in solitudine anxia[7] atque sollicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, quum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc[8] testem! Vale.

Prius *est* deest in omn. edd. vett. *R.*

1. *Eo tibi diligentius vivendum est.* Sic Erasm. Cod. Col. aliique: at alii ap. Grut. et editio vetus: *Eo tibi die d. v.* Unde Lipsius facere volnit: aut *tibi dein diligentius*, aut, *tibi, dico, dil.* Unus tamen Pinciani codex pluscula addit, hoc modo: *Quanto diligentius vita tua pro honoris fastigio quæritur, tanto tibi diligentius vivendum est.* Sed hæc explicationis causa a manu aliena adjecta putem. *Ruhk.*

2. *Tunc autem felicem* ex mss. quinque Grut. est. Aliis edd. vett. deest vocula: *autem. Ruhk.*

3. *Ex qua mores existimes nostros.* Sic ed. *A.* et *R.* et mss. *b. c. æstimes* vulgo, ab Erasmo. Sæpe a librariis permutantur ista verba: sed et promiscue fere utrumque usurpasse Seneca videtur. *Schw.*

4. *Aperto ostio vivere*, ut M. Drusus, M. fil. qui promittenti architecto, ita se domum ædificaturum, ut nemo in eam despicere posset: Tu vero, respondit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quidquid agam, ab omnibus perspici possit. Vellei. Patercul. II, 14. *Ruhk.*

5. *Quid autem prodest.* Sic recte edd. et mss. Temere vero *potest* irrepserat in edit. Bipont. idque propagatum in ed. Ruhk. et Matth. *Schw.*

6. *Turbam advocat:* id est, qui bene vivit, cuilibet dicere potest: Aspice quomodo vivam.

7. *Anxia.* Tertullianus: « Nullum maleficium sine formidine est, quia nec sine conscientia sui. »

8. *Hunc testem.* Laudat apposite Lipsius Polybium XVIII, 26, 13 ed. Schweigh. Οὐδεὶς οὕτως οὐδὲ μάρτυς ἐστὶ φοβερὸς, οὔτε κατήγορος δεινὸς, ὡς ἡ σύνεσις, ἡ ἐγκατοικοῦσα ταῖς ἑκάστων ψυχαῖς. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA XLIV.

VERAM IN PHILOSOPHIA NOBILITATEM.

Lucilio, qui de malignitate naturæ et fortunæ in se questus erat, respondet Noster, hunc non esse sermonem philosophi, quippe qui stemma non inspicit, neque ex eo judicari æstimarive vult. Illud enim non omnibus patere, ut bonam mentem. Hanc esse solam nobilitatem. Recte hanc epistolam appellat pulchram Lipsius. Conferri merentur Juvenalis Sat. VIII, et Bolæi V : addas Plutarch. de Nobilitate.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

ITERUM tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam; quum possis eximere te vulgo, et ad felicitatem omnium maximam[1] emergere! Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit. Omnes, si ad originem primam revocantur, a Diis sunt[2]. Eques Romanus es, et ad hunc ordinem tua te perduxit industria[3]: at
2 mehercules multis quatuordecim[4] clausi sunt. Non omnes curia admittit: castra quoque, quos ad laborem et peri-

1. *Omnium maximam.* Sic edd. a Mur. *Hominum maximam* edd. vett. cum mss. *b. c.* et Gruterianis : quod defendi possit, ni et alibi ista vocabula permutare consuessent librarii. Conf. not. ad Epist. XII, et ad XLVIII. *Schw.*

2. *Omnes si ad.... a Diis sunt.* Cf. Argum. Epist. XLI. *Ruhk.*

3. *Perduxit indust.* Sic Grut. codd. Erasmus tamen habet : *p. cura. Ruhk.*

4. *Quatuordecim.* Editio vetus addit vocem *gradus.*—*Quatuordecim,* gradus in theatro equitibus tributi ex lege Roscia theatrali, lata a L. Roscio Othone tr. pl. a. U. c. DCLXXXVI, qua sancitum est, ne quis in quatuordecim gradibus orchestræ, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset. Vide Ernesti Indic. Legg. *Roscia. R.* —Ergo sensus est : Non natus es eques, sed factus. Censum industria quæsisti, et ex eo dignitatem.

Digitized by Google

culum recipiant[1], fastidiose legunt. Bona mens omnibus patet; omnes ad hoc sumus nobiles. Nec rejicit quemquam philosophia, nec eligit; omnibus lucet. Patricius Socrates[2] non fuit; Cleanthes[3] aquam traxit, et rigando hortulo[4] locavit manus; Platonem[5] non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est, quare desperes, his te posse fieri parem? Omnes hi majores tui sunt, si te illis geris dignum: geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis[6] totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam jacet. Plato ait[7]: « Neminem regem[8] non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. » Omnia ista longa varietas miscuit, et sursum deorsum fortuna 3

1. *Recipiant*, ms. *b.* cum ed. *R.* Vulgo *recipiunt. Schw.*

2. *Patricius Socrates non fuit.* Patre quippe usus lapidario s. marmorario Sophronisco, Atheniensi, et matre Phænareta obstetrice. Vide Bruckeri Hist. Crit. Phil. Tom. I, p. 524. Luciani Somn. c. 12 (Opp. Tom. I. Bip. p. 13) id. Hemsterhus. *Ruhk.*

3. *Cleanthes...manus*, unde ὑρεάντλος, exhauriens puteos, dictus est. Brucker. Tom. I, p. 972. *Ruhk.*

4. *Hortulo* vulgo ab Erasm. Teneri poterat *horto*, quod præiverant libri nostri, qui quidem absque aspiratione *orto* scribunt, ut ms. *b.* et ed. *R. Ortos* ms. *c.* et ed. *A. Schw.*

5. *Platonem*, etiamsi stirpe nobili oriundum, revera tamen *non accepit nobilem philosophia, sed fecit.* Cf. Brucker. ib. p. 628 sqq. *Ruhk.*

6. *Omnibus nobis... sunt* quam illis qui nobilitate superbiunt. *Ruhk.* — E totidem avis proavisque descendimus omnes.

7. *Plato ait.* Ubi? alius dicet. Ego contra in eo legi: Reges ex regibus oriundos, donec ad Jovem origo revocetur. Alcibiade primo. Vera tamen illa dictio: et periodos ævi fortunæque si vides, eunt hæc in orbem. *Lips.* — Nisi fallor, ad Platonis Theætet. Vol. II, p. 118, 119, respexit Noster. Plato ibi reprehendit eos, qui generis nobilitatem laudibus efferunt, poetam nescio quem, fortassis Pindarum, alludens, nec reputant unicuique nostrum avos proavosque innumeros antecessisse, in quibus divites et mendici, reges et servi, barbari et Græci fuerint. Ex his verbis Seneca sententiam istam concinnasse videtur, quam recte Platoni tribuit. *Ruhk.*

8. *Neminem regem... ex regibus.* Hunc locum prope attigit Bolæus noster, quum nobilem suis majoribus superbum interrogat:

Et comment savez-vous si quelqu'audacieux
N'a point interrompu le cours de vos ayeux;
Et si leur sang tout pur, ainsi que leur noblesse,
Est passé jusqu'à vous de Lucrèce en Lucrèce?

Digitized by Google

versavit. Quis est generosus[1]? ad virtutem[2] bene a natura compositus. Hoc unum intuendum est! alioquin, si ad vetera[3] revocas, nemo non inde est[4], ante quod nihil est. A primo mundi ortu, usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series. Non facit nobilem[5] atrium plenum fumosis imaginibus[6]. Nemo in nostram gloriam vixit; nec, quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem : cui ex quacumque conditione supra fortunam licet surgere. Puta itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum; potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. — Quomodo? inquis. — Si mala bonaque non populo auctore distinxeris. Intuendum est, non unde veniant, sed quo eant[7]. Si

1. *Quis est generosus?* ms. *b.* et ed. *R.* Vulgo *quis ergo gen. Schw.*

2. *Ad virtutem.... compositus.* Idem Bolæus :

La vertu d'un cœur noble est la marque certaine.

3. *Ad vetera.* Sic ex Pinciani codd. Muretus, nec aliter quatuor Gruteri, inque his Colon. Sed Erasmus, edit. vetus et unus Palat. habent : *ad vera. Ruhk.—Ad vera* ed. *A.* et *R. S.*

4. *Nemo non inde est..... est.* Omnes sumus, secundum Stoicos, e primis principiis, Deo et materia. *R.*

5. *Non facit nobilem.* Hic est locus ubi nos deserit probus noster cod. *Arg. b.* non ante Epist. LII, suppetias nobis rursus laturus, ut in Præfat. prædiximus. *Schw.*

6. *Atrium plenum fumosis imaginibus.* Mos fuit Romanus, expressos cera vultus disponendi in armariis per atria, ubi fumo obnoxii erant, (nam veteres canalibus illis ad fumum e domo educendum carebant. Cf. Beckmann *Beytræge zur Gesch. der Erfind.* II, 3 ubi p. 409, et nostri loci memor fuit) ut essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera (Plin. N. H. XXXV, 2) : vivi enim homines, assumto illo cereo vultu ad mortuorum similitudinem expresso, vestitum eorum imitati personas eorumdem referebant. Patet hoc e Polybio VI, 53, 6, quem locum Schweighæuserus recte, et, quod sciam, primus explicavit. Eleganter ei assensus est Hugo in : *Lehrbuch der Gesch. des rœm. Rechts* § 120, p. 123, 124 not. (2 edit. Berolin. 1799). *Ruhk.* — Quem locum optime tractans Marius ad populum, Sall. Bell. Jug. « Non possum imagines, neque triumphos aut consulatus majorum meorum ostentare; at, si res postulat, hastas, vexillum, phaleras, alia dona militaria, præterea cicatrices advorso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc nobilitas, non hæreditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego plurimis meis laboribus et periculis quæsivi. »

7. *Intuendum.... eant.* Sic optime

Digitized by Google

quid est, quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo jure; depravari enim in malum non potest. Quid est 6 ergo in quo erratur, quum omnes beatam vitam optent? quod instrumenta ejus pro ipsa habent, et illam, dum petunt, fugiunt. Nam, quum summa beatæ vitæ sit solida securitas[1] et ejus inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas, et per insidiosum iter vitæ non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu[2] ejus quod petunt, semper abscedunt, et, quo plus operæ impenderunt[3], hoc se magis impediunt, et feruntur retro. Quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. Vale.

Bolæus noster dicit in equis non considerandum esse, a qua stirpe oriantur, sed quomodo currant:

Mais la postérité d'Alfane et de Bayard,
Quand ce n'est qu'une rosse, est vendue au hasard,
Sans respect des ayeux dont elle est descendue,
Et va porter la malle, ou tirer la charrue.

1. *Securitas.* Sic quinque Grut. codd. At Erasmus: *tranquillitas*. R.

2. *Effectu.* Vitiosum *affectu*, quod temere in ed. Bipont. primum irrepserat, propagavit Ruhk. Veram script. restituit Matth. *Schw.*

3. *Impenderunt* adscivi ex ed. R. et ex Opsopœi codd. Vulgo *impendunt. Schw.*

EPISTOLA XL.

DE VANA DIALECTICORUM SUBTILITATE.

Libris non multis sed bonis iisque ordine recteque lectis opus esse ad sapientiam, Lucilio inopiam librorum conquesto respondet Seneca. Missurum tamen promittit suos libros, quos autem proprio judicio legat hortatur, ne in vitium magnorum virorum incidat, qui in superflua quædam aut arguta, et verba magis quam res inquirentes totique in illis, et veritatem, et necessaria prætermiserunt. Qua occasione data in cavillos et vocum captiones invehitur, resque monet disquirantur earumque discrimina, e. c. quis beatus et quod vere beatum sit. Cf. Ep. II, VI. Recte autem Dialecticos, inprimis Academicos et Stoicos in hac epistola reprehendi historia philosophiæ docet. Cf. Menag. ad Diog. Laert. II, 108.

Digitized by Google

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Librorum istic[1] inopiam esse quereris. Non refert quam multos, sed quam bonos habeas : lectio certa prodest, varia delectat. Qui, quo destinavit, pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur; non ire istud, sed errare est. — Vellem, inquis[2], magis libros mihi quam consilium dares. — Ego vero quoscumque habeo, mittere paratus sum, et totum horreum[3] excutere; me quoque isto, si possem, transferrem, et, nisi mature te finem officii sperarem impetraturum[4], hanc senilem expeditionem indixissem mihi; nec me Charybdis, et Scylla, et fabulosum[5] istud fretum deterrere[6] potuissent. Transnatassem ista, non solum trajecissem, dummodo te complecti possem, et præsens æstimare quantum animo crevisses.

1. *Istic.* Syracusas hic intelligi putem, librosque latine scriptos. Nam græcis libris Syracusæ abundabant, non item latinis, quippe quos a Græcis parvi factos esse constat. *Ruhk.*

2. *Vellem, inquis, magis libros mihi quam consilium dares.* Hanc lectionem Pincianus dedit primus, ex ingenio, arripuitque Muretus, Grutero male dissentiente. Etiamsi in editis olim et quatuor Grut. codd. exstat: *Vellem, inquis, magis consilium mihi, quam libros dares*, et unus codex chartaceus Palatin. tertius vulgatam exhibet, lectionem tamen quam et nos exhibemus, sincerissimam habemus, toto epistolæ tenore præcise docente. *Ruhk.*—Sic Ruhkopfius; at Schw.: Non ex mera Pinciani conject. est ista scriptura. Nam præter ms. Pal. tert. similiter editio Rom. habet, *magis mihi libros quam consilium dares.*

3. *Et totum horreum excutere*, proverbiali loquendi ratione, de magna copia, uti Græcorum Ὅλῳ συλάκῳ σπείρειν Corinnæ ap. Plutarch. de Glor. Athen. T. IX, p. 91, Hutt. *Ruhk.*

4. *Impetraturum* Erasmus, editio vetus omnesque Gruteri codd. præferunt scripturæ, quæ est oræ ed. Erasm. adscripta atque a Mureto assumpta : *impleturum*, nullum sanum sensum fundenti. — *Impetraturum.* Ab imperatore quippe hoc petere debebat, ut sibi successor mitteretur. *Ruhk.*

5. *Fabulosum.* Non falsum, sed fabulis auctum; de quo fama et fabulæ sparsæ sunt. Sic *Hydaspes fabulosus* in Horatio I, Carm. 22, 7, 8, ubi vide Bentleium nostri loci non immemorem. *Ruhk.*

6. *Potuissent* ed. *R.* et mss. Grut. Vulgo *potuisset. Schw.*

Digitized by Google

Cæterum quod libros meos tibi mitti desideras, non 3
magis ideo me disertum puto, quam formosum putarem, si imaginem meam peteres. Indulgentiæ scio istud esse, non judicii; et, si modo judicii est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege, tanquam verum quæram, adhuc non sciam, et contumaciter quæram. Non enim me cuiquam emancipavi[1]; nullius nomen fero: multum magnorum virorum judicio credo, aliquid et meo vindico. Nam illi quoque non inventa, sed 4
quærenda nobis reliquerunt: et invenissent forsitan necessaria, nisi et supervacua[2] quæsissent. Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit; captiosæ disputationes, quæ acumen irritum exercent. Nectimus nodos, et ambiguam significationem verbis illigamus[3], ac deinde dissolvimus. Tantum nobis vacat? Jam vivere, jam mori

1. *Emancipavi.* Optimæ membranæ, Tarvisina, Veneta, (et vetus) edd. sic habent: at Gruterus *mancipavi* retinendum censuit. Gronovius recte *emancipavi* prætulit, egregie vim harum vocum distinguens. — *Non enim me cuiquam emancipavi. Mancipo* est: mancipio trado; *emancipo*, e potestate mea et mancipio dimitto. Liber homo est suæ potestatis; itaque quum se *emancipare* dicitur, intelligitur e potestate sua abire, non amplius suus esse, alienus fieri, desinere sui juris et mancipii esse, ut loquitur Brutus ad Ciceronem. Vides cur eleganter eo loco posuerint *emancipare*; ubi vulgatius ipsum *mancipare* ponendum videbatur. Cf. Plauti Bacchid. I, 1, 58. Cic. de Senect. 11. Horat. Epod. IX, 12, etc. Festus: *emancipati* duobus modis intelliguntur: aut ii, qui ex patris jure exierunt, aut ii, qui aliorum fiunt dominii: quorum utrumque fit mancipatione. Schoppius lib. II, Verisim. c. 1, primus quod sciam de hoc verbo observavit. Hæc fere Gronov. quem recte laudat Ernesti in Clav. Cic. sub hac voce. *Ruhk.*

2. *Supervacua* ed. *R.* et mss. Ops. recte. Hoc enim vocab. constanter et alibi meliores libri tuentur, ubi juniores (ut hic) *superflua* ponunt. *Schw.* — *Supervacua quæsissent.* Cacoëthes (prava consuetudo) philosophantium olim, nuper, hodie: ipsi Stoici in hac culpa, ante omnes Chrysippus (cujus volumina dialectica CCCXI citantur. Cf. Fabric. Bibl. Græc. Vol. III, p. 548 Harl.). *Lipsius.*

3. *Illigamus.* Sic ed. *R.* cum mss. Grut. quod multo disertius, quam vulgatum *alligamus.* Mss. Ops. *inligamus.* Mox, *ac deinde* commode iidem mss. Ops. et ed. *R.* cum ms. *c. Schw.*

Digitized by Google

scimus? Tota illo mente pergendum est[1], ubi provideri
5 debet, ne res nos, non verba, decipiant. Quid mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo unquam, nisi dum disputat, captus est? Res fallunt : illas discerne! Pro bonis mala amplectimur; optamus[2] contra id quod optavimus; pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consiliis. Adulatio quam similis est amicitiæ! non imitatur tantum illam, sed vincit[3], et præterit : apertis et propitiis auribus recipitur, et in præcordia ima descendit;
6 eo ipso gratiosa, quo lædit. Doce[4], quemadmodum hanc similitudinem dignoscere possim! Venit ad me pro amico blandus inimicus; vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt; temeritas sub titulo fortitudinis latet; moderatio vocatur ignavia; pro cauto timidus accipitur. In his ma-
7 gno periculo erramus[5] : his certas notas imprime! Cæterum, qui interrogatur, *an cornua habeat*[6], non est tam stultus, ut frontem suam tentet[7]; nec rursus tam ineptus

1. *Tota illo mente pergendum est.* Illo, scilicet ad id ut quam primum vivere et mori sciamus, in quo studio capessendo de contemnenda morte et bene exercenda vita, parum refert an verbis decipiamur, si res bonas a malis scimus distinguere.

2. *Optamus.* I. e. contrarium ejus nunc optavimus, quod nuper optaveramus. *Ruhk.*

3. *Sed vincit.* Plinius Panegyrico : « Ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio veritate. » Horatius, arte poet. « Ut qui conducti plorant in funere, dicunt Ac faciunt prope plura dolentibus ex animo. »

4. *Doce... accipitur.* Sæpe hanc querelam apud omnes cujuscumque generis auctores iteratam invenimus. Plato, quod sciam, primus hoc vitium conquestus est de Republ. V, p. 55, Tom. VII, Bip. quem Lucretius IV, 1154 sqq. expressit. *Ruhk.*

5. *Erramus.* Non sperno *erratur*, inde ab Erasmo vulgatum : sed reposui id quod dedere ed. *R.* et *A.* cum ms. *c. Schw.*

6. *Cæterum qui interrogatur, an cornua habeat.* Est argumentatio s. syllogismus notus, κεραύνη s. κεραυλς vocatus, quem Eubulides dialecticus invenisse dicitur. Diog. Laert. II, 108, ubi vid. Menag. qui nostrum locum advertit. Nomen habet ex hac ratione : Habes quod non amisisti, Non amisisti cornua, Ergo habes cornua. *Ruhk.*

7. *Ut frontem suam tentet.* Quod tamen fecit Diogenes Cynicus facetissime : nam ratiocinatori tali, concludenti ipsum cornua habere, manu

Digitized by Google

aut hebes, ut nesciat[1], si tu illi subtilissima collectione persuaseris. Sic ista[2] sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum[3] acetabula et calculi, in quibus fallacia ipsa delectat: effice ut, quomodo fiat, intelligam: perdidi usum[4]. Idem de istis captionibus dico: quo enim nomine 8
potius *sophismata* appellem? nec ignoranti nocent, nec scientem juvant. Si vis utique verborum ambiguitates diducere, hoc nos doce[5], beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit; sed illum, cui bonum omne in animo est, erectum, et excelsum, et mirabilia calcantem; qui neminem videt, cum quo se 9
commutatum velit; qui hominem ea sola parte æstimat, qua homo est; qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, sic vivit quomodo illa præscripsit; cui bona sua nulla vis excutit; qui mala in bonum convertit[6], certus judicii, inconcussus, intrepidus; quem aliqua vis mo-

frontem tangens, Equidem, inquit, illa non video.

1. *Ut nesciat* (scil. an habeat cornua) *si tu illi subt.* Sic ed. *R.* cum mss. Pal. 2. et Col. Mendose *ut nesciat an illi subt.* ed. *A.* cum ms. *c.* Vulgo, *ut non habere se nesciat, quod tu illi*, etc. ab Erasmo; ex ingenio puto, non ex vet. libro. *Schw.* — *Lagrange* vertit: *Ni asses stupide, pour ignorer qu'il n'a pas un trésor, quand vos subtilités l'ont forcé d'en convenir.* Secutus videtur lectionem; *ut non habere se nesciat, quod tu illi. s. c. p.*

2. *Sic ista.* Scilicet sophismata.

3. *Præstigiatorum acetabula.* Ludus hodieque notus. Præstigiatores calculos s. nummos in mensa ponunt, deinde acetabulis s. vasculis aut pyxidibus opertos tam dextre loco movent et transferunt, ut quum hic esse censeas, alibi compareant, Græci vocant ψηφοπαίκτας, ψηφολήπτας, ψηφολόγους. *L.* Egregie describit hunc ludum Alciphron. Epistol. III, 20, ubi vide p. 73, Wagnerum. Opportune notat Muretus, hanc comparationem esse ab Arcesilao Stobæi Serm. LXXX.: Ἀρκεσιλάος ὁ φιλόσοφος ἔφη, τοὺς Διαλεκτικοὺς ἔοικέναι τοῖς ψηφοπαίκταις, οἵτινες χαιρίντως παραλογίζονται. *Ruhk.*

4. *Effice.... perdidi usum* (utilitatem, commoda). Si semel effeceris ut latentem artem cognoscam, jam istis non delectabor. *Lagrange* bene vertit: *Plus de plaisir quand le secret est découvert.*

5. *Hoc nos doce, beatum*, etc. In his et sequentibus de sapiente stoico sermonem esse putes. *Ruhk.*

6. *Convertit* ed. *R.* Pal. 3, et Col. Alii vulgo *vertit* cum ed. *A.* et ms. *c.*

Digitized by Google

vet, nulla perturbat; quem fortuna, quum[1] quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vul-
10 nerat, et hoc raro. Nam cætera ejus tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more dissultant, quæ, incussa tectis, sine ullo habitatoris incommodo crepitat ac solvitur. Quid me detines in eo, quem tu ipse *pseudomenon*[2] appellas, de quo tantum librorum compositum est? Ecce tota mihi vita mentitur: hanc coargue[3]! hanc
11 ad verum, si acutus es, redige! Necessaria judicat[4], quorum magna pars supervacua est; etiam, quæ non est supervacua, nihil in se momenti habet in hoc, ut possit fortunatum beatumque præstare. Non enim statim bonum est, si quid necessarium est: aut projicimus *bonum*[5], si hoc nomen pani aut polentæ damus, et cæteris sine qui-
12 bus vita non ducitur. Quod bonum est[6], utique necessarium est: quod necessarium est[7], non utique bonum est;

quod reduci facile patiar. *Schweigh.*

1. *Quum quod habuit telum.* Vulgo *quum in eum quod hab. tel.* Delevi duo verba *in eum*, quæ ignorant codd. Ops. Grut. cum *Arg. c.* et ed. *A.* Deleta jam a Ruhk. denuo comparebant in ed. Matth. *Schw.*

2. *Pseudomenon.* Argumentatio s. syllogismus celeberrimus in antiquitate, de quo adeo libros compositos esse constat, e. c. a Theophrasto et Chrysippo. Habuit autem nomen a mentiente, quia exempli causa sumitur is, qui mentitur. Hoc modo: an mentitur is, qui mentiri se dicit? Cui si respondeas, mentiri; colligitur statim, non mentiri, quod vere dixerit, se mentiri. Cf. Diog. Laert. II, 108. Menag. *Ruhk.*

3. *Ecce... coargue.* Alludit ad illud sophisma per quod loquentem, quocumque se verteret, mentiri colligebatur. Quid necesse est, inquit, probare me nunc mentiri? *Ecce tota*, etc.

4. *Necessaria judicat. Vita* pro nominativo subauditur.

5. *Aut projicimus bonum. Ac projic.* ed. *R.* rursusque ed. Lips. et sqq. *At projic.* ed. Er. et Mur. cum ms. *c.* et ed. *A.* Unice verum erat *aut*, quod ex Senecæ usu servarunt mssti Gruteri. Sic sæpe Noster; ut in Epp. XX, XLVIII, XCIV accurrit. *Schw.*

6. *Quod bonum est, utique necessarium est.* Stoicis hæc definitio propria est, ideoque diversa ab iis, quas Academici, Peripatetici et Epicurei dederunt. Statuerunt autem, bonum esse id, quod semper et sine ulla mutatione animantibus ratione præditis prosit. Cf. Cic. de Fin. II, 16. Tiedemann *System der stoisch. Phil.* III, p. 35 sqq. *Ruhk.*

7. *Quod necessarium est, non uti-*

Digitized by Google

quoniam quidem necessaria sunt quædam[1], eadem vilissima. Nemo usque eo dignitatem boni ignorat, ut illud ad hæc in diem utilia demittat. Quid ergo? non eo potius curam transferes, ut ostendas[2] omnibus, magno temporis impendio quæri supervacua; et multos transisse vitam, dum vitæ instrumenta conquirunt? Recognosce singulos, considera universos: nullius non vita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali, quæris? Infinitum! 13
non enim vivunt, sed victuri sunt; omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos vita præcurreret: nunc vero cunctantes, quasi aliena, transcurrit, et ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistolæ modum excedam, quæ non debet sinistram manum legentis implere[3]; in alium diem hanc litem cum dialecticis differam, nimium subtilibus, et hoc solum curantibus, non et hoc[4]. Vale.

que bonum est. Vulgo languide et invitis msstis, *quod autem necess. est, non statim bonum est.*

1. *Quoniam quidem necessaria sunt quædam.* Sic msti et editt. vett. dederunt. Vulgo *quoniam quædam necessaria sunt. Schw.*

2. *Ostendas omnibus, magno temporis*, etc. Rectius sic distingues, *ut ostendas, omnibus magno*, etc. *S.*

3. *Quæ non debet sinistram manum legentis implere.* Hoc referas ad angustias et minutam libelli formam, interpretante recte Lipsio in sua Institutione epistolica, c. 1. *R.*

4. *Et hoc solum curantibus, non et hoc.* Muretus de molestissimis et spinosissimis syllogismis et repugnantibus recte intelligit, qui fere ita confirmari solent: Non et hoc et illud: *Hoc* autem est, non igitur *illud. R.* —Anteponenda est Lipsii interpretatio: Damnat, qui solam Dialecticam curant, non graviora; et hanc ut ἔργον habent, non ut παέργον. Debebant, inquit, non hanc curare tantum, sed *et* (quoque) hanc: id est, in additamento, non in principali habere.

Digitized by Google

EPISTOLA XLVI.

De libro Lucilii, philosophico ut videtur, judicat, laudatque eum.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Librum tuum, quem mihi promiseras, accepi, et, tanquam lecturus ex commodo[1], adaperui ac tantum degustare volui. Deinde blanditus est ipse, ut procederem longius; qui quam disertus fuerit, ex hoc intelligas licet: brevis[2] mihi visus est, quum esset nec mei, nec tui corporis[3], sed qui primo aspectu aut T. Livii[4], aut Epicuri[5] posset videri; tanta autem dulcedine me tenuit et traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerem. Sol me

1. *Ex commodo* i. e. otiose, ubi commodum esset. *R.* — Gallice : *A mon aise*, ut vertit *Lagrange*.

2. *Brevis* edd. inde ab Erasmo : nescio an consentientibus mss. Opsopœi et Pinciani. Noster *Arg. c.* quidem et Gruteri omnes cum ed. *R.* et *A. levis* exhibent; quod teneri fortasse debuerat. *Schw.*

3. *Corporis*. Recte præfert Grut. e quinque suis codd. et Gronov. e suo cod. et tribus edd. vett. Erasmus : *temporis*, quod Lipsius tuetur et commode explicat : qui esset grandior, quam aut tuum, aut meum tempus ferret scribere, sive legere. Vetus ed. *corporis* præbet — *Quum esset nec mei nec tui corporis*. Salmas. de M. Usur. c. X. exponit : quales nec ego, nec tu scribere solemus. coll. Ciceronis Epist. ad Quint. II, 13 ubi libri Callisthenis et Philisti vocantur corpora. Seneca de Tranquill. An. VI, 6. Melius Gron. de ratione veterum legendi volumina explicat, qua voluminis partem nondum lectam mento subjiciebant, reliquam utraque manu in oris comprehendebant. Itaque volumen tam grande ac spissum, ut commode sic neque ab ipso, neque a Lucilio teneri possit, vocat Seneca *nec mei, nec tui corporis*. Tamen tanta me perfudit voluptate, ut brevis videretur, etsi esset justo spissior. *Ruhk.*

4. *T. Livii*. Multa enim scripsit abolita, etiam philosophica. Et certe libri historiarum nec ex quadrante exstant. *L.* Vide Fabricii Bibl. Lat. T. I, p. 276 sqq. *Ruhk.*

5. *Aut Epicuri*, qui omnes philosophos copia librorum, quos scripsit,

Digitized by Google

invitabat[1], fames admonebat, nubes minabantur[2]; tamen exhausi totum. Non tantum[3] delectatus, sed gavisus sum. 2
Quid ingenii iste habuit, quid animi! dicerem, quid impetus[4]! si interquievisset, si intervallo surrexisset. Nunc non fuit impetus, sed tenor; compositio virilis et [5]sancta. Nihilominus interveniebat dulce[6] illud, et loco lene. Grandis[7], erectus es: hoc te volo tenere, sic ire. Fecit aliquid et materia: ideo eligenda est fertilis, quæ capiat ingenium, quæ incitet. De libro tuo plura scribam, quum il- 3
lum retractavero: nunc parum mihi sedet judicium, tanquam audierim illa, non legerim. Sine me et inquirere. Non est quod verearis; verum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes, propter quod quisquam tibi tam longe[8] mentiatur! nisi quod jam[9], etiam ubi causa sublata est, mentimur consuetudinis causa. Vale.

vicit præter Chrysippum. Diog. Laert. X, 26. Duos autem hos scriptores non solum multa, sed magna quoque volumina composuisse constat. *R.*

1. *Sol me invitabat.* Ut posito libro inambularem, insolaremque ungeremque. *Lipsius.*

2. *Nubes minabantur.* Postea inductæ, et suadebant exercere corpus ante pluviam. *Lipsius.*

3. *Non tantum.... sum.* Vides hic differentiam τοῦ *delectari* et *gaudere*. *Ruhk.*

4. *Quid impetus!* Impetum ait defuisse quod æquabilitas igitur sermonis regnabat in Lucilii libro. *Ruhk.*

5. *Sancta*, i. e. gravis, veneration nem incutiens. Sic Quintil. Institut. Orat. X, 1, post med. ait: Oratio sancta et gravis (Calvi.) Lipsius tamen emendat: *sana*. Nec male. Vide Ernesti Lexic. Technolog. Lat. sub. voce: *Sanus*. *Ruhk.*

6. *Dulce.... lene.* Distinctum fuisse indicat sermonem virilem et gravem venustate et suavitate quadam imaginum et narrationum ad lectorem jucunde afficiendum: et opportuno *loco* hoc *lene* i. e. suavis atque jucunda oratio adhibebatur, quæ medium tenet inter fortius et tenuius, Quintiliano judice, Instit. Or. XII, 10. Cf. Bentlei. ad Horat. Art. Poet. 25, qui et nostrum locum advertit. *Ruhk.*

7. *Grandis* propter sublime argumentum. *Ruhk.*

8. *Tam longe.* In tua provincia aliquid potes, hic Romæ nihil. Hic itaque nulla causa subest, cur tibi blandiar. *Ruhk.*

9. *Jam* ante *etiam* adjeci cum ed. *R.* et mss. *c.* Ops. et Grut. Ex eorumdemque librorum præscripto delevi particulam *et*, post *mentimur* temere vulgo adjectam. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA XLVII.

CLEMENTER HABENDOS ESSE SERVOS.

Laudat amicum, quod cum servis familiariter agat vivatque. Hinc sumit occasionem, in consuetudinem multorum sui ævi invehendi, qui contraria tractandi servos suos ratione utentes nonnisi superbissime et crudelissime in eos grassantur. Docet deinde, judicio esse servos, liberius aut severius, habendos, pro indole et virtute cujusque. — De re, quæ hac in epistola tangitur, cf. Reitemeier De servitute inter Græcos, etc. et Heynii Opuscula acad. Vol. IV, p. 120 sqq. Cæterum epistolam hanc Macrobius Saturnal. I, 11, suo more descripsit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

LIBENTER ex his, qui a te veniunt, cognovi, familiariter te cum servis tuis vivere : hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem[1] decet. Servi sunt? immo homines. Servi sunt? immo contubernales. Servi sunt? immo humiles amici. Servi sunt? immo conservi; si cogitaveris tantumdem in utrosque licere fortunæ. Itaque rideo istos qui turpe existimant cum servo suo cœnare : quare[2]? nisi quia superbissima consuetudo cœnanti domino[3] stantium
2 servorum turbam circumdedit. Est ille[4] plus quam capit, et ingenti aviditate onerat distentum ventrem, ac desue-

1. *Eruditionem* i. sapientiam, ut Stoici loquebantur. Vid. Lipsii Manuduct. II, 1. *Ruhk.*

2. *Quare? nisi quia* nulla alia causa subest, quam quod consuetudo sic jubet. *Ruhk.*

3. *Cœnanti domino.* Sic Erasmus et quatuor Palat. codd. Alii et edit. vetus *cœnantem dominum.* Statim sequens *ventris* est haud dubie a Seneca. *Ruhk.*

4. *Est ille...licet.* Comedit ille plus, quam prodest, ideoque labra justo sæpius movet: at servis ne labra quidem movere licet. Reprehendit jam III de Ira, 24, 1; 35, 2. Lipsius

Digitized by Google

tum jam ventris officio, ut majore opera[1] omnia egerat, quam ingessit : at infelicibus servis movere labra ne in hoc quidem, ut loquantur, licet. Virga murmur omne compescitur[2]; et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamenta[3], singultus : magno malo ulla voce interpellatum[4] silentium luitur : nocte tota jejuni mutique perstant. Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus 3
coram domino loqui non licet. At illi[5], quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput suum avertere. In conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde ejusdem arrogantiæ proverbium jactatur : « Totidem esse hostes[6], quot servos. » Non habemus illos hostes, sed 4
facimus. Alia[7] interim crudelia et inhumana prætereo,

landat Ammian. Marcell. XXIII, 6, p. 363. Tom. II. Bip. ubi similia de Persis memorantur. *Ruhk.*

1. *Ut majore opera omnia... ingessit.* Hunc morem illustrant illa Senecæ Consol. ad Helv. IX, 10 : « Vomunt ut edant, edunt ut vomant. » Cic. pro Dejot. c. 7. *Ruhk.*

2. *Virga..... compescitur.* Hinc fuere servi, quorum erat, silentium hoc præstare, ideoque silentiarii dicti. Vide Salvian. de Gubernat. p. 96. Rittersh. *Et ne fortuita... singultus.* Cf. II, de Ira, 25, 4. *Ruhk.*

3. *Sternutamenta.* Vulgo *sternutamentum*, a Mureto. Pluralem dedit ms. *c.* cum edd. vett. *Sternuamenta* scribitur in ed. *R.* Forsan *sternumenta* debuerat; quæ forma nominis (Plinio etiam frequentata) apud Nostrum in vetusto cod. *a.* occurrit Epist. CII. *Schw.*

4. *Interpellatum.* Nonnulli libri, *interpolatum*, item recte. *Lips.*—Cui tamen judicio Gronov. Obss. III, 22, p. 479, ed. Lips. non subscribit : *interpellatur*, ait, cui interceditur, aut quod continuatum abrumpitur : *interpolatur*, quod in aliam formam mutatur, sic tamen, ut ipsum corpus maneat. Cf. Tertullian. advers. Marcionem V, 11. Non. Marcell. I, 145, qui ait : *Interpolant* est tractum ab arte fullonia : qui poliendo diligenter vetera quæque quasi in novam speciem mutant : add. Cic. ad Quint. fratr. Epp. II, 12. *Ruhk.*

5. *At illi.... tacebant.* Exempla affert Macrobius l. I. *Ruhk.*

6. *Totidem esse hostes, quot servos.* Fuit hoc Catonis majoris dictum. Lipsius Festum in *Quot servi* de hoc ipso adagio laudat. Conferri quoque meretur Terentii Andr. III, 4, 4, ibique Westerhov. *Ruhk.*

7. *Alia..... abutimur.* Sic Plin. N.

Digitized by Google

quod ne tanquam hominibus quidem, sed tanquam jumentis abutimur: quod, quum ad cœnandum discubuimus, alius sputa detergit[1], alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aves scindit, et, per pectus et clunes[2] certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit. Infelix, qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter secet: nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit. Alius, vini minister, in muliebrem modum ornatus[3], cum ætate luctatur: non potest effugere pueritiam: [4]retrahitur: jamque militari habitu[5], glaber, retritis[6] pilis, aut penitus evulsis, tota nocte pervigilat; quam inter [7]ebrietatem domini ac libidinem dividit, et in cubiculo vir, in convivio[8] puer est. Alius, cui convivarum censura permissa est, perstat infelix, et exspectat, quos adulatio, et intem-

H. XVIII, 3, vincti pedes, damnatæ manus, inscriptique vultus, arva exercent: coll. Flor. III, 19. Lucan. VII, 402, ut alios omittam. *Ruhk.*

1. *Sputa detergit.... excutit.* Eadem fere de Brevit. vit. L. XII, 4. Juvenal. Sat. V, 120. *Ruhk.*

2. *Et, per pectus et clunes*, etc. Sic percommode ed. *R.* cui assentiuntur ms. *c.* et ed. *A.* nisi quod *et* omittant. Vulgo duæ voces *et* et *per* desiderantur. *Schw.*

3. *In muliebrem modum ornatus.* Lipsius recte: comatus et in veste longa, idemque calamistratus et comtulus. Appulei. Metam. II, post med. p. 123, 8 Elmenhorst.: Scitule ministrantes pueri, calamistrati, pulchre indusiati (indusium autem erat interula feminarum linea byssinave. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I, p. 972). *Ruhk.*

4. *Retrahitur*, scil. in pueritiam. Olim *sed retrahitur:* conjunctionem recte delevit Ruhk. monitus a Gron. ad Epist. XXIV, not. 16. Ignorat autem eamdem ed. *R. Schw.*

5. *Jamque militari habitu.* Ille ut mulier ornatus, servus formam militis robustioris habet, sed ut pueritiam retrahat effugere volentem, pilos destringit aut penitus evellit. Cf. Epist. XCV, 18 sqq. *Ruhk.*

6. *Retritis pilis*, etc. Probavi hoc, quod dedit ed. *R.* cum ms. Pal. sec. et aliis. *Restrictis* ms. *A.* et ed. Erasm. *Restrictis vel retitis* (sic) ms. *c. Destrictis* vulgo ex Mureti ingenio. *S.*

7. *Inter ebrietatem.* Dicit totam noctem vigilare, sed partitis ministeriis. Priorem partem in convivio esse, ebrio domino cyathissantem: alteram in lecto, virum illi agentem. Et tales nempe grandes isti pueri, quos Achilles vocitabant, et in utramque venerem habebant. *Lips.*

8. *In convivio.* Sic ed. *R.* cum ms. *c.* Vulgatæ *et in conviv. Schw.*

Digitized by Google

perantia aut gulæ, aut linguæ, revocet in [1] crastinum. Adjice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est; qui sciunt, cujus rei illum sapor excitet, cujus delectet aspectus, cujus novitate nauseabundus erigi possit, quid jam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cum his cœnare non sustinet, et majestatis suæ diminutionem putat, ad eamdem mensam cum servo suo accedere. Dii melius! quot[2] ex istis dominos habent! Stare ante limen[3] Callisti[4] dominum suum vidi, et eum, qui illi impegerat titulum[5], qui inter ridicula[6] mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi[7] gratiam servus, ille in primam decuriam[8] conjectus, in qua vo- 7

1. *Exspectat quos... revocet in crastinum.* I. e. spectat, observat qui sint digni (tum ob adulationem, tum ob gulam aut procacem linguam) quos iterum dominus invitet. Gula intemperantes amabant qui pascerent aut cœnarent, quibus esset, ut loquitur Juvenalis *usus edendi*: lingua intemperantes, ob vernilitatem seu dicacitatem. Senec. Epist. CXXII, 12. Martialis VI, 44. *Ruhk.*

2. *Quot* ed. *R.* cum ms. *c.* Perperam vulgo *quod*, inde ab ed. Ven. cum ed. *A. Schw.* — *Quot ex istis dominos habent.* Int. quot ex istis eorum domini fieri possunt! quot fient! ut sequenti exemplo probatur.

3. *Stare ante limen... dominum.* Ut clientulum, egressus exspectantem. *L.*

4. *Callisti. Calixti* ed. *R.* et *A.* et sic deinde *Calixtum* et *Calixtus. S.* — *Callisti* præpotentis liberti Claudiani. Cf. Tacit. Annal. XI, 29, XII, 1, etc. Simillimum Epictet. Diss. Arrian. I, 19, 19 sqq. ed. Schweigh. memoratur de Felicione quodam sui ævi, quem ibi Vatinium apud Tacit. Annal. lib. XV, 34 al. memoratum haud temere credidit Uptonus. *Ruhk.*

5. *Impegerat titulum.* Venalitiis titulus vel inscriptio collo pectorique *impingebatur* i. e. alligabatur, unde nomen, patria, et bona malave eorum cognoscerentur. Vilissimi autem et propter multa vitia ridiculi venalitii in prima decuria producti sunt a mangonibus. Cic. de Offic. III, 23, 11, et Reitemeier. l. I. *Ruhk.*

6. *Ridicula* omnium librorum et scriptorum et editorum scriptura: non *rejicula*, quod tamen Lipsius Gruterusque probant. Sunt autem *ridicula* propter titulos s. indices morborum et vitiorum cujusque mancipii: et risu jocisve excipi solebant ab ipsis etiam præconibus. Appuleium VIII, (p. 182 Bip.?) laudat Lipsius. Eadem harum vocum varietas occurrit ap. nostrum de Brevit. vit. VII, 4. *Ruhk.* — *Ridicula* tuentur ed. *R.* et *A.* cum ms. *c. Schw.*

7. *Retulit illi gratiam.* Ironice: id est, ut gallico sermone vulgariter diceretur: *Il le paya de la même monnaie.*

8. *In primam decuriam.* Servi ve-

Digitized by Google

cem præco experitur[1]; et ipse illum invicem[2] apologavit,
8 et ipse non judicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino[3] quam multa Callistus!

Vis tu cogitare, istum quem servum tuum vocas, ex iisdem seminibus[4] ortum, eodem frui cœlo, æque spirare, æque vivere, æque mori? Tam tu illum videre ingenuum potes, quam ille te servum. Variana[5] clade multos[6] splendidissime natos, senatorium[7] per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit: alium ex illis
9 pastorem[8], alium custodem casæ fecit. Contemne nunc

nales serie et per decurias producebantur, ultimi autem, optimi reservati; vilissimi in primo agmine expositi; ut ex Martiali patet lib. IX: « Inspexit molles pueros, oculisque comedit, Non hos quos primæ prostituere casæ. » *Lips.*

1. *Vocem præco experitur.* Vehementer clamando nec emptorem reperiendo.

2. *Apologavit* i. rejecit, repudiavit. Cf. Heumann. Pœcile III, 2. p. 319. *R.*

3. *Sed domino.... Callistus?* Ipsi domino aliquid a Cæsare (Claudio) petenti Callistus impetravit, sed non sine pretio et dono. *Lipsius.*

4. *Ex iisdem seminibus.* Ipsa hæc Epictetus I, Dissert. XIII: « Non recordaberis qui sis, et quibus imperes? nonne cognatis? Nonne natura fratribus? Nonne a Jove oriundis? »

5. *Variana clade.* Omnes libri, mss. et edd. exhibent: *Mariana.* Enimvero meridiano sole clarius est, *Variana* esse sanam ab auctore profectam scripturam. Lipsius, quod sciam, primus sic legendum esse egregie ostendit ad Tacit. Annal. I, 10. not. 11, ed. Ernest. Magnus quoque Bentleius ad Horat. III Carm. 5, 8, hanc lectionem assensu suo firmavit. Neque vero Marius tulit cladem a barbaris, sed dedit, nec ad ipsos Germanos referre potes, quasi factos ab eo servos: nam addit: *senatorium gradum auspicatos*, quod certe Romanorum est, non itidem Germanorum. Cape igitur de Quintil. Vari in Westphalia clade, cum tribus legionibus ab Armenio cæsi: atque in ea multi honesti aut nobiles facti servi. Cæterum notissima est illa clades qua Quintil. Varus a Visurgi versus Luppiam ducens cum toto suo exercitu a Germanis Arminio duce, a. Chr. XX, deletum esse constat. Cf. Monumenta Paderbornensia p. 20 sqq. ubi omnia veterum loca inde a Strabone usque ad Orosium al. designata sunt, ut Schmidtium aliosque auctores Histor. German. omittam. *R.*

6. *Multos.* Quam, ante *multos* vulgatum, delevi ex communi librorum nostrorum et codd. Ops. et Grut. præscripto. *Schw.*

7. *Senatorium gradum.* Ad senatoriam dignitatem per militares honores progrediebantur. Cf. Lipsium de militia roman. II, 9 et c. 2, et Epict. Diss. Arrian. IV, 1, 39 not. *R.*

8. *Pastorem.* Quis enim alius servorum usus inter barbaros? et de iis

Digitized by Google

ejus fortunæ hominem, in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum immittere, et de usu servorum disputare; in quos superbissimi, crudelissimi, et contumeliosissimi sumus. Hæc tamen præcepti mei summa est: «Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere.» Quoties in mentem venerit, quantum tibi in servum liceat; veniat in mentem, tantumdem in te domino tuo licere. — At ego, inquis, nullum habeo dominum. — Bona ætas est[1]! forsitan habebis. Nescis qua ætate Hecuba[2] servire cœperit, qua Crœsus[3], qua Darii mater[4], qua Plato[5], qua [6]Diogenes? Vive cum servo clementer: comitem quoque[7], et in sermonem illum admitte, et in consilium, et in convictum.

Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum: Nihil hac re humilius, nihil turpius! — Hos ego eosdem deprendam[8], alienorum servorum osculantes[9] manum. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum *patrem familiæ*[10] appellaverunt; servos (quod etiam in Mimis adhuc durat) *familiares*. Instituerunt diem

agit: spectatque eodem quod de *casa* adjungit. Non enim Palatia illic, nec mediastinis opus, aut atriensibus. *L.*

1. *Bona ætas est*, juventus: ut mala ætas, senectus. *L.*

2. *Hecuba*, uxor Priami vel e Virgil. Æn. II, 501, nota. *Ruhk.*

3. *Crœsus* a Cyro captus. Herodot. I, 84 sq. *Ruhk.*

4. *Darii mater*. Sisygambis. Curtius III, 11. *Ruhk.*

5. *Plato* a Dionysio majore Polidi Lacedæmonio traditus, qui eum Anniceri Cyrenaico vendidit, a quo tamen statim liberatus est. Diog. Laert. lib. III, cap. 18, ubi Menagius nostrum locum non prætermisit. *Ruhk.*

6. *Diogenes*. Vide Diog. Laert. VI, 74. *Ruhk.*

7. *Comitem quoque et in sermonem illum admitte*. Sic recte edd. vett. et ms. *c.* cum codd. Opsopœi et Grut. Vulg. *comiter quoque et in sermonem admitte*. *Schw.*

8. *Deprendam* ed. *R.* ex Senecæ more. *Schw.*

9. *Osculantes manum*. Quod ipsum servorum erga dominos erat. *Lips.*

10. *Patrem familiæ*. Tertullianus: «Gratius est nomen pietatis, quam potestatis: etiam familiæ magis patres, quam domini vocantur.» *Lips.*

Digitized by Google

festum[1], non quo solo[2] cum servis domini vescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, jus[3] dicere permiserunt, et domum pusillam rempublicam esse judicaverunt. — Quid ergo? omnes servos admovebo mensæ
13 meæ? — Non magis quam omnes liberos. Erras, si existimas me quosdam, quasi sordidioris operæ, rejecturum, ut puta illum mulionem, et illum bubulcum; non ministeriis illos æstimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores[4]; ministeria casus assignat. Quidam cœnent tecum, quia digni sunt; quidam, ut sint[5]. Si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convi-
14 ctus excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quæras; si diligenter attenderis, et domi invenies. Sæpe bona materia cessat sine artifice: tenta, et experire[6]. Quemadmodum[7] stultus est, qui, equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum[8] ejus ac frænos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quæ vestis modo nobis circumdata est,
15 æstimat. Servus est! sed fortasse liber animo. Servus est! hoc illi nocebit? ostende quis non sit. Alius libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni; omnes timori. Dabo

1. *Instituerunt diem festum.* Saturnalia. Cf. Ep. XVIII. *Ruhk.*

2. *Non quo solo* recte et ex mente Senecæ ed. *A.* et mss. *c.* Col. et Ops. *Non quo solum* ed. *R.* Vulgo *quo non solum. Schw.*

3. *Jus dicere.* Permissum hoc fuit omnibus servis hoc die festo: Cato Censorinus tamen hunc morem semper coluit. Plutarch. Vol. II, p. 592, c. 21 Reisk. *Ruhk.*

4. *Sibi quisque dat mores.* Cf. Juvenal. Sat. V, impr. 108 sqq. *R.*

5. *Ut sint.* Supple: Digni qui tecum convivant.

6. *Et experire.* Fors *et experieris*, vel *et experiere. Schw.*

7. *Quemadmodum... frænos.* Similia exstant ap. Horat. I, Serm. 2, 86, ubi Bentleius conferatur, qui nec hunc locum, nec Ep. LXXX, 8, prætermisit. *Ruhk.*

8. *Stratum*, tegmen equis ad mollem vecturam paratum: moneo, ne de ephippio s. sella equitatoria, qua nostri equites utuntur, cogites: hac enim hæc ætas, de qua sermo est, carebat. Vide Beckmanni *Beitræge zur Geschichte der Erfind.* III, 1, p. 90 sqq. *Ruhk.*

Digitized by Google

consularem aniculæ servientem[1], dabo ancillulæ[2] divitem; ostendam nobilissimos juvenes mancipia pantomimorum[3]. Nulla servitus turpior est, quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti[4] te deterreant, quo minus servis tuis hilarem te præstes, et non superbe superiorem. Colant potius te, quam timeant.

Dicet nunc aliquis, me vocare ad pileum[5] servos, et 16
dominos de fastigio suo dejicere, quod dixi, colant potius dominum, quam timeant; ita, inquam[6], prorsus colant tanquam clientes, tanquam salutatores. — Hoc qui dixerit, obliviscetur, id dominis parum non esse[7], quod Deo satis est, qui colitur et amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo te facere judico, quod 17
timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione uteris. Verberibus muta[8] admonentur. Non, quidquid nos offendit, et lædit: sed ad rabiem nos cogunt venire deliciæ, ut, quidquid non ex voluntate respondit, iram evocet[9]. Regum nobis induimus animos[10]: nam illi quo-

1. *Aniculæ servientem.* Quam captat, et heredipeta est. *Lipsius.*

2. *Ancillulæ divitem.* Amore ejus corruptum. *Lipsius.*

3. *Mancipia pantomimorum.* Laudat Lipsius Senec. Nat. Quæst. VII, cap. ult. Vide Lipsium ad Tacit. Annal. I, 77. *Ruhk.*

4. *Fastidiosi isti* ex conjectura correxi. Omissum vulgo erat pronomen. *Ipsi* dabant edd. vett. cum ms. *c.* Frequenter autem in libris nostris permutantur *ipse* et *iste*. *Schw.*

5. *Ad pileum.* Libertatem.

6. *Ita, inquam.* Sic recte ed. *R.* cum codd. Pinc. et Grut. *Ita inquit* ms. *c.* et ed. *A.* Perperam vulgo, *itane inquit*. *Schw.*

7. *Parum non esse* edd. vett. et ms. *c.* Abest vulgo *non*. *Schw.*

8. *Muta* scripsi ex Ops. et Lips. conject. quod jam a Gronovio erat receptum. Vulgatum tamen *multa* cum ed. Bipont. tenuit Ruhk. *Schw.* — *Muta*, id est animalia, quæ sermonis usum non habent.

9. *Iram evocet.* Sic Gronov. in suo et Jureti codice invenit, et est in editione veteri. Mire hoc verbum amasse videtur Seneca. Sic invenit quoque Macrobius Saturn. I, 11, p. 247 ed. Bip.: ut quidquid non ex voluntate respondit, iram furoremque evocet. Gronovii emendatione: *sed ad rabiem cogunt venire deliciæ: ut quidque non ex voluntate respondit, iram evocet*, tuto supersedeamus. Antea: *iram provocet*. *Ruhk.*

10. *Regum nobis induimus animos.* Sic Noster II de Ira 31, 1. Regia

Digitized by Google

que, obliti et virium suarum, et imbecillitatis alienæ, sic
18 excandescunt, sic sæviunt, quasi injuriam acceperint; a cujus rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos præstat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant quærendo[1]; acceperunt[2] injuriam, ut facerent. Diutius te morari nolo, non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cætera boni mores, placent sibi, permanent[3]: levis est malitia, sæpe mutatur; non in melius, sed in aliud. Vale.

quisque intra se animum habet, ut licentiam sibi dari velit, in se nolit. Similia sunt Musonii Rufi, qui Senecæ æqualis Romæ stoicam philosophiam cum laude docuit. (Cf. Petri Nieuwlandi, præmatura morte litteris erepti, Diss. de Musonio Rufo, quam Daniel. Wyttenbachio falso tribuerunt. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III, p. 566.) Ejus locus est ap. Stob. Serm. 2, p. 66 ed. Schow. a Lipsio laudatus: « Τί προβαλλόμεθα τοὺς τυράννους μακρῷ χείρονες αὐτῶν καθεστῶτες; τὰς γὰρ ὁμοίας αὐτοῖς ἔχομεν ὁρμὰς ἐν ταῖς οὐχ' ὁμοίαις τύχαις. *Ruhkopf.*

1. *Quærendo.* Lipsius scripsit *querendo* quod æque bonum est: queruntur inoffensi, tantum ut sævire possint: quod habebat in textu *Lagrange* qui vertit: *Ses plaintes sont un prétexte pour nuire.*

2. *Acceperunt injuriam, ut facerent.* Intellige: dicunt se accepisse injuriam, ut possint animadvertere: sic quoque intel. *Lagrange* qui vertit: *Ils supposent une injure pour la rendre.*

3. *Permanent.* Vulgo, *et permanent*, contra quam lectionem ed. *R.* et codd. Pinciani, Opsopœi, et Gruteri. *Schw.*

EPISTOLA XLVIII.

DE FUTILITATE SOPHISTICARUM DISPUTATIONUM.

Lucilius quum quæstionem, nescimus quam, attamen gravissimam, Nostro proposuisset, se nunc non statim respondere posse scribit, quia diversæ utilitatis rationes obstent. Hæc utilitatis commemoratio occasionem præbet de amicitia quædam egregia afferendi, et, quum ipsum Lucilium his tricis philosophorum indulsisse intelligeret, ab isto studio avocandi, et in eos invehendi, qui quum utiliter præcipere debeant, aridis distinctionibus, spinosis ineptiis, atque adeo inutili subtilitate non solum in loco de amicitia, sed

Digitized by Google

ubique utantur, ideoque et Dialecticos facete perstringendi. Etenim sunt alia multa mala, pergit, contra quæ auxilium parandum est : itaque succurramus oportet prius iis, qui his malis laborant, ut doceantur, moneantur, subleventur, quam ut istis captiunculis et interrogatiunculis tantam operam navemus. Cf. Epist. XLV.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ad epistolam, quam mihi ex itinere misisti, tam longam, quam ipsum iter fuit, postea rescribam. Seducere[1] me debeo, et, quid suadeam, circumspicere. Nam tu quoque, qui consulis, diu, an consuleres, cogitasti : quanto magis hoc mihi faciendum est, quum longiore mora opus sit, ut solvas quæstionem, quam ut proponas? utique quum aliud tibi expediat[2], aliud mihi. Iterum[3] ego tanquam Epicurus loquor? Mihi vero idem expedit, quod tibi; aut non sum amicus, nisi, quidquid agitur ad te pertinens[4], meum est. Consortium rerum omnium inter nos 2
facit amicitia; nec secundi quidquam singulis est, nec adversi : in commune vivitur[5]. Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit : alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.

1. *Seducere me*, in solitudinem me conferre, ut cogitem de responsione.

2. *Aliud tibi expediat, aliud mihi.* Videtur de mansione in provincia fuisse consultatio : at Seneca maluisset redire et adesse. *Lipsius.*

3. *Iterum ego.... loquor.* Epicurus enim utilitatibus amicitiam metitur. Vide Epist. IX, 6. *Ruhk.*

4. *Quidquid agitur ad te pertinens, meum est.* Nil mutant libri nostri, nisi quod in ms. *c.* pro *ad te* scribitur *a te;* in quo suspicari possis superesse vestigium veteris scripturæ, quam ex optimo cod. Nicot. laudavit Opsop. scil. *quidquid agitur a te, protinus meum est.* Nec tamen veram equidem judico hanc scripturam: suspicor potius sic olim scriptum fuisse, *quidq. agitur ad te pertinens, protinus meum est. Schw.*

5. *In commune vivitur.* Stoicorum sententiæ de amicitia consentaneum est. Cf. Ep. IX. Illud Pythagoræ notissimum est, omnia amicis communia esse præcipientis. Cic. de Off. I, 17, 10, ibi Heusinger. Lipsius opportune laudat Aristotelis illud notissimum, qui quum interrogatus esset, quid sit amicus, respondit : « μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα, » una anima duobus corporibus inhabitans. *Ruhk.*

Digitized by Google

Hæc societas diligenter et sancte observata[1], quæ nos omnes omnibus[2] miscet, et judicat aliquod esse commune jus generis humani, plurimum ad illam quoque, de qua loquebar, interiorem societatem amicitiæ colendam pro-
3 ficit. Omnia enim cum amico communia habebit, qui multa cum homine.

Hoc, Lucili, virorum optime, mihi ab istis subtilibus præcipi malo, quid amico præstare debeam, quid homini, quam quot modis *amicus* dicatur, et *homo* quam multa significet. In diversum, ecce, sapientia et stultitia discedunt : cui accedo? in utram ire partem jubes? Illi homo pro amico est, huic amicus est pro homine[3] : ille amicum
4 sibi parat, hic se amico. Tu mihi[4] verba distorques, et

1. *Observata* recte ed. *R.* Vulgo cum ed. *A.* et ms. *c.* scribunt *observanda est*, et dein post *humani* interpungunt, ut a verbo *plurimum* nova periodus incipiat. *Schw.*

2. *Omnes omnibus.* Sic commode primus edidit Mur. et ad hanc scripturam nil monitum est ab Ops. aut Grut. Habet autem ed. *R. homines hominibus*; ed. Erasmi vero cum ed. *A.* et ms. *c. omnes hominibus.* Sæpius a scribis nostris permutari *homines* et *omnes*, jam supra monuimus. Ad rem. facit quod alibi ait Noster : « Ego sic vivam, quasi sciam aliis me natum : et naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negotium meum agere potuit? unum me donavit omnibus, uni mihi omnes. » De Vita Beat. c. 20. *Schw.*

3. *Huic amicus est pro homine.* Probavi scripturam codicis Nicot. ab Opsop. relatam : alii vulgo *huic amic. non est pro hom.* Sententia est : *Illi* (sapientiæ et sapienti) *homo pro amico est*, sapiens omnibus hominibus est amicus : *huic* (stultitiæ et stulto) *amicus est pro homine*, stultus amicum non aliter æstimat atque alium quemlibet hominem ; scilicet amat eum quatenus ipsi utilis est, aspernatur et deserit simul atque ex illo nullum amplius fructum capere potest. Cf. Epist. IX. Jam vero, in his quæ continuo subjiciuntur, invertit auctor ordinem ac vim pronominum *ille* et *hic*, ut *ille* ad id quod proximum est referatur, *hic* ad remotius : (cujus inversionis, non minus Latinis auctoribus quam Græcis usitatæ, plura exempla collegit Gronovius noster Observ. III, 16. Cf. Sanctii Minerv. et ibi Perizon. p. m. 236 sq.) *Ille* (stultus) *amicum sibi parat*, scil. *ut habeat qui sibi ægro assideat*, etc. *hic se* (*parat*) *amico*, scil. *ut habeat cui ipse ægro assideat, quem ipse circumventum hostili custodia liberet*; ut ait idem Noster Epist. IX, pag. 23 sub fin. *S.*

4. *Tu mihi... digeris* ut Dialectici, Academici et Stoici, facere solent. Cf. Cic. de Or. II, 38. Tusc. III,

Digitized by Google

syllabas digeris. Scilicet[1], nisi interrogationes vaferrimas struxero, et conclusione falsa a vero nascens mendacium astrinxero, non potero a fugiendis petenda secernere! Pudet me; in re tam seria senes ludimus. « Mus syllaba est[2]; mus[3] autem caseum rodit; syllaba ergo caseum rodit. » Puta nunc, me istud non posse solvere; quod mihi ex ista inscientia[4] periculum imminet? quod incommodum? Sine dubio verendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne quando, si negligentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte illa acutior est collectio: « Mus syllaba est: syllaba autem caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit. » O pueriles ineptias! in hoc supercilia[5] subduximus? in hoc barbam

10, IV, 5, 14. Hinc ironice exagitat illas *interrogationes*, i. e. syllogismos, ἐροτήσεις. Interrogare enim et ἐρωτᾶν λόγους est Dialecticis, primum captiosas interrogationes nectere, ex quibus concessis conclusiunculæ deducantur; deinde argumentari. Sic Cic. Acad. II, 28, 29, Soritem vocat vitiosum interrogandi genus. Cf. Hemsterhus. ad Lucian. Tom. II, p. 403. Bip. Alludit ad illa concludendi genera spinosa et ea falsa, quorum et in Ep. XLV, memineram, et quibus *mendacium astringitur*, i. e. falsa argumentatio e Dialectices legibus construitur. *Ruhk.*

1. *Scilicet.* Commode sic ed. Erasm. et seqq. *Sed* dabant edd. vett. cum ms. *c.* Utraque vox in vett. codd. frequenter per compendium scribitur, unde facile altera pro altera accipi potuit; quod et alibi passim factum observavi. *Schw.*

2. *Mus syllaba est*, etc. Ab his verbis nova Epistola incipitur in ed. *R.* et *A.* et in ms. *c.* quæ in ed. *R.* insignitur numero XLVIIII, in ms. *c.* num. L. Error inde natus, quod in vetustiore aliquo exemplari temere factum erat, ut argumentum posterioris partis hujus Epistolæ, quod in ora libri annotari debuerat, intra contextum h. l. poneretur. Argumentum illud hujusmodi est: *Notat eos qui in tanta egestate temporis puerilibus sophismatibus indulgent. S.*

3. *Mus.... caseum rodit.* Vides idem vitium hic occurrere, quod in cornuto reperitur. Medius enim terminus, quem vocant, non idem significat in propositione et assumptione, ideoque contra primam syllogismi regulam peccatur. *Ruhk.*

4. *Ex ista inscientia. Ex ista scientia* ed. *A.* et *R.* et ms. *c.* Vulgo *ex ista sententia*, quod ex ingenio Erasmi natum videtur. Nos, nostra de conjectura, *inscientia* correximus. *Schw.*

5. *In hoc supercilia.... demisimus?* Fastuosi sumus et reverentiam ab aliis poscimus propter unam hanc futilem artem? *Ruhk.* — Philosophiam professi barbam crescere si-

Digitized by Google

demisimus? hoc est quod tristes docemus et [1]pallidi?
6 Vis scire, quid Philosophia promittat generi humano? Consilium! Alium mors vocat; alium paupertas urit; alium divitiæ vel alienæ torquent, vel suæ; ille malam fortunam horret, hic se felicitati suæ subducere cupit; hunc homines male habent, illum Dii. Quid mihi lusoria ista componis[2]? non est jocandi locus: ad miseros advocatus
7 es. Opem laturum te naufragis, captis, ægris, egentibus, intentæ securi subjectum præstantibus caput, pollicitus es: quo diverteris? quid agis? Hic, cum quo ludis, timet. *Succurre*[3], quidquid loquenti, respondent in pœnis omnes. Undique ad te manus tendunt, perditæ vitæ periturœque auxilium aliquod implorant; in te spes opes-
8 que sunt; rogant, ut ex tanta illos volutatione extrahas, ut disjectis et errantibus clarum veritatis lumen osten-

nebant, quo severiores viderentur.

1. *Tristes.... et pallidi:* id est austero vultu quasi rei magnæ, gravi incumbentes.

2. *Componis.* Sic ed. *R.* et *A.* cum ms. *c.*, non *proponis*, quod ab Erasmo invectum est. *Schw.*

3. *Succurre, quidquid loquenti, respondent in pœnis omnes.* Locum, non modo in editis vulgo, sed et in optimis alioquin msstis misere corruptum, et variis atque variis modis deformatum, persanavimus ex scriptura nostri cod. *c.* cum ed. *A.* collata. In ms. *c.* sic legitur, *Succurre quidquid loquenti respondeat in penis. Omnes undique*, etc. Ed. *A.* ita habet: *Succurre quid quod loquenti respondent in penis omnes. Undique*, etc. In ed. *R.* erat, *timet succurrere; quid quod*, et cætera eadem. Ex Erasmi conjectura vulgo legebatur: *Succurre, quisquis eloquentior es, pereuntium pœnis. Omnes undique*, etc. pro quibus hæc posuit Ruhk. *Succurre! quid quod laqueati despondent: in pœnis omnes*, etc. Cæterum *pœnas*, pro cruciatibus et quibusvis malis, cum Nostro dixere etiam Plinius et Quintilianus. *Schw.* — Cæteras variantes Ruhk. edidit: in aliis codd. erat, inquit, *Quisquis eloquentior es in pœnis: quicquid laqueati respondentium pœnis:* in aliis: *succurrere*, et, *succurre, quidqui laqueati r. in p.*; in aliis: *quid est quod laqueati r. i. p.* Cod. Colon. habet: *succurre, quicquid laqueati respondent in pœnis*; notatumque ad oram, pro *respondent* alias legi: *rei pudent.* Cod. Erfurt. Amplonianus habet: *quicquid laqueati respondentium penis.* Erasmus adjecit: Si pro *respondent* legas *despondent* i. e. desperant, tolerabilis erit lectio. Hanc recepi. Sed locum nondum persanatum puto. Lipsius conjecit: *hic cum quo ludis, timet.*

Digitized by Google

das [1]. Dic [2], quid natura necessarium fecerit, quid supervacuum; quam faciles leges posuerit; quam jucunda sit vita, quam expedita, illam [3] sequentibus; quam acerba et implicita eorum, qui opinioni plus quam naturæ crediderunt: si prius docueris [4], quæ partem malorum levatura sunt, quid istorum cupiditates demat, quid temperet. Utinam [5] tantum non prodessent! nocent. Hoc 9
tibi, quum voles, manifestissimum faciam, et comminui et debilitari generosam indolem in istas argutias conjectam. Pudet dicere, contra fortunam militaturis quæ porrigant tela, quemadmodum illos [6] subornent [7]. Hac ad sum-

Succurre! Quidquid illaqueatorum pendet in pœnis, omnes undique, etc. *Ruhk.*

1. *Ostendas.* Hoc promittunt philosophi, et præstant. Lucretius: « Quique per artem Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris, In tam tranquillo, et tam clara luce locarunt. » Utramque imaginem ibi habes, et *volutationis*, et *luminis*. *Lipsius.*

2. *Dic.... temperet.* Spectant hæc ad illa, quæ § 6, posuerat mala, contra quæ omni ope pugnandum sit. Scribe illis legem et expone: sequere naturam. *Ruhk.*

3. *Illam* (sc. naturam) *sequentibus* recte ms. *c.* et ed. *A.* non *illas*, ut vulgo. *Schw.*

4. *Si prius docueris, quæ partem malorum levatura sunt, quid istorum cupiditates demat, quid temperet.* Ista, temere a Mur. et seqq. editoribus omissa, restituit Ruhk. in hunc modum: *si prius doc. quæ partem eorum levatura sunt, quid ist. cup. demit, quid temperat.* At *demat*, et *temperet* dedit ed. *R.* Tum eadem quidem ed. *R.* cum ed. *A. quæ partem eorum levatura sint*, ubi ferri fortasse poterat conjunctivus *sint*; prætuli tamen *sunt*, quod dedit ms. *c.* quemadmodum Ruhkopfio placuerat. Denique *eorum*, quod ab hoc loco alienum videbatur, mea de conjectura in *malorum* mutavi. Ex mss. suis protulit Grut. *quam partem eorum*, quod poteras sic accipere, ut significaret Seneca, *ad animum* non *ad corpus*, pertinere philosophiæ præcepta; sed reliqua oratio cum ista scriptura parum congruit. *S.*

5. *Utinam.* Alii habent: *Disputationes istæ utinam*, etc. Sed neque in edd. vett. nec in quamplurimis codd. reperiuntur priores duæ voces. — *Utinam.... prodessent!* Objectio est ejus, qui disputationes illas defensum it. *Ruhk.* — Nescio quomodo Ruhkopfio in animum venire potuerit hic esse objectionem: gradatio est: cum auctor probaverit inutiles esse has disputationes, asserit deinde eas non tantum esse inutiles, sed nocentes, ut infra probat.

6. *Illos* ms. *c.* cum ed. *A.* et *R.* non *illum*. *Schw.*

7. *Pudet dicere... subornent.* Sensus est: vix audeo dicere, quæ (i. e. quam imbellia) tela porrigant iis qui sunt militaturi contra fortunam, quo-

Digitized by Google

mum bonum itur? Per istud philosophiæ sunt[1] nigræ et turpes infamesque, etiam ad album sedentibus, excep-
10 tiones. Quid enim aliud agitis, quum eum, quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse[2] videatur? Sed quemadmodum illos [3]Prætor, sic hos Philosophia in integrum restituit. Quid disceditis ab ingentibus promissis, et, grandia locuti, « effecturos vos, ut non magis auri fulgor, quam gladii, perstringat oculos meos; ut ingenti constantia, et quod omnes optant, et quod omnes timent, calcem, » ad Grammaticorum ele-
11 menta[4] descenditis? Quid dicitis? Sic itur ad astra? — Hoc est enim quod Philosophia mihi promittit, ut parem Deo faciat; ad hoc invitatus sum, ad hoc veni: fidem præsta!

Quantum potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus et præscriptionibus[5] philosophorum. Aperta decent et simplicia bonitatem[6]. Etiamsi multum superesset

modo eos subornent, i. e. ad pugnam accingant.

1. *Per istud philosophiæ sunt*, etc. Int. inde evenit ut et philosophia habeat nigras et turpes *exceptiones*. *Exceptiones* sunt, quibus reus agentem repellit: eas philosophorum captiosas objectiones et cavillationes Seneca infamiores esse dicit quam ut adhibeantur a Leguleis sedentibus ad album, i. e. circa tabulam albam in qua edicta prætoris proponebantur; quorum quidem Leguleiorum in exceptionibus ars maxime versabatur.

2. *Formula cecidisse*, quod fit, quum actio aliter, alio tempore, apud alium, quam oportuit, et præscriptum erat, instituitur. Vide ad II, de Clement. 3, 1. *Ruhk.* — Quam strictum fuerit circa justas formulas adhibendas jus civile veterum Romanorum ex hoc adagio intelligi potest apud JCtos recepto: qui cadit a syllaba, cadit a toto.

3. *Prætor.* Prætores nimiam stricti juris severitatem quo in perniciem bonorum homines malæ fidei abutebantur, naturali æquitate mitigabant.

4. *Ad Grammaticorum elementa* etymologias sectando, verbaque non res curando, etc. *Ruhk.*

5. *Præscriptionibus. Præscriptiones.* Ita et exceptiones dicuntur, quibus reus agentem repellit. *Lipsius.*

6. *Aperta decent et simplicia bonitatem.* Iterum me angit silentium aliorum: nam nostræ membranæ, *veritatem*: sequenti extrema (Epist. XLIX, 12). *Nam, ut ille ait tragicus, veritatis simplex oratio est. Gronov.*

Digitized by Google

ætatis, parce jam dispensandum erat, ut sufficeret necessariis : nunc quæ dementia est, supervacua discere in tanta temporis egestate. Vale.

EPISTOLA XLIX.

DE BREVITATE VITÆ : IDEO NUGIS ABSTINENDUM.

Pompeiorum, quam urbem in itinere per Campaniam adierat, aspectu memoriam Lucilii sibi renovatam scribit. Unde occasionem sumit de brevitate et velocitate temporis disserendi, in quo nihil longum aut vetus esse monet. Proinde in eos iterum invehitur, qui ad supervacua et ineptias vacant, præsertim in Dialecticos, quos non omnino contemnendos, sed tantum prospiciendos et a limine salutandos jubet. Facilis hinc est transitus ad ea extollenda, quæ necessaria sunt ad vitæ mala depellenda aut minuenda.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Est quidem, mi Lucili, supinus et negligens, qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur : tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria evocant ; nec exstinctam memoriam reddunt, sed quiescentem irritant ; sicut dolorem lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut servuli familiaris admissio [1], aut vestis, aut domus renovat. Ecce Campania, 2
et maxime Neapolis, ad Pompeiorum tuorum [2] conspectum, incredibile est, quam recens desiderium tui fecerit. Totus mihi in oculis es : quum maxime a te discedo ; vi-

1. *Admissio.* Sic Pincianus e mss. probat, et codex Col. *Amissio* Erasmus, ed. vetus et cod. Pal. Grut. *Admonitio* Muretus. Prius tamen antiquum habeo : *admittitur* autem is, qui in colloquium venit. Jam servus familiaris in colloquium admissus jacturam, ideoque dolorem de amico mortuo renovat. *Ruhk.*

2. *Pompeiorum tuorum.* Villam, opinor, in Pompeiano habebat. Vide initio Epist. LXX. *Lips.* — Equidem

Digitized by Google

deo lacrimas combibentem[1], et affectibus tuis inter ipsam coercitionem exeuntibus non satis[2] resistentem. Modo amisisse te videor.

Quid enim non *modo* est[3], si recorderis? modo apud Sotionem[4] philosophum puer sedi; modo causas agere
3 cœpi; modo desii velle agere; modo desii posse. Infinita est velocitas temporis, quæ magis apparet respicientibus. Nam ad præsentia intentos fallit; adeo præcipitis fugæ transitus levis est. Causam hujus rei quæris? quidquid temporis transiit, eodem loco est; pariter aspicitur, una jacet; omnia inde in profundum cadunt. Et alioqui non possunt longa intervalla esse in ea re, quæ tota bre-
4 vis est, Punctum est, quod vivimus, et adhuc puncto minus; sed hoc minimum specie quadam longioris spatii natura divisit. Aliud ex hoc infantiam fecit, aliud puritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quamdam ab adolescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto quot gradus posuit! Modo te prosecutus sum; et tamen hoc *modo* ætatis nostræ bona portio est,

Pompeiis oriundum fuisse Lucilium hinc liquere puto. Cæterum illa urbs, quæ terræ motu anno Christi LXXIX corruit, nostro demum sæculo detecta est, una cum Herculano. Cf. Martini, et Volckmann *Nachricthten von Italien*, vol. III, p. 327 sqq. *Ruhk.*

1. *Lacrimas combibentem.* Sic percommode edd. inde ab Erasmo, non dubito quin ex vet. cod. Noster quidem ms. *c.* cum ed. *A.* et *R. cohibentem* tenet. *Schw.*

2. *Non satis.* Illud *non* acceptum feramus Pinciano, qui id in nonnullis suis cod. invenerat, unde et Muretus sumpsit. Erasmus habet: *nobis satis*, quod et Gruter. in mss. suis quinque reperit, et est in Erfurt. Amplonian. *Ruhk.* — Quod et tenet ms. *c.* apud Schw.

3. *Quid enim non modo est.* Bene vertit *Lagrange: Tout le passé n'est-il pas d'hier?*

4. *Sotionem.* Aliquoties Sotion quidam citatur de successione philosophorum, a Laertio, Græce Σωτίων· non iste opinor. Citatur et ab Aul. Gellio I, 8, *e peripatetica disciplina*, etsi male ibi libri quidam *Phocion.* Sed noster iste magis Pythagoricus fuisse videtur ex Epist. CVIII, 7. De quo etiam Euseb. Chronico, extremis Augusti annis: « Sotio philosophus Alexandrinus præceptor Senecæ clarus habetur. » *Lipsius.* Ex ista epistola hoc colligere non licet. Magis

Digitized by Google

cujus brevitatem aliquando futuram cogitemus [1]. Non so- 5
lebat mihi tam velox tempus videri : nunc incredibilis cursus apparet; sive quia admoveri lineas [2] sentio, sive quia attendere cœpi et computare damnum meum.

Eo magis utique indignor, aliquos ex hoc tempore (quod sufficere ne ad necessaria quidem potest, etiamsi custoditum diligentissime fuerit), in supervacua majorem partem erogare. « Negat Cicero [3], si duplicetur sibi ætas, 6
habiturum se tempus quo legat Lyricos. » Eodem loco Dialecticos [4]. Tristius inepti sunt : illi ex professo lasciviunt; hi agere se ipsos aliquid existimant. Nec ego nego prospicienda ista; sed prospicienda tantum, et a limine salutanda, in hoc unum, ne verba nobis dentur, et aliquid in illis esse magni ac secreti boni judicemus. Quid te torques et maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempsisse, quam solvere? Securi est, et ex commodo mi- 7
grantis, minuta conquirere : quum hostis instat a tergo,

Stoicus fuisse videtur. Sed cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III, p. 576. Harl. *Ruhk.*

1. *Modo.... cujus brevitatem aliquando futuram cogitemus.* Nunc tempus a quo te prosecutus sum (*où je te reconduisais*) breve videtur : quod tamen bona pars vitæ est. Cujus (vitæ) brevitas mox nobis affutura est, apparebit, nempe in senio et sub exitum. *Lagrange* aliter interpretatur, qui vertit : *Ce moment est une grande portion de notre vie, qui ne tarde pas à finir;* quasi brevitas esset finis.

2. *Admoveri lineas. Lineæ* malebam, scil. *extremæ. Schw. — Sive quia admoveri lineas sentio.* Bene hic observat Lipsius inter alia : ut in stadio, ubi curritur ad lineam, et jam tangimus. Duplex enim ibi linea, et a qua, et ad quam currebant : κανόνα aut γραμμὴν Græci dixerunt. Cf. ad Epist. XII, 4; XXVI, 1 nott. *R.* — Sic Horatius : « Mors ultima linea rerum est. » Alii ut Muretus ad ludum calculorum referunt, ubi lineæ, et ultimam ἱερὰν sive sacram volunt dictam. Eo quum alter calculos promoverat, ludus finiebatur.

3. *Negat Cicero.... Dialecticos.* Ubi hæc Cicero dixerit, non memini. Sed extremis annis ab eo dicta esse videntur, se neque Lyricos, Pindarum, Alcæum, etc. neque Dialecticos iterum lecturum esse : quippe cujus animo ad graviora et utiliora intento neque lascivia Lyricorum, neque spinæ et tricæ Dialecticorum placere poterant. Juveni autem Ciceroni eos lectos fuisse constat. *Ruhk.*

4. *Eodem loco Dialecticos.* Vulgo *eodem modo.* Istud commode dedit ed. *A.* cum ms. *c.* et aliis apud Mod.

Digitized by Google

et movere se[1] jussus est miles, excutit necessitas quidquid pax otiosa collegerat. Non vacat mihi verba dubie cadentia consectari[2], et vafritiam in illis meam experiri.

> Aspice, qui coeant populi, quæ mœnia clausis
> Ferrum acuant portis[3]!...

Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis
8 exaudiendus est. Demens omnibus merito viderer, si, quum saxa in munimentum murorum senes feminæque congererent, quum juventus intra portas armata signum eruptionis exspectaret, aut posceret; quum hostilia in portis tela vibrarent, et ipsum solum subfossionibus et cuniculis tremeret; sederem otiosus et ejusmodi quæstiunculas[4] ponens: « Quod non perdidisti, habes; cornua autem non perdidisti; cornua ergo habes: » aliaque
9 ad exemplum hujus acutæ delirationis concinnata. Atqui æque licet demens tibi videar, si istis impendero operam: et nunc obsideor. Tunc tamen[5] periculum mihi obsesso externum immineret; murus me ab hoste secerneret: nunc mortifera mecum sunt. Non vaco ad istas ineptias: ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit vita; adversus hæc me doce aliquid! effice ut ego

et Grut. Malebam tamen *eodem loco habeo* vel *pono*. Si receptam lect. serves, verbum supplendum est. *Schw.*

1. *Movere se*. Sic. edd. vett. et mssti. Præter rationem omissum erat pronomen inde ab ed. Lips. *Schw.*

2. *Verba dubie cadentia consectari*. Dialecticorum more. Etenim mala et pericula undique mihi imminent. *Ruhk.*

3. *Aspice... portis*. Versus sunt e Virgil. Æn. VIII, 385 sq. verba Veneris a Vulcano arma petentis in usum Æneæ. Sequitur vivida descriptio urbis obsessæ, in cujus *munimentum* i. e. muros et propugnacula imbellis turba saxa confert in hostem dejicienda. *Ruhk.*

4. *Quæstiunculas*. De quæstiuncula cf. Ep. XLV, 7 not. *Ruhk.*

5. *Tamen*. Præstat fortassis: *tantum*. Confusas autem esse a librariis has duas voculas, docet Schwarsius ad Plin. Panegyr. c. 31. *Ruhk.* — Sic Ruhkopfius, at Schw.: *tunc tamen*, inquit, bene habet, nec equidem *tunc tantum* requiram cum Ruhkopfio.

Digitized by Google

mortem non fugiam[1], vita me non effugiat[2]. Exhortare 10
adversus difficilia, de æquanimitate[3] adversus inevitabilia ; angustias temporis mei laxa ; doce[4], non esse positum bonum vitæ in spatio ejus, sed in usu ; posse fieri, immo sæpissime fieri, ut, qui diu vixit, parum vixerit. Dic mihi dormituro : Potes non expergisci ; dic experrecto : Potes non dormire amplius ; dic exeunti : Potes non reverti ; dic redeunti : Potes non exire[5]. Erras, si in 11
navigatione tantum existimas minimum esse, quo a morte vita diducitur : in omni loco æque tenue intervallum est. Non ubique[6] se mors tam prope ostendit : ubique tam prope est. Has tenebras discute ; et facilius ea trades, ad quæ præparatus sum. Dociles natura nos edidit, et rationem dedit imperfectam, sed quæ perfici posset. De ju- 12
stitia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraque, et illa, cui alieni corporis abstinentia est, et hac, cui sui cura. Si me nolueris per devia[7] ducere, facilius ad id, quo tendo, perveniam. Nam ut ille ait Tragicus[8], « Veritatis simplex oratio est, » ideoque illam

1. *Effice ut ego mortem non fugiam.* Sic recte ed. *R.* et ms. *c.* de quo jam perspecte Grut. monuerat. Vulgo *effice ne ego mortem fugiam*, quæ Pincianus dedit e mss. inepte, si spectes id quod adjicitur, *vita me non effugiat. Schw.* — Ante Pincianum apud Erasmum : *adversus hæc me doce ; aliquid affer, ne mortem effugiamus.*

2. *Vita me non effugiat.* Si tempus aliud aut male agens perdo, effugit vita : si bene et utiliter pono, nihil mihi perit. *Lipsius.*

3. *De æquanimitate.* Nil mutant libri, quos suspicor debuisse *da æquanimitatem. Schw.*

4. *Doce... vixerit.* Cf. Cic. de Senect., c. 19 : Noster Ep. XCIII, 2, non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis : nam ut diu vivas fato opus est, ut satis, animo. *Ruhk.*

5. *Dic mihi..... exire.* Sic noster *La Fontaine*, lib. XI, fab. 8 :

..... Est-il aucun moment
Qui vous puisse assurer d'un second seulement?

6. *Non ubique..... est.* Quanquam eam propinquam non videamus ubique, ubique propinqua est.

7. *Per devia.* Alludit ad vanas sophistarum nugas.

8. *Tragicus*, nempe Euripides in Phœnissis, 481. Ἀπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. *Ruhk.*

Digitized by Google

implicare non oportet : nec enim quidquam minus convenit, quam subdola ista calliditas, animis conantibus magna. Vale.

EPISTOLA L.

PLEROSQUE SUA VITIA NON VIDERE ; QUÆ SI VIDEAMUS, NUNQUAM DESPERANDA SANATIO EST.

Negat sibi opus esse, ut ab eo, qui Lucilii epistolam proximam abhinc multos menses scriptam tradiderat, quærat, quid agat, quum probe sciat, illum emendationi sui quotidie incumbere, neque a nimio sui amore præpediri. Quod aliter evenit in quamplurimis hominibus, qui cæci sunt et velamenta vitiis quærunt. Exemplo est Harpaste, uxoris fatua, quæ oculis subito capta domum tenebricosam esse putat. Agnoscenda itaque monet vitia esse, et in tempore remedia quærenda. Unde enim alioquin animi sanitas exorietur? quæ etiam contingere vel inveteratis vitiis potest : quia animus facilis est flecti, et natura ad bonum volat.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

EPISTOLAM tuam accepi post multos menses quam miseras : supervacuum itaque putavi, ab eo, qui afferebat, quid ageres, quærere. Valde enim bonæ memoriæ est, si meminit : et tamen spero, sic te jam vivere, ut ubicumque eris, sciam quid agas. Quid enim aliud agas, quam ut meliorem te ipse quotidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intelligas tua vitia esse, quæ putas
2 rerum? Quædam enim locis[1] et temporibus ascribimus; at illa, quocumque transierimus, secutura sunt. Harpasten[2], uxoris meæ fatuam, scis hereditarium onus in

1. *Quædam enim locis... sunt.* Sæpius huc revertitur Noster et maximo jure; de quo cf. Epist. XXVIII. *Ruhk.*
2. *Harpasten.* Est ἁρπαστὴ bene

Digitized by Google

domo mea remansisse; ipse enim aversissimus[1] ab istis prodigiis sum : si quando fatuo delectari volo, non est mihi longe quærendus : me rideo. Hæc fatua subito desiit videre. Incredibilem tibi narro rem, sed veram : nescit esse se cæcam ; subinde pædagogum[2] suum rogat, ut migret[3] ; ait domum nigram et tenebrosam[4] esse. Hoc, quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi. Nemo se avarum[5] esse intelligit, nemo cupidum. Cæci 3

ominatum nomen : quasi bellula futura et rapienda ab omnibus, ut ἁρπαστὸν pilæ genus ea re dixerunt. *L.* Hæc fatua, vernula ut videtur, joci causa alebatur, γελωτοποιοῦσα : hereditate tamen ad Senecam transmissa. Luxus enim ambitionisque nanos, nanas, copreas, etc. in familiis habuisse Romanos, præsertim hujus ævi patet ex. c. e Sueton. Tib. 61, extr. Claud. 8. *Ruhk.*

1. *Aversissimus ab istis prodigiis sum.* Unice hoc verum erat, quod ex Agricolæ emendatione receperat Muretus. Mireris Lipsiensem editorem, vitiosum *avarissimus* reducentem : qui quum deinde scribat, *ab istis prodigiis non sum*, rursus mireris quo pacto et sibi persuaserit et lectoribus conatus sit persuadere, istam scripturam e cod. Col. laudatam esse a Grutero. *Schw.* — Ruhkopf. edidit *avarissimus, ab istis prodigiis non sum.* Sic. cod. Colon., inquit, apud Gruterum, in quo sinceram auctoris manum agnosco. Reliqui omnes Palatini et editiones præstant : *avarissimus ab istis prodigiis sumpsi, quando,* etc. Rudolf. Agricola annotaverat : *aversissimus ab istis prodigiis sum : si quando,* etc. Ex qua scriptura facta est vulgata, quam tamen præ ea quæ a codd. affertur, eo ablegandum putavi, unde pedem intulit. Sensus est : etsi multi sunt, qui talia prodigia pro deliciis habeant, equidem tamen iis non delector. Est autem vis præpositionis *a* elegantior, qua pars a qua stamus, sumus, quam amplectimur, exprimitur. Sic Cic. Or. II, 38 extr : « Erat enim (Critolaus) ab isto Aristotele. » *Ruhk.*

2. *Pædagogum.* Et ipsum servum, cujus curæ servi urbani iique politiores demandabantur : nam pædagogi non solum ii servi erant, qui pueros nobiliores ad ludum litterarium deducerent, ab Hor. A. P. 161, *custodes* appellati, sed etiam ii, qui alicui rei præsunt : cf. Columella de R. R. I, 1, p. 25 Bip. Hinc domus illa pars, in qua servi illi degerent pædagogium appellabatur. Plin. Ep. VII, 27, cf. ad I, 4, de Tranq. An. not. *Ruhk.*

3. *Ut migret.* Int. ut aliam domum petat, quoniam hæc est nigra et tenebrosa ; sicut vertit *Lagrange : Elle prie son conducteur de la faire déménager.*

4. *Nigram et tenebrosam.* Priora duo verba, omissa vulgo, commode adjecta dedit ed. *R.* cum duobus ms. Grut. *Schw.*

5. *Nemo se avarum esse intelligit.... cupidum.* Idem Horatius Epp. VIII, 7, occupavit. Vide Bentleium ad Horat. I, Epp. XVI, XXXVIII, ubi

Digitized by Google

tamen ducem quærunt; nos sine duce erramus, et dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romæ potest vivere! Non ego sumptuosus sum, sed Urbs ipsa magnas impensas exigit! Non est meum vitium, quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitæ; adolescentia hæc facit!

4 Quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum; intra nos est, in visceribus ipsis sedet. Et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos ægrotare nescimus[1]. Si curari cœperimus, quando tot morbos, tantasve ægritudines[2] discutiemus? Nunc vero ne quærimus quidem medicum; qui minus negotii haberet, si adhiberetur ad recens vitium: sequerentur teneri et ru-
5 des animi recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonam mentem[3]: at, mehercules, si turpe[4] est magistrum hujus rei quærere; illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere: laborandum est[5]! Et, ut verum dicam, ne labor quidem magnus est; si modo, ut dixi, ante animum nostrum formare incepe-
6 rimus[6] et recorrigere, quam indurescat pravitas ejus. Sed

nostrum locum advertit. *Ruhkopf.*

1. *Quia nos ægrotare nescimus.* Laudat Lipsius Pythagoram Stobæi Serm. XII de fiducia dicendi p. 319 ed. Schow. Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη καὶ συνεγορευομένη θεραπεύεται. *R.*

2. *Tantasve ægritudines.* Commode edd. inde ab Erasmo. *Tantasve res* ed. *R.* et *A.* eum ms. *c.* et Gruterianis omnibus. *Schw.*

3. *Erubescimus discere bonam mentem.* Sic et Horatius *sapere aude.*

4. *Si turpe est*, etc. Voculam *si* e cod. Col. ap. Grut. hoc ipso probante, addidi, sermonis tenore postulante, distinctione media post: *quærere* posita. *Ruhk.*

5. *Laborandum est.* Doctrina enim virtutem præstat; illa sine magistro non est. Stoicum dogma est. Vide Epist. LII, 1, et Lipsii Manuduct. II, 10. *Ruhk.*

6. *Inceperimus.* Recepi ex eodem ms. Col. et Pal. sec. pro vulgato *incepimus*, quod minus bene latinum est. *Schw.*

Digitized by Google

nec induratam [1] despero : nihil est [2] quod non expugnet pertinax opera, et intenta ac diligens cura. Robora [3] in rectum, quamvis flexa, revocabis; curvatas trabes calor explicat, et, aliter natæ [4], in id finguntur, quod usus noster exigit. Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, et omni humore [5] obsequentior? quid enim est aliud [6] animus, quam quodam modo se habens [7] spiritus? vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia, quanto tenuior est. Illud, mi Lucili, non est quod te impediat, quo minus de nobis bene speres, quod malitia jam nos tenet, quod diu in possessione nostri est. Ad neminem ante bona mens venit, quam mala; omnes præoccupati sumus. Virtutes discere est vitia [8] dediscere. Sed eo majore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi nobis [9] boni perpetua possessio est. Non dediscitur virtus [10]. Contraria [11] enim mala

1. *Induratam* (scil. pravitatem) ed. *A.* et ms. c. Vulgo *indurata* inde ab ed. *R. Schw.*

2. *Nihil est..... cura.* Juxta illud Horatii: «Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator, Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturæ patientem commodet aurem.»

3. *Robora... exigit.* Cf. Senec. I de Ira 5, 4 not. *Calor explicat* ligno scisso et ponderibus aliorsum ducto subditus. Vascularii et nautæ quotidie faciunt. *Lipsius.*

4. *Natæ. Nata* malebam in neutr. gen. *Schw.*

5. *Omni humore.* Non trabe aut robore tantum, sed aere, aut aqua, quibus nil flexibilius. *Lipsius.*

6. *Quid enim est aliud.* Quia de *humore* præmisit. Ecce ipse animus, inquit, est aer, et ergo ductilis. *Lips.*

7. *Quodammodo se habens.* Spiritus nempe talis, et ut stoici πνεῦμα διερόν, calidus spiritus. Vide me Physiol. III, dissert. IX. *Lipsius.*

8. *Virtutes discere est vitia dediscere.* Tenui verbum *est*, ex Gronovii conject. a Ruhk. receptum. Deerat vulgo id verbum, sed et duo verba *vitia dediscere* desunt ed. *A.* et ms. c. *Schw.*

9. *Traditi nobis.* Ruhk. *nobis traditi*: quod verbum *nobis* Ruhkopfius addidit e quinque Grut. codd. Erf. Ampl. et editione vetere, eumque Schweig. secutus est, nisi quod illius vocis locum mutavit.

10. *Non dediscitur virtus.* Stoicum est, sapientem summe et semper beatum esse: stabile illud bonum non vi, non casu excuti, aut minui; sed nec crescere. Vide Lipsii Manuduct. lib. III, dissert. III.

11. *Contraria*, nempe virtuti,

Digitized by Google

in alieno[1] hærent; ideo expelli[2] et exturbari possunt: fideliter sedent, quæ in locum suum veniunt. Virtus se-
9 cundum naturam est: vitia inimica et infesta sunt. Sed quemadmodum virtutes receptæ[3] exire non possunt, facilisque earum tutela est; ita initium ad illas eundi arduum: quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ est, formidare inexperta. Itaque cogenda est mens, ut incipiat. Deinde non est acerba medicina: protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem voluptas est: Philosophia pariter et salutaris et dulcis est. Vale.

1. *In alieno.* Quia, ut infra dicit: *Virtus* sola *secundum naturam est.*

2. *Expelli.* Edd. inde ab Erasmo, non incommode, sed invitis libris. Repone *depelli*, quod communi consensu exhibent edd. vett. et ms. *c.* cum codd. Opsop. et Gruter. *Schw.*

3. *Virtutes receptæ.* Ex Agricolæ emendatione apud Erasm. commode primus recepit hoc Muretus. *rectæ* ed. *R.* et codd. Grut. *retentæ* ed. Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c. Schw.*

EPISTOLA LI.

ELIGENDUM ESSE SAPIENTI APTUM QUO VIVAT LOCUM.

Quemque habere, quo delectetur, ait; Lucilium Ætna, se Baiis. Sed hoc diversorium luxuriæ et vitiorum se mox reliquisse. Ita occasionem sumit, de secessu et de evitandis irritamentis vitiorum exponendi. Indurandus autem est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus, ne Hannibalis Campaniæ luxu enervati sortem experiamur. Nobis enim quoque bellum gerendum est contra voluptates cujuscumque generis, et contra fortunam, ut libertatem adipiscamur. Quocirca loca sobria sanctaque eligenda sunt, ut ingenium firmetur et magnis conatibus aptum reddatur, velut ii fecerunt, qui primi villas in Baiano exstruxerunt, et Catonis in modum. Verbo, persequatur Lucilius vitia et voluptates monet.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quomodo quisque potest[1], mi Lucili! Tu istic habes

1. *Quom. quisq. pot.* Subintellige, quisque agit, se habet: cui locutioni Latinæ optime respondet nostra Gallica: *Chacun fait comme il peut.*

Digitized by Google

Ætnam, illum nobilissimum Siciliæ montem : quem quare dixerit Messala[1] *unicum*, sive Valgius[2] (apud utrumque enim legi), non reperio; quum plurima loca evomant ignem, non tantum edita (quod crebrius evenit, videlicet quia ignis in altissimum effertur), sed etiam jacentia. Nos, utcumque possumus, contenti sumus Baiis[3], quas 2
postero die, quam attigeram, reliqui; locum ob hoc devitandum, quum habeat quasdam naturales dotes, quia sibi illum celebrandum luxuria desumpsit.

Quid ergo? ulli loco indicendum est odium? Minime! sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro 3
magis convenit quam alia, nec ullum colorem ille odit, sed aliquem putat parum aptum esse frugalitatem professo : sic regio quoque est, quam sapiens vir, aut ad sapientiam tendens, declinet, tanquam alienam bonis moribus. Itaque, de secessu cogitans, nunquam[4] Canopum eliget, quamvis neminem Canopus esse frugi vetet; ne Baias quidem. Diversorium vitiorum esse cœperunt : illic

1. *Messala.* Edd. vett. et ms. *c.* Vulgo *Messala. Schw.* — *Messala* Corvinus, orator, qui extremis Augusti annis mortuus est. Cf. Hieronymus in Chronic. ad Olymp. 197, 3, et Harduin. in Indice Plin. *Ruhk.*

2. *Valgius.* T. Valgius Rufus, poeta nobilis epicus, ad quem Horatii Carm. II, 9 extat. Cf. Heyne ad Tibull. IV, 180 ed. nov. Occurrerunt hæc fortasse in Valgii bucolicis, de quibus videas Wernsdorfii Poet. Lat. Min. t. IV, p. 804 et 586. Cæterum cuique, vel me non monente, constabit, nobis de illa lite, cur Ætna *unicus* dictus sit, nullum judicium competere; hariolari tamen licet, epitheton illud petitum esse ab evomendo igne, etc. quo nullus alius neque Siciliæ neque Italiæ mons isto tempore inclaruit. *Ruhk.*

3. *Baiis.* Urbe Campaniæ, thermis, quas noster *naturales dotes* vocat, olim celebri (cf. Strabo V, 2, 19, 4, 5 ed. Lips.), nunc vero ruinis obruta, vide Meyers *Darstellungen aus Italien*, p. 460. *Ruhk.*

4. *Canopum.* Urbem Ægypti, quæ duodecim miliaribus ab Alexandria distabat, ad ostium Nili Canopicum sitam, ubi nunc Bequier, *les Beguières*, s. Aboukir (Savary I, p. 33). Famosa fuit in antiquitate et propter templum Canopi s. Serapidis, et propter luxuriam : unde κανωβισμὸς et κανωβίζειν in proverbium abierunt. Lipsius laudat Ammian. Marc. XXII, 16, p. 327 Bip. et Strabon. XVII,

Digitized by Google

sibi plurimum luxuria permittit; illic, tanquam aliqua licentia debeatur loco, magis solvitur. Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem. Videre ebrios per littora errantes, et comessationes navigantium, et symphoniarum[1] cantibus strepentes[2] lacus, et alia, quæ, velut soluta legibus, luxuria non tantum peccat, sed publicat, quid necesse est? Id agere debemus, ut irritamenta vitiorum quam longissime profugiamus. Indurandus est animus, et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una[3] Hannibalem hiberna solverunt; et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniæ[4]. Armis vicit, vitiis victus est. Nobis quoque militandum est[5]: et quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur. Debellandæ sunt in primis voluptates: quæ,

p. 759 ed. Bas. 1549. Vide Intpp. ad Sil. Ital. XI, 433. *Schlichtegroll zu Abbildungen* I, p. 38. *Ruhk.*

1. *Symphoniarum.* De instrumento musico intelligo, quod Isidor. Origg. III, 21, describit ita: lignum cavum ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc et inde Musici feriunt; fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus. Quo et referam Epist. XII, 8, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur: Βαῖνε, etc. *Ruhk.*

2. *Strepentes.* Non sperno vulgatum *perstrepentes*, quod agnoscit ed. *A.* sed præferre debui simplex verbum, in quod consentiunt ed. *R.* ms. *c*, et quinque Gruteriani. *Schw.*

3. *Una Hannibalem hiberna.* In uno membranaceo invenit Modius (Novant. Lectt. Epist. 58.) et in Pal. tert. a secunda manu Gruterus. Probavit et Lipsius. Ceteri codd. et omnes edd. vett. dant: *vina. Vim Hannibalis* conjecit Muretus.

4. *Fomenta Campaniæ.* Fuit hæc perpetua inter Romanos fama, cujus haud semel meminit Livius, e. c. XXIII, 18, 45, sæpius tamen ab artium militarium peritis recte in dubium vocata, *fomentis*, i. e. mollitie et luxuria Campaniæ enervatum esse Hannibalem ejusque exercitum unis hibernis; quum debuissent recta ad Romam obsidendam post terrorem cannensis pugnæ pergere. *Ruhk.*

5. *Nobis quoque militandum est.* Laudat Lipsius Epictet. Arrian. Diss. III, 24, 34. Militia est vita hominis super terram, ubi Uptonus p. 772 Schweigh. nostrum locum et M. Anton. II, 1, 17, adduxit. Addas Platon. de Legg. I, p. 8, 9, vol. VIII Bip. *Ruhk.*

Digitized by Google

ut vides, sæva[1] quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis 6
sibi proposuerit, quantum operis aggressus sit, sciet nihil delicate, nihil molliter esse faciendum. Quid[2] mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatoriis[3], in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur? Omnis sudor per laborem exeat! Si faceremus quod fecit Hannibal, ut interrupto cursu rerum, omissoque bello, fovendis corporibus operam daremus, nemo non intem- 7
pestivam desidiam, victori quoque, nedum[4] vincenti, periculosam, merito reprehenderet. Minus nobis, quam illis Punica signa sequentibus, licet: plus periculi restat cedentibus[5], plus operis etiam perseverantibus[6]. Fortuna mecum bella gerit: non sum imperata facturus[7]; jugum non recipio; immo, quod majore virtute faciendum est, excutio! Non est emolliendus animus. Si voluptati ces- 8
sero, cedendum est dolori, cedendum labori, cedendum est paupertati; idem sibi in me juris esse volet et ambitio, et ira; inter tot affectus distrahar, immo discerpar. Libertas proposita est[8]: ad hoc præmium laboratur. Quæ sit libertas, quæris? Nulli rei servire, nulli necessitati,

1. *Sæva.* Id est, dura atque aspera, ut Hannibalem.

2. *Quid mihi... includitur?* Sermo est de thermis Baianis. Epist. CVIII, 16. Decoquere corpus atque exinanire sudoribus inutile simul delicatumque credimus. *Ruhk.*

3. *Quid cum sudatoriis.* Quæ laconica vocant. *Lips.*

4. *Nedum vincenti.* Nos enim qui vitiis bellum indiximus, nunc maxime cum illis pugnamus; nondum autem ea vicimus: ideo non licet indulgere desidiæ quæ victorem ipsum profligat.

5. *Cedentibus.* Id est, plus periculi nobis imminet, si retro ferimus pedem, quam imminebat ipsis Pœnis militibus.

6. *Perseverantibus.* Id est, nobis majus est opus, ut perseverantia nostra omnino vitia evertamus, quam fuit Carthaginiensibus ut, post Cannensem pugnam, Romam funditus everterent.

7. *Non sum imperata facturus.* Id est, illius fortunæ imperio nunquam ero obnoxius.

8. *Libertas proposita est.* Is enim inter fines fructusque Philosophiæ. Et quæ libertas ea sit, Epictetus Arr. Diss. quum alibi, tum toto capite I,

Digitized by Google

nullis casibus ; fortunam in æquum deducere [1] : quo die illa me intellexero plus posse [2], nil poterit. Ego illam feram, quum in manu mors sit ?

9 His cogitationibus intentum loca seria sanctaque eligere oportet. Effeminat [3] animos amœnitas nimia ; nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam jumenta patiuntur, quorum durata in aspero ungula est ; in molli palustrique pascuo saginata cito subteruntur : et fortior miles ex confragoso [4] venit ; 10 segnis est urbanus et verna [5]. Nullum laborem [6] recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur : in primo deficit pulvere [7] ille unctus et nitidus. Severior loci disciplina firmat ingenium, aptumque magnis conatibus reddit. Literni [8] honestius Scipio, quam Baiis exsulabat : 11 ruina ejus non est tam molliter [9] collocanda. Illi quoque,

libri IV. Adde Senecam Ep. LXV fin. *Ruhk.*

1. *In æquum* (sc. locum) *deducere*, ne supra me stet, imperetque. *Lips.*

2. *Illa me intellexero plus posse.* Sic ex Lipsii conjectura merito correxit Matth. Inepte vulgo *illam intell. Schw.*

3. *Effeminat... regio.* Hanc Senecæ observationem firmarunt omnes, qui de climatis quod dicimus, sive de cœli ad animos corporaque vi egerunt inde a Platone et Aristotele usque ad Falconetum aliosque. Cf. *Le voyage du jeune Anacharsis p. Barthélemy*, Tom. IV, p. 77, ed. Parisiens. *R.*

4. *Et fortior miles... venit.* Hoc jam observavit Cyrus apud Herodot. IX, 122, qui eamdem ob causam præpediit, quominus Persæ patria sterili et confragosa relicta segnes fierint. *Ruhk.* — *Ex confragoso.* E saltibus et montanis, locis asperis.

5. *Verna.* I. molliter educatus. Proprie enim vernæ sunt servi ex servis nati et ii non duriter habiti. Seneca de Provid. I, 6 not. *Ruhk.*

6. *Nullum laborem... transferuntur.* Juxta illud Horatii : « Non his juventus orta parentibus Infecit æquor sanguine punico, Pyrrhumque et ingentem cecidit Antiochum Annibalemque dirum, Sed rusticorum mascula militum Proles, sabellis docta ligonibus Versare glebas, et severæ Matris ad arbitrium recisos Portare fustes, » etc.

7. *Pulvere.* I. studio, labore et exercitatione. *Ruhk.*

8. *Literni.* Oppidi Campaniæ, nunc *Torre di Patria*, quo secessit Scipio Africanus major, ut invidiam et certamina cum tribunis pl. evitaret. Ibi quoque mortuus est. Conf. Tit. Liv. XXXVIII, 52, 53 ; Strabo V, 4, 4, p. 187 sq. ed. Lips. *Ruhk.*

9. *Non est tam molliter*, etc. Exspectabam *erat*, loco τοῦ *est* : sed vi-

Digitized by Google

ad quos primos fortuna Romani populi publicas opes transtulit, C. Marius [1] et Cn. Pompeius et Cæsar [2], exstruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis jugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari late longeque subjecta. Aspice quam positionem elegerint, quibus ædificia excitaverint locis, et qualia: scies [3] non villas esse, sed castra. Habitaturum tu putas unquam fuisse in micca [4] Catonem, 12

detur lectorem velut in rem præsentem adducere velle Seneca. *Schw.*

1. *C. Marius. Gaius Marius* ed. *R.* et similiter *G. Marius* ed. *A.* cum ms. *c.* quod teneri potuerat. Sic mox *Gneus Pompeius* ed. *A.* et ms. *c.* at ibi *Cneus* ed. *R. Schw.* — *C. Marius.* Meminit Plutarchus in Mario c. 34. ἦν ἰσχὺ (sc. in Baiano) περὶ Μισήνου τῷ Μαρίῳ πολυτελὴς οἰκία (pretiosa villa) τρυφὰς ἔχουσα καὶ διαίτας ϑηλυτέρας, ἢ κατ' ἄνδρα πολέμων τοσούτων καὶ στρατιῶν αὐτουργόν. Plin. H. N. XVIII, 7, 1: Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies Consul, sed peritia castrametandi; sicut comparatos ei cæteros etiam Sulla Felix cæcos fuisse diceret. Plutarcho narrante hanc villam non ita longe post emit L. Lucullus, unde hujus nomine apud Scriptores de Re Rust. occurrit: vide Indicem ad eos, ubi p. 240, col. 2. Schneiderus hunc Plutarchi locum ascripsit. Quædam notavit VVernsdorf. P. L. M. Vol. V, 3, p. 1380. *R.*

2. *Et Cæsar.* De cujus villa Baiana Tacit. XIV, Ann. 9, laudat Lipsius: Viam Miseni propter et villam Cæsaris Dictatoris quæ subjectos sinul editissima prospectat. *Ruhk.*

3. *Scies.* Sic recte ed. *R.* Vulgo *scias. Schw.*

4. *Habitaturum... fuisse in micca Catonem.* Vitiosum *in Utica* tenent edd. *A.* et *R.* cum tribus Grut. quod quoniam Lipsiensi satis placuit editori, relinquamus illi. *In urtica* ms. *c.* in alio Pal. erat *in numma*, in alio *in villa.* Modius et Ops. in suis codd. *in unica* aut *inimica:* quo probabilior mihi visa est Lipsii conjectura *in Mica* corrigentis, nec vero illam Domitiani *Micam* intelligentis, cujus Martialis II, 59 meminit, sed domum quamdam Baiis isto nomine insignitam. Mihi vero ex veteris scripturæ vestigiis *micca* geminata *c* litera scribendum videbatur, quod etiam cum græco μικκὰ (i. e. μικρὰ οἰκία) aptius convenit; idque pro communi nomine accepi, quo in ista Italiæ ora quamlibet *exiguam et elegantem domunculam* appellari solitam suspicor. *Schw.* — Sic Schw. at Ruhk. qui edidit *Utica*: sic, inquit, omnes edd. multi codd. quam lectionem Lipsius, Modius, Gronovius aliique repudiarunt. Nam de *Uticæ* deliciis, dicunt, neque fama est, neque, ut de iis constaret, hic locus esse possit, ubi de Baiis sermo est. Codd. quoque locum corruptum esse clamant. Dant enim *in Utica*, alii *in numma*, alii *in villa Cat.* alii *in unica*, alii *miniaca*, alii *inimica*, alii *in ñma.* Hinc Modius Ep. 123. Nov. lectt. conjecit: *in Vaticæ* sc. Villa ex Epistola Senecæ LV. Li-

Digitized by Google

ut prætervavigantes[1] adulteras dinumeraret, et tot aspiceret genera[2] cymbarum variis coloribus picta, et fluitantem toto lacu[3] rosam, ut audiret canentium nocturna convicia[4]? nonne manere ille intra vallum maluisset, quam unam noctem inter talia duxisse[5]? Quidni malit, quisquis vir est, somnum suum classico, quam symphonia, rumpi? — Sed satis diu cum Baiis litigavimus, nunquam satis cum vitiis: quæ, oro te, mi Lucili, persequere sine modo, sine fine; nam illis quoque nec finis est, nec modus. Projice quæcumque cor tuum laniant; quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis revellendum erat. Voluptates præcipue exturba, et invisis-

pius *in Mica*, quia putabat sic loca cœnationum minuta sed elegantiæ et lautitiæ facta appellata Romanis, coll. Martial. II, 59, 1; at illa *Mica* Domitiani demum tempore exstructa est. Gronovius conj. *in Acta*; amœno littore: Rubenius *in ima Acte*. Viri docti nondum satis distincte docuerunt, cur *Uticæ* hic stare non possit. Honestius, ait, Cato intra vallum manebat, quam in loco deliciis et voluptatibus effluente, ut Scipio Literni, quam Baiis exsulare maluit. Fuit, quum e var. lect. *in numma* et e Strabone V, 4, 4 ed. Lips. emendarem: *in Cumano*. Sed impetum repressi. Nam situs Uticæ non impedit, quominus vera sint, quæ Noster, cui uberior quam nobis notitia de hac urbe esse potuit, hic attulit. *R.*

1. *Prætervavigantes*. Sic vulgo, ab Erasmo: sed verum erat *prænavigantes*, quod habet ed. *R.* cum ms. Amplon. et alio quem laudaverat Gronov. ad Liv. XXIX, 32. Cf. Senec. Epist. LXX. Emendationem occupavit Matthiæ in Programm. sæpius a nobis in Præfat. laudato. Vitiose *postnavigantes* dant ed. *A.* et ms. *c.* *Schw.*

2. *Et tota spiceret genera*, etc. Sic ed. *R.* ex qua una propagatum est verbum *aspiceret*; quod licet alii codices (quotquot novimus) omnes cum ed. *A.* et ms. *c.* ignorent, tenendum tamen putavi, quum præsertim verbum *dinumeraret* non nisi perincommode ad id, quod subjicitur, *fluitantem toto lacu rosam*, posset referri. Non unus hic locus est, in quo veterem veramque scripturam, in vetustissimis qui supersunt codd. obliteratam, unus aliquis aut alter junior liber servavit. *Schw.*

3. *Lacu*, sc. Lucrino. *Ruhk.*

4. *Convicia* i. e. *clamores*. Recte vulgo ex ed. *R.* Cf. Grut. et quæ nos ad XV, notavimus. *Schw.*

5. *Quam unam noctem inter talia duxisse*. Hæc est planissima et commodissima editionis Rom. scriptura, merito a Mureto instaurata; quam servarunt etiam duo codd. Grut. nisi quod in his perperam *duxtsset* scribitur. Ab illa discedens Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* et Pal. sec. sic edi-

Digitized by Google

simas habe : latronum more, quos *philetas*[1] Ægyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Vale.

derat, *quam ibi unam noctem anxius ipse duxisset.* Tum Lips. et Gron. cum codd. Pinc. et Ops. *quod in unam noctem manu sua duxisset;* sic et Ruhk. nisi quod huic placuit *in una nocte*, quod habent duo alii codd. Grut. *Schw.*

1. *Philetas.* A Mur. vulgatum, ex Ipsius emendatione : quo de vocabulo confer Lipsium et lexicographos Græcos. *Phylistas* dabat ed. *R. Philitas* ed. Ven. et Er. cum codd. Grut. *Sophistas* ed. *A.* et ms. *c. Schw.* — *Philetas.* Est voc. græcum, φιλήτης, latro, fur, quod Noster derivat a φιλέω, amo, osculor; sed rectius deducitur a φηλέω, fallo. Cf. Schneideri Lexicon Græcum in Φήλης. *Ruhk.*

EPISTOLA LII.

OMNES SAPIENTIAM AFFECTANTES INDIGERE ADJUTORIO : BONUM DUCEM ELIGENDUM.

Inconstantiam et vacillationem hominum in rebus bonis rectisque quærens et adjutorio opus esse statuens, Epicurum recordatur, qui tres hominum ad veritatem contendentium classes constituit, quarum prima ad eos pertinet qui nullo auxilio indigent; altera eos complectitur qui indigent duce; tertia continentur ii quibus non solum duce, sed adjutore et coactore opus est. Ex quibus ultimi majore laude digni sunt. Hisce Noster se applicat. Jam quum de duce, quem eligendum suadeat, ut formeris, sermo sit, in primis eligantur monet, qui factis suis verba confirmant, vitentur qui rhetoras agunt philosophi, ideoque verbosi et ambitiosi sunt atque plausum captant; in quos hac occasione satis acerbe invehitur. Comparari meretur Luciani libellus egregius adversus Pollucem Tom. VII, p. 220 sq. Bip.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quid est hoc, Lucili, quod nos alio tendentes alio trahit, et eo, unde recedere cupimus, impellit? quid colluctatur cum animo nostro, nec permittit nobis quidquam

Digitized by Google

semel velle? Fluctuamus inter varia consilia; nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. — Stultitia[1], inquis, est, cui nihil constat, nihil diu placet. — Sed quomodo nos, aut quando, ab illa revellemus? Nemo per se satis valet, ut emergat; oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quosdam[2] ait Epicurus[3] ad veritatem sine ullius adjutorio contendere: ex his se; fecisse sibi ipsum viam; hos maxime laudat, quibus ex se impetus fuit, qui se ipsi protulerunt: quosdam indigere ope aliena; non ituros, si nemo præcesserit, sed bene secuturos: ex his Metrodorum[4] ait esse. Egregium hoc quoque, sed se-

1. *Stultitia.* Stoico sensu, ille animi status, qui nondum philosophiæ luce collustratus est. Cf. Lipsii Manuduct. in phil. Stoic. II, 1. Cæterum spectat huc illud celeberrimum Araspis ap. Xenophont. Cyroped. VI, 1, 41 ed. Zeun. de duabus animis. *R.*

2. *Quosdam*, etc. Ruhkopf. dat: *Quosdam, ait Epicurus, ad veritatem sine ullius adjutorio, ex his se, fecisse sibi ipsos viam.* Sic, inquit, restituit Gronovius, quum Pincianus dederat: *adjutorio contendere, ex iis se fecisse sibi ipsum v.* At verbum *contendere* non est, nisi in unico Pinciani et Pal. valde corrupto: dein omnes *sibi ipsos.* Solus iste Pinciani, *sibi ipsis.* Erasmi, quatuor Pall. Heins. et Gronov. codd. cum vett. edd. concorditer: *adjutorio exisse fecisse sibi ipsos.* Unde, pergit Gronov., præsto sincerum: *Q. a. E. a. v. s. u. adjutorio, ex his se, fecisse sibi ipsos v.* Vides integrum sensum commodissima brevitate. Quosdam, ait, et se ex illis, hoc fecisse. Ut conjeceramus, plane in ms. quodam codice exhibitum testis mihi Rubenius. Accedit editio vetus. Sed cod. Amplon. Erf. exhibet lectionem antea vulgatam: *Quosdam, ait Epicurus, ad veritatem sine ullius adjutorio contendere: ex iis se fecisse sibi ipsum viam. R.* — Sic Ruhk. at Schw.: Tenueram, inquit, hoc quod Ruhk. edidit ex Gronovii conjectura: nunc autem, postquam animadverti, scripturam codicis Amplon. ab eodem Ruhk. citatam convenire cum ea, quæ jam a Lipsio partim ex uno optimo Pinciani codice, partim ex ipsius conjectura, vulgata erat, certum habeo, sic scriptum oportuisse hunc locum: *Quosdam..... sine ullius adjutorio contendere: ex his se* (Epicurum, scil. *esse*); *fecisse sibi ipsum viam.*

3. *Epicurus.* Cicero de N. D. I, 26: Gloriabatur, ait, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum. Bene judicat Bruckerus Hist. crit. Phil. Vol. I, p. 1231 sq. de hac re ita: Opponitur Epicurus αὐτοδίδακτος philosopho sectario, idque voluit Gargettius philosophus, nulli sectæ se philosophiam suam debere, sed suomet ingenio et meditatione collectas ingenii opes in proprium doctrinæ suæ ædificium contulisse. *R.*

4. *Metrodorum.* De hoc vide supra ad Epist. VI, 6. *Ruhk.*

Digitized by Google

cundæ sortis, ingenium. Nos ex illa prima nota[1] non sumus; bene nobiscum agitur, si in secundam recipimur: ne hunc quidem contempseris hominem, qui alieno beneficio esse salvus potest; et hoc multum est, velle servari. Præter hæc adhuc invenies aliud genus hominum, ne 4
ipsum quidem fastidiendum, eorum, qui cogi ad rectum compellique possunt; quibus non duce tantum opus sit, sed adjutore, et (ut ita dicam) coactore. Hic tertius color est. Si quæris hujus exemplar, Hermarchum[2] ait Epicurus talem fuisse. Itaque alteri[3] magis gratulatur, alterum magis suspicit. Quamvis enim ad eumdem finem uterque pervenerit; tamen major est laus, idem effecisse in difficiliore materia. Puta enim duo ædificia excitata 5
esse, ambo paria, æque excelsa atque magnifica: alterum, puta, area[4] accepit; illic protinus opus crevit: alterum fundamenta laxa[5] habet, in mollem ac fluidam humum missa; multumque laboris exhaustum est, dum pervenitur ad solidum. Apparet in altero quidquid factum est; alterius magna pars et difficilior latet. Quædam in-

1. *Secundæ sortis.... primæ notæ.* Vide not. 1 ad Ep. XLII, § 1.

2. *Hermarchum.* De Hermarcho vide ad Epist. VI.

3. *Alteri*, sc. Metrodoro; *alterum*, Hermarchum. *Ruhk.*

4. *Alterum, puta, area accepit.* Erasmianum *putam aream accepit*, quod ipsum fere ed. *A.* et *R.* cum ms. *c.* tenent, revocavit Ruhk. postquam alii cum Mureto *dura area accepit* ex Pinciani conject. dederant. Nobis placuit *aream* in primo casu: nec enim domus aream, sed area domum accipit. *Puta* autem opportune dedit ed Ven. haud. dubie ex vetere quodam libro. Nec vero adjecto vocabulo *pura*, nec *dura*, opus erat. *Area*, si veteres Grammaticos audias, est *locus purus*, id est, non ædificatus: est item *locus siccus et aridus*, adeoque *durus*; cui mox apud Nostrum opponitur *mollis ac fluida humus. S.*

5. *Alterum fundamenta laxa* (i. e. ampla), *habet* id ex tribus codd. Palat. et ed. Ven. merito recepit Ruhk. quum alii omnes libri, et quidem meliores alioquin et vetustiores, variis modis corrupti essent. *S.*—Vulgatum *alterius fund. lassarunt*, monstrum lectionis Ruhkopfio videtur. Muretus Rudolphi Agricolæ conjecturam *lapsabunda* recepit. Aberrationum loco habeo variet. codd. nonnullorum: *laxabant*, *lassabant*, *laxabunda*, *sopabunda*.

Digitized by Google

genia facilia et expedita; quædam manu[1], quod aiunt,
6 facienda sunt, et in fundamentis suis occupanda. Itaque ego illum feliciorem dixerim, qui nihil negotii secum habuerit; hunc quidem de se melius meruisse, qui malignitatem naturæ suæ vicit, et ad sapientiam se non perduxit, sed extraxit. Hoc durum et laboriosum ingenium[2] nobis datum scias licet[3]; imus per obstantia. Itaque pugnemus, aliquorum[4] invocemus auxilium!

7 Quem, inquis, invocabo? hunc, aut illum? — Tu vero etiam ad priores revertere[5], qui vacant: adjuvare nos possunt non tantum qui sunt, sed et qui fuerunt. Ex his autem, qui sunt, eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, et communes locos volvunt, et in privato circulantur[6]: sed eos, qui vitam[7] docent; qui, quum dixerint quid faciendum sit, probant faciendo; qui docent quid vitandum sit, nec unquam in eo, quod fu-
8 giendum dixerint, deprehenduntur. Eum elige adjutorem, quem magis admireris quum videris, quam quum

1. *Manu...facienda.* I. e. labore et opere: vid. Consol. ad Marc. c. XIX, 2, de Ira II, 8, 6. *Ruhk.*

2. *Laboriosum ingenium.* Ex quinque Grut. codd. Amplonianoque et Erasm. ed. margine est. *Laboriosum negotium* Erasmi editio et vetus agnoscunt, at Muretus exclusit, dans *laboriosum nobis d. Ruhk.*

3. *Datum scias licet; imus per obstantia.* Modii divinationi ascribit Grut., qui et in quinque suis codd. invenit; est quoque in cod. Amplon. Erf. Erasmus et editio vetus habent: *datum scias scilicet imus*, etc. *R.*

4. *Aliquorum.* Edd. vett. et ms. *c.* ex usu Senecæ. Vulgo *aliorum*, perperam: nec enim quosvis alios vult invocatos. *Schw.*

5. *Ad priores revertere, qui vacant.* Int., ut liquet e sequenti phrasi, confer te ad sapientes priorum ætatum, qui vacant, id est, quibus est otium nos audi endi, aut quos non alter sibi duces occupavit.

6. *In privato circulantur.* Coronam auditorum circa se congregant, recitandi causa: de his § 8, sermo est. Reprehendit autem sophistarum recitationes hoc ævo valde solemnes, ἐπιδείξεις et ἀκροάσεις ἐπιδεικτικὰς appellatas: fiebant plerumque in domibus ditiorum ad hunc usum commodatis. Cf. Upton. ad Epictect. Diss. Arian. III, 23, 23 ed. Schweigh. *Ruhk.*

7. *Vitam.* Erasmus, quinque codd. Grut. Amplon. et editio vetus. Antea: *vita. Ruhk.*

Digitized by Google

audieris. Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire, quibus admittere populum ac disserere consuetudo est; si modo hoc proposito in turbam prodeunt, ut meliores fiant, faciantque meliores; si non ambitionis hoc causa exercent. Quid enim turpius philosophia captante clamo- 9
res? Numquid æger[1] laudat medicum secantem? Tacete, favete, et præbete vos curationi : etiam si exclamaveritis[2], non aliter audiam, quam si ad tactum vitiorum vestrorum ingemiscatis. Testari vultis attendere vos, moverique magnitudine rerum? sane liceat! Ut quidem judicetis, et feratis de meliore suffragium, quidni non permittam? Apud Pythagoram[3] discipulis quinque annis 10
tacendum erat : numquid ergo existimas, statim illis et loqui et laudare licuisse? Quanta autem dementia ejus est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? Quid lætaris, quod ab hominibus his laudaris,

1. *Numquid æger laudat medicum secantem?* De tota hac re Epictetus Dissert. III, cap. XXIII. « Solitus est dicere Rufus (*Musonius*) : Si tantum habetis otii ut me laudetis, ego vero non dico. Itaque sic dicebat, ut quisque nostrum qui assideret, putaret se ab aliquo illi delatum. Sic reprehendebat facta, sic ob oculos cujusque mala ponebat. O viri, taberna modica est, philosophi schola. Non oportet gaudentes exire, sed mœrentes. » Ipsa hæc paulo diffusius in A. Gellio, sed eidem Musonio refert accepta. « Musonium, inquit, philosophum solitum dicere accepimus : cum philosophus hortatur, monet, suadet, objurgat; tum qui audiunt, si de summo et soluto pectore obvias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant etiam, si gestiunt, si vocum ejus festivitatibus, si modulis orationis moventur, exagitantur et gestiunt : tum scias, et qui dicit et qui audit frustra esse; neque illic philosophum loqui, sed tibicinem canere. Animus, inquit, audientis philosophum, si quæ dicuntur utilia ac salubria sunt, quæque errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium prolixe laudandi non habet. » Plutarch. etiam talia De audiendo. *Lipsius.*

2. *Etiam si exclamaveritis... ingemiscatis.* Id est, si exclametis, hæc exclamatio sit gemitus in conspectu vestrorum vitiorum.

3. *Apud Pythagoram.... erat.* Res nota. Cf. tamen Meiners *Geschichte der Wis.* vol. I, p. 454 sq. qui egregie de hac re disputavit, et Senecam aliosque perperam istam de Pythagoreorum taciturnitate traditionem interpretatos esse docuit. *Ruhk.*

Digitized by Google

11 quos non potes ipse laudare? Disserebat populo Fabianus[1]; sed audiebatur modeste : erumpebat interdum magnus clamor laudantium, sed quem rerum magnitudo evocaverat, non sonus inoffensæ ac molliter orationis elapsæ. Intersit aliquid inter clamorem theatri, et scholæ! est aliqua et laudandi licentia[2]. Omnium rerum[3], si observentur, indicia sunt[4] : et argumentum morum ex mi-
12 nimis quoque licet capere. Impudicum et incessus ostendit, et manus mota[5], et unum interdum responsum, et relatus ad caput digitus[6], et flexus oculorum; improbum interdum risus; insanum vultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt. Qualis quisque sit, scies; si, quemadmodum laudet, aspexeris. Hinc atque illinc[7] philosopho manus auditor intentat, et su-

1. *Fabianus.* Vide Consol. ad Marc. XXIII, 3 not. *Ruhk.*

2. *Aliqua et laudandi licentia. Aliqua laudandi et licentia* ms. *b.* Speciosum est, quod habet ms. *c.* cum ed. *A. aliq. et laudandi scientia;* cum quo bene congruit, quod infra ait, *si, quemadmodum laudet, aspexeris* ; nam *laudet*, non (ut vulgo) *laudetur,* dedere ibi edd. *A.* et *R.* cum mss. *b. c.* et plur., nec fere dubito, sic etiam in aliis iri repertum, licet nihil ad h. l. a Pinc. Ops. aut Grutero annotatum sit. *Schw.* — *Est aliqua et laudandi licentia.* Ut in vituperando, ita et in laudando nimius esse potes, et in utrumque quum in vituperandum, tum in laudandum tibi jus comparari debet. *Ruhk.*

3. *Omnium rerum.* Quum vulgo legeretur *omnia rerum omnium*, commode conjiciebat Matthiæ (in nupero Program. p. 18.) *obvia rerum omnium.* Equidem dedi id, quod ex ms. Pal. sec. laudavit Grut. *Schw.*

4 *Omnium rerum.... indicia sunt.* I. e. res omnes, si bene observentur, indicia dant, in omnibus rebus sunt indicia. Male intellexisse hunc locum *Lagrange* arbitramur, qui vertit : *En physique, tous les phénomènes pour un œil attentif sont les signes les uns des autres; en morale aussi,* etc.

5. *Manus mota.* In obscœnam figuram, aut nimis alioqui molliter. *Lipsius.*

6. *Relatus ad caput digitus.* Delicatulorum erat ne cincinnos eleganter compositos turbarent. Ridet idem vitium Lucian. Rhetor. præcept. c. 11, p. 231, Vol. VII, Bip. cui præsertim comparari meretur Juvenalis Sat. IX, 133, ubi vid. nostr. edit. vol. II, pag. 39. Ed.

7. *Hinc atque illinc.... consistit.* Admirans turba auditorum manus tollit et plaudit, surgitque ut sui impos et manus super eum sedentem effert. *Ruhk.*

Digitized by Google

per ipsum caput mirantium turba consistit. Non laudatur ille nunc, si intelligis, sed conclamatur[1]. Relinquantur 13
istæ voces illis artibus, quæ propositum habent populo placere : philosophia adoretur. Permittendum erit aliquando juvenibus, sequi impetum animi; tunc autem, quum[2] hoc ex impetu facient, quum silentium sibi imperare non poterunt. Talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus, et animos adolescentium exstimulat. Ad rem commoveantur, non ad verba composita : 14
alioqui nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit[3], sed sui. Differam hoc in præsentia; desiderat enim propriam et longam exsecutionem, quemadmodum populo disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam non erit dubium, postquam prostituta est[4] : sed potest in penetralibus[5] suis ostendi, si modo non institorem[6], sed antistitem nacta est. Vale.

1. *Conclamatur.* I. laus et virtus ejus laudationibus istis quasi sepeliuntur. De mortuis ultima salutatione impertiendis ideoque translate de quacumque re desperata in usu fuisse notum est vel ex Ovid. Trist. III, 3, 43, Metam. X, 62, etc. *R.*

2. *Tunc autem, quum hoc ex impetu facient, quum silentium sibi*, etc. Sic editio vetus et quinque Gruteri cum Modio Epist. LVIII. Novant. lectt. Antea : *Tunc autem hoc ex*, etc. *R.*

3. *Si non rerum cupiditatem facit, sed sui.* Si eos non ad id incitat ut virtutem, de qua philosophus disserit, consectentur, sed ut ipsi eloquentes fieri velint.

4. *Philosophia.... prostituta est.* In publicum sic producta, quum omnibus locis, viis, foris philosophi disserunt, non ut philosophos decet, sed sophistico modo, quem haud semel Noster perstrinxit, e. c. Ep. XL. *R.*

5. *Penetralibus.* Scholis, velut in ejus templis. *Ruhk.*

6. *Institorem*, qui eam ostentationi suæ servire facit, et ideo venalem habet. Sic *eloquentiæ institor* Quintil. VIII, 3, 12; XI, 1, 50, is est orator, qui ostentandi causa eloquentiam tractat. Egregie autem hic illi Sophistæ vocantur *institores* ad vilitatem designandam, quippe qui philosophiam tractant ut rem ipsis alienam, et propterea tantummodo gratam, quod lucrum quodcumque ex ea tractanda trahere possint. Nam institores Romæ fuerunt mercatores, qui merces vel ipsis commissas vel aliunde comparatas vænui haberent. Conf. Grævium ad Sueton. Neron. c. 27, et Boettiger ad Horatium, III, Od. 6, 30. Senec. de Benef. VI, 17 et 38. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA LIII.

PLEROSQUE VITIORUM SUORUM IGNAROS ESSE, QUÆ PHILOSOPHIA ET OSTENDIT ET SANAT.

Navigationem describens a Neapoli ad Puteolos parum faustam, et citam recreationem, cogitatione movetur, quam facilis malorum cujuscumque generis nostrorum sit oblivio, quorum sæpe adeo nomen quærimus, utique in morbis animi, in quibus quo quis pejus se habet, eo minus sentit malum, quum contra sanitatis indicium est, vitia sua confiteri. Eo autem ducere sola potest philosophia: cui se det hortatur: pares enim nos Deo facit illa, quia imo eo quod ejus assectator suo ipsius beneficio nihil timet, antecedit Deum. Cæterum has et sequentes scribens epistolas in villa Baiis vicina commoratus esse videtur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

QUID non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut navigarem? Solvi mari languido: erat sine dubio cælum grave sordidis nubibus, quæ fere aut in aquam, aut in ventum resolvuntur; sed putavi tam pauca millia a Parthenope tua[1] usque Puteolos[2] subripi posse, quamvis dubio et impendente cælo. Itaque, quo celerius evaderem, protinus per altum ad Nesida[3] direxi, præcisurus[4] omnes sinus. Quum jam eo processissem, ut mea nihil interesset, utrum irem, an redirem; primum æqua-

1. *Parthenope tua*, i. e. tibi cara, ut Ep. XLIX, 1: « Pompeiorum tuorum. » Lipsius ait, nescio quo jure: dicas ergo, illinc oriundum Lucilium. *R.*

2. *Puteolos* satis celebre emporium in vicinia Baiarum. Strabo V, 4, 7, p. 194 ed. Lips. *Ruhk.*

3. *Nesida* insulam Campaniæ objectam inter Pausilipum et Puteolos. Luculli filius ibi villam habuit. Cic. ad Att. XVI, 1. *Ruhk.*

4. *Præcisurus.... sinus.* Ambages sinuosi littoris vitaturus recta navigatione per altum.

Digitized by Google

litas[1] illa, quæ me corruperat[2], periit : nondum erat tempestas, sed jam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Cœpi gubernatorem rogare, ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille, aspera esse et [3]importuosa, nec quidquam se æque in tempestate timere, quam terram. Pejus autem vexabar[4], quam ut mihi periculum succurreret; nausea enim me, segnis hæc, et sine[5] exitu, torquebat, quæ bilem movet, nec effundit. Institi itaque gubernatori, et illum, vellet nollet, coegi petere [6]littus. Cujus ut vicinium attigimus, non exspecto, ut quidquam ex præceptis Virgilii fiat, 3

Obvertant[7] pelago proras;....

aut

Ancora de prora jaciatur[8]:

sed[9], memor artificii mei[10], vetus frigidæ cultor, mitto me in mare, quomodo psychrolutam[11] decet, gausapa-

1. *Æqualitas* maris, quod *languidum*, i. e. tranquille fluens antea dixerat. *Ruhk.*

2. *Corruperat.* Induxerat navigare, dejecerat de veteri proposito : quod commune mihi cum Catone erat : « Mari non ire, quo terra possem. » *Lipsius.*

3. *Importuosa*, propter promontoria Misenum et Athenæum. Scopulosum autem hoc littus appellat et ipse Strabo V, 4, 4, p. 189. *Ruhk.*

4. *Vexabar.* Sic ed. vetus, codd. Grut. ora ed. Erasm. qui in textu habet : *ferebar. Ruhk.*

5. *Sine exitu :* quam vomitus non relevaret.

6. *Coegi petere littus.* Sic edd. vett. et ms. *c.* cum Grut. (In ms. *b.* rursus deest hæc Epist. et seqq. usque ad. Epist. LXIII.) Vulgo *coegi ut peteret littus. Schw.*

7. *Obvertant*, etc. E. c. Æn. VI, 3, ut sequens *Ancora de prora jaciatur* ibid. VI, 902. *Ruhk.*

8. *Obvertant... jaciatur.* Schweigh. corrigit *obvertunt* et *jacitur*, cum ed. *R.* et mss. Ops. quasi non pateret Nostrum potuisse verborum tempus mutare, ut Virgilii versus huic phrasi accommodaret.

9. *Sed.* Dele *sed* ante *memor*, cum edd. vett. et mss. omnibus. *Schw.*

10. *Memor artificii mei, vetus frigidæ cultor.* Sic recte mssti Modii et Ops. cum Pal. sec. Nostri libri male, *artificii mei veteris frigidus cultor.* Duo postrema verba abjecit Muretus. Restituit *frigidæ cultor* Ruhk, sed tenuit *artif. mei veteris*, quomodo ediderat Erasm. *Schw.*

11. *Psychrolutam*, ψυχρολούτην, Lavatorem in frigida. Cf. Epist. LXXXIII, 5.

Digitized by Google

4 tus[1]. Quæ putas me passum, dum per[2] aspera [3]erepo, dum viam quæro, dum facio? Intellexi, non immerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt quæ tulerim, quum me ferre non possem. Illud scito, Ulyssem non fuisse tam irato mari natum, ut ubique naufragia faceret: nauseator[4] erat. Et ego[5], quocumque navigare debuero, vicesimo anno perveniam.

Ut primum stomachum, quem scis[6] cum mari nauseam effugere, collegi, ut corpus unctione recreavi; hoc cœpi[7] mecum cogitare, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur oblivio; etiam corporalium, quæ subinde admonent sui; nedum illorum, quæ eo magis latent, quo 6 majora sunt. Levis aliquem motiuncula decipit[8]: sed

1. *Gausapatus*, veste lanea eaque crassiori, quo et nautæ utebantur, leviter obvolutus, et circa verendas maxime partes. Cf. Petron. c. 28. Similis usus erat segestris aut lodiculæ ap. Sueton. Octav. 83. *Ruhk.*

2. *Per aspera.* Per scopulos.

3. *Erepo.* Ruhk. *eripior*, quod explicat, *a flectibus*, unde fiebat ut se ipse ferre non posset, accedente nausea qua vexabatur.

4. *Nauseator erat.* Sensus: ne putes ideo tam longam fuisse Ulyssis navigationem quod ita Neptuno invisus erat, ut ibique naufragia faceret, sed quod erat nauseator; quod satis fuit ut tam diu detineretur. Hunc locum non intellexisse videtur *Lagrange* qui vertit: *Cet Ulysse, malgré tous ses naufrages, n'était pas si mal que moi avec Neptune: je ne sais s'il éprouvait des nausées.*

5. *Et ego.* Deletam voculam *et* malebat Matthiæ, ratus ex conject. positam a nonnullis fuisse pro *at*, quod ex præced. verbo *erat* temere fuisset repetitum. Sed veteres libri omnes *et* tenent; *at* vero primum a Mureto ex ipsius conjectura est invectum. *Schw.* — *Et ego* qui et ipse nauseator sum idem et eodem tempore perficiam. Viginti autem annos consumpsisse Ulyssem in itinere constat: quanquam proprie nonnisi decem anni post Ilii excidium præterlapsi sunt. *Ruhk.* — Nobis autem potior videtur sensus a Lipsio oblatus qui *vicesimo anno* explicat: tanto ergo infelicior; nam ille non nisi decennium jactatus. Sic intelligit *Lagrange: Ses voyages ne durèrent que dix ans; il m'en faudrait plus de vingt pour la moindre traversée.*

6. *Quem scis* omnium edd. et codd. optimorum lectio est, sed vocem *non* quæ ubique fere comparet, delevi auctoritate editionis Venetæ, Grutero suadente. Muretus *tò quem* non habet. *Ruhk.*

7. *Hoc cœpi.* Sic edd. vett. et mss. recte, et ex usu Senecæ. Vulgatum *occæpi* ab Erasmo erat, *occepi* a Gron. *S.*

8. *Decipit.* Int. eam pro nihilo habemus; nil ex ea secuturum putamus.

Digitized by Google

quum crevit, et vera febris exarsit, etiam duro et perpessitio[1] confessionem exprimit[2]. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus; et aut talum extorsisse dicimus, aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo, quæritur nomen; qui 7
ubi jam talaria[3] cœpit intendere, et utrosque pedes fecit dextros[4], necesse est podagram fateri. Contra evenit in iis morbis, quibus afficiuntur animi; quo quis pejus se habet, minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime. Nam qui leviter dormit, et species secundum quietem capit, aliquando dormire se dormiens cogitat: gravis sopor etiam somnia extinguit, animumque altius mergit, quam ut uti ullo intellectu sinat. Quare vitia sua nemo 8
confitetur? Quia etiam nunc in illis est[5]! Somnium narrare, vigilantis est; et vitia sua confiteri, sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coar-

1. *Perpessitio*, παθητῷ, πολυελήμονι. Ep. CIV, 25: « Si tamen exemplum desideratis, accipite Socratem perpessitium senem, per omnia aspera jactatum. » *Lipsius.*

2. *Confessionem exprimit.* Sic correxi ex Agricolæ conjectura, quam et nobis ultro se obtulerat. Vulgatum ab Erasmo *accepit*, nec commodum erat, nec in ullo vet. libro repertum est: vitiose *excipit* dabant omnes. Alia ex libris in hac Epist. correcta prætermitto, et tempori et chartæ parcere coactus. *Schw.*—*Confessionem*: sui.

3. *Qui ubi jam talaria cœpit intendere.* Ruhk. edidit *qui ubi et talaria c. i.* ut nonnulli codd. ap. Gryt. Muretus *q. ubi ad t. cœpit tendere, necesse est p. f.* omissis verbis: *et utrosque pedes dextros fecit.* Vulgati: *qui ut talaria cœperit intendere et utrosque dextros pedes ferierit.* Lipsius emend. *u. p. distorserit.* — *Qui* (sc. morbus) *ubi*.... *fateri.* Sensus est: At simul iste morbus *talaria* i. e. partes circa talos tumoribus auxerit, non amplius tempus est, malum et dolores dissimulandi. *Ruhk.*

4. *Fecit dextros.* Vavassor Obss. p. 36, emend. *agros p.* Reitz. ad Lucian. Tom. X, p. 92. Bip. *deteriores p.* —*Fecit dextros*, i. e. ita distorsit, ut ambo dextrorsum convertantur, διέστρεψε τὼ πόδε. Cf. Luciani Ocypus Vol. X, p. 23 sq. Bip. ubi eadem elegantissime tractata sunt. *R.* — Illud *Fecit dextros* intelligere et illustrare Lipsius desperaverat: nec Ruhk. multam lucem attulisse videtur.

5. *Quia etiam nunc in illis est.* Quia istis vitiis ita constrictus tenetur, ut conditionem suam intelligere, s. intellectu suo uti non possit,

Digitized by Google

guere possimus : sola autem nos Philosophia excitabit,
9 sola somnum excutiet gravem. Illi te totum dedica ! dignus illa es ; illa digna te est. Ite in complexum alter alterius ; omnibus aliis rebus te nega, fortiter, [1] aperte ! Non est quod precario philosopheris. Si æger esses, curam intermisisses rei familiaris, et forensia tibi negotia excidissent[2], nec quemquam tanti putares, cui advocatus in remissione[3] descenderes ; toto animo id ageres, ut
10 quam primum morbo liberareris. Quid ergo ? non et nunc idem facies ? Omnia impedimenta dimitte, et vaca bonæ menti ; nemo ad illam pervenit occupatus.

Exercet Philosophia regnum suum ; dat tempus, non accipit. Non est res subseciva[4] : ordinaria est ; domina est ; adest et jubet. Alexander[5] cuidam civitati, partem agrorum et dimidium rerum omnium promittenti : « Eo, inquit, proposito in Asiam veni, non ut id acciperem quod dedissetis, sed ut id haberetis, quod reliquissem. »
11 Idem[6] Philosophia rebus omnibus : « Non sum hoc tempus acceptura, quod vobis superfuerit ; sed id habebi-

somno graviore oppressus, sive altius immersus. *Ruhk.*

1. *Aperte.* Id est, ne timeas ostendere omnibus te vitæ genus mutavisse : ne timeas populi judicium : nec confiteri dubites, te jam nunc alium esse velle.

2. *Excidissent.* Ex animo et memoria.

3. *Remissione.* Sic omnes libri scripti et edit. vet. Remissio enim proprium verbum medicorum. Noster de Ira III, 39, 1, remedia, ait, in remissionibus prosunt. Quæ si incidant, domi manendum est et præbendum se curationi. Hæc fere Gron. « Quid ? ait Lipsius, in remissione morbi ? imo tunc posset. Legam : *advocatus in rem ipse d.* Advocati vel absentes scripto aderant, vel in ipsa re præsentes. Hoc, inquit Noster, æger non feceris. » Sed a codd. et Gronovii parte standum est. *Ruhk.*

4. *Non est res subseciva.*, non in curis secundis habenda : est res *ordinaria* prima et solemniter facienda. Sicut *ordinarius Consul* opponitur ac præponitur secundo illi et suffecto. *Lipsius.*

5. *Alexander... reliquissem.* Apud Curtium IV, 5. Darius hoc responsum tulit ab Alexandro. *Ruhk.*

6. *Idem* (scil. quod istis dixerat Alexander) *Philosophia* (dicit) *omnibus. Idem* recte ed. *A.* et ms. *c.* cum codd. Grut. pro olim vulgato

Digitized by Google

tis, quod ipsa erogavero[1]. » Totam huc converte mentem, huic asside, hanc cole; ingens intervallum inter te et cæteros fiat! Omnes mortales multo antecedes, non multo te Dii antecedent. — Quid inter te[2] et illos interfuturum sit, quæris? — Diutius erunt. At, mehercules, magni artificis est, clusisse totum in exiguo. Tantum[3] sapienti sua, quantum Deo omnis ætas patet. Est aliquid, quo sapiens antecedat Deum: ille beneficio naturæ non timet[4], suo sapiens. Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei! Incredibilis Philosophiæ vis est ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore ejus sedet; munita est et solida: quædam defatigat, et velut levia tela laxo sinu eludit[5]; quædam discutit, et in eum usque, qui miserat, respuit. Vale. 12

itidem. Præter rationem *item* ed. Ruhk. ex Gronovii conject. *Schw.*

1. *Erogavero* Agricolæ codex et quatuor Grut. At Erasmus: *quod ipsa redegero, erogavero*. Quidam scripti: *Quod ipsa re egero, id est erogavero*. Non displiceat: *quod ipsa rejecero*, reliquis deletis. *Lipsius.*

2. *Quid inter te.... erunt.* Bonus enim, Noster ait de Provid. c. 1, 5, tempore tantum a Deo differt. Nam aiebant Stoici, Θεῖον; εἶναι τοὺς σοφούς, ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν. Diog. Laert. VII, 119. Spectant autem hæc et similia plura, quæ de sapiente Stoico sæpius occurrunt, et apud Nostrum, ad divinam animorum originem: ut proinde crimine vaniloquentiæ, quod Lipsius in Stoicos ingessit, liberari posse videantur. Is loca Stoicorum de hac re collegit in Manuduct. III, 14. Adde Gataker. ad M. Anton. p. 67, 68, 211. Homo est itaque ἀπόμοιρα, s. ἀπόῤῥοια, ἀπόσπασμα τοῦ Διός. *Ruhk.*

3. *Tantum... patet.* Id est: in brevi vitæ spatio sapiens tempus invenit unde se ad Deorum altitudinem attollat, seque illorum similem faciat.

4. *Non timet, suo sapiens.* Recte Gronov. post Gruterum restituit ex vetustis edd. et septem codd. Muretus dederat: *Naturæ beneficio non suo sapiens est. Suo* beneficio non timet sapiens, deus naturæ beneficio. Sapiens omnes timendi causas meditatione et studio procul habet. *Ruhk.*

5. *Sinu eludit.* De levibus telis proverbiale fuit, *Veste repelli*. Catullus Carm. CXVI, 7: « Quare nos tela ista tua evitamus amictu, At fixus nostris tu dabis supplicium. » Vide notam et variant. lect. in nostra editione, pag. 397. Ed.

Digitized by Google

EPISTOLA LIV.

SE SUSPIRIO AFFECTUM ESSE, JAMQUE MORTI ESSE PROPINQUIOREM EIQUE OMNINO PARATUM.

Suspirio se laborasse scribit amico et maximum vitæ periculum subiisse: sed in ista suffocatione se de morte læte et fortiter cogitasse. Non timendam, ait, mortem, quia idem post eam erimus, quod antea eramus. Se esse præparatum. — Inter se Stoicos non convenisse de immortalitate animi constat, ideoque nec Noster, nec M. Antonin. sibi semper constiterunt. Cf. Lipsius in Manuduct. in Physiolog. Stoic. III, 11. Tiedemann *System der stoischen Phil.* II, p. 152 sq. et Dan. Wyttenbach in Bibl. crit. Amst. Vol. III, P. I, disputatio de quæstione, quæ fuerit vet. philos. inde a Thalete usque ad Senecam sententia de vita animorum, etc. ubi, locis veterum diligenter consignatis, egregie de hac re disputatum est.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Longum mihi commeatum[1] dederat mala valetudo; repente me invasit. — Quo genere? inquis. — Prorsus merito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est. Uni tamen morbo quasi assignatus sum, quem quare Græco nomine[2] appellem, nescio; satis enim apte dici *suspirium* potest. Brevis autem valde, et procellæ similis, est impetus; intra horam fere desinit. Quis enim diu exspirat?

1. *Commeatum.* I. veniam. Lipsii est conjectura Epist. quæst. V, 5, et nota ad h. l. confirmata a cod. Colon. Ante eum omnes edd. cum mss. *comitatum. Ruhk.* — Diu, inquit, dimiserat me morbus; repente est adortus et retraxit. Est sumptum a re militari, in qua commeatus datur militi, id est venia commeandi, privatæ rei, aut valetudinis causa. *Lips.*

2. *Græco nomine.* Utrum ἄσθμα, an ὀρθόπνοιαν vult dictum? Nam plus aliquid quam Asthma s. spirandi difficultas in hoc impetu est, et minus quam Orthopnœa in brevitate. Cf. Mercurialis Var. Lectt. VI, 16. *L.* Est asthma spasticum, quod nos dicimus, et quidem humidum, cujus brevis est et procellæ similis impetus. *Ruhk.*

Digitized by Google

Omnia [1] corporis aut incommoda, aut pericula, per me transierunt; nullum mihi videtur molestius. Quidni? [2] aliud enim, quidquid est, ægrotare est; hoc, animam agere. Itaque medici hanc *meditationem mortis* [2] vocant. Facit enim [3] aliquando spiritus ille, quod sæpe conatus est.

Hilarem me putas hæc tibi scribere, quia effugi? Si hoc fine quasi bona valetudine delector, tam ridicule facio, quam ille, quisquis vicisse se putat, quum vadimonium [4] distulit. Ego vero et in ipsa suffocatione non desii cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere. Quid hoc, [3] inquam, est [5]? tam sæpe mors experitur me? faciat! At ego illam diu expertus sum. — Quando, inquis? — Antequam nascerer [6]. Mors est, non esse; id quod ante fuit: sed, id quale sit, jam scio; hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse, antequam prodiremus in lucem: atqui nullam

1. *Omnia.... transierunt.* Fuisse enim Nostrum infirma valetudine plus semel in his epistolis observamus, et Dio Cass. LIX, 19, tradidit, hac ipsa eum sub Caligula a morte esse liberatum. De exilio ejus, quod hic quoque cogitasse videtur, testatur consolatio ad Helviam. *Ruhk.*

2. *Meditationem mortis.* I. exercitationem, μελέτημα. Commentatio mortis apud Cic. Tusc. I, 30. Quam vocis vim ad h. l. et ad Taciti Annal. III, 31, p. 258, ed. Ernest. suo more, i. e. erudite adstruxit J.F. Gronovius, nunc satis notam. *Ruhk.*

3. *Facit enim aliquando spiritus ille.* Ruhk.: *Facit enim spiritus ille aliquando:* sic quinque Grut. et vetus ed. Antea *Facit aliq. spiritus ille.* Sensus est: Postquam sæpe aliquis vehementis illius mali impetu obsessus est, aliquando, tandem eo vincitur et tollitur.

4. *Quum vadimonium distulit.* I. ipsam diem, qua præsentia coram judice postulata et promissa erat. Cf. Ernesti Clav. Cic. h. v. *Ruhk.*—Sensus: se non magis a malo esse liberatum, quam qui causæ dicendæ diem distulit a judicio liberatus est. Bene vertit *Lagrange: Je serais aussi ridicule qu'un plaideur, qui, pour avoir obtenu un délai, croirait son procès gagné.*

5. *Quid hoc, inquam, est?* Quid hoc est? mihimet ipsi dicebam: quid toties mors me tentat et experitur! tandem me a vita divellat; faciat quod tam sæpe mihi minata est!

6. *Antequam nascerer.* Sic et Seneca tragicus: « Quæris quo jaceas post obitum loco? Quo non nata jacent. »

Digitized by Google

sensimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet lucernæ pejus esse, quum exstincta est, quam antequam accenditur? Nos quoque et accendimur, et exstinguimur: medio illo tempore aliquid patimur: utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem judicamus sequi [1]; quum illa et præcesserit, et secutura sit. Quidquid ante nos fuit, mors est. Quid enim refert, utrum non incipias, an desinas? quum utriusque rei hic sit effectus, non esse.

His et hujusmodi exhortationibus (tacitis scilicet [2], nam verbis locus non erat), alloqui me non desii: deinde paulatim suspirium illud, quod esse jam anhelitus cœperat, intervalla majora fecit, et retardatum est, ac remansit [3]. Nec adhuc, quamvis desierit, ex natura fluit spiritus: sentio hæsitationem quamdam ejus et moram. Quomodo volet! dummodo non ex animo suspirem [4]. Hoc tibi de me recipe [5]: non trepidabo ad extrema; jam præparatus sum; nihil cogito de die toto [6]. Illum lauda et imitare, quem non piget mori, quum juvet [7] vivere. Quæ

1. *Quod mortem judic. seq.* Non solum tempus quod vitam sequitur mortis est: sed etiam illius fuit tempus omne quod vitam antecessit.

2. *Exhortationibus* (*tacitis scilicet, nam*, etc.) Ruhk. dat: *exh. tacitis scilicet*, (*nam*, etc.) parenthesin ponens tantummodo post *scilicet*, cum Pinc. et Grut. codd. et ed. vet. Erasmus aliique *tacitis* (*nam*, etc.

3. *Remansit.* I. pæne desiit. Gronov. conj. *emansit. Ruhk.*

4. *Quom. vol... suspirem.* Acquiesco huic suspirio retardato, dummodo suspirem tantum corpore; animus vero meus nunquam doleat.

5. *Hoc tibi de me recipe.* I. promitto. Glossa est quod alii codd. habent: *de me suscipe. Ruhk.*

6. *Nihil cogito de die toto:* id est, qualibet diei hora præparatus sum ad mortem; nullo die cogito, me ad crastinum usque victurum. Vocab. *toto*, temere a Mur. ejectum, recte restituit Ruhk. *Schw.* — Alii habent *die tuto.* Cæterum videtur *Lagrange* sensum non intellexisse qui vertit: *Ce n'est pas d'aujourd'hui que j'y pense.* Liquide patet sensum esse: Se spem totius diei non inchoare; nihil cogitare, quod totius diei spatium postulet; quem sensum videmus a Schw. adoptatum.

7. *Quum juvet vivere*, in juven-

Digitized by Google

enim virtus est, quum ejiciaris, exire? Tamen est et hic virtus : ejicior quidem, sed tanquam exeam [1]. Et ideo nunquam ejicitur Sapiens : quia *ejici* est inde expelli, unde invitus recedas. Nihil invitus facit sapiens : necessitatem effugit, quia vult quod coactura est. Vale.

tute aut bona ætate : at ego jam senex sum. *Lipsius.*

1. *Sed tanquam exeam.* Id est, eodem animo ac si exeam libenter.

EPISTOLA LV.

DE VATIÆ VILLA : DE BONO MALOQUE OTIO.

In gestatione, quam in lectica aut essedo fieri moris erat, in vicinia Cumarum, ubi Seneca villam possedit, conspexit Servilii Vatiæ villam, quæ occasionem Nostro præbet de bono maloque otio disserendi. Otio ait sapientem tantummodo frui posse. Etsi villa et commodissima et amœnissima est, tamen tranquillitatem non affert, nisi animus omnia commendaverit. Sic transit ad Lucilium, qui questus esse videtur, se ab amicis separatum vivere debere. Solatur eum hac ipsa sententia, amicos animo adesse amicis et frui posse, quin adeo debere.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

A gestatione [1] quum maxime venio : non minus fatigatus sum, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. Labor est enim et diu ferri [2], ac nescio an eo major, quia contra naturam est; quæ pedes dedit, ut per nos ambularemus : et oculos, ut per nos videremus. Debilitatem nobis indixere [3] deliciæ [4]; et, quod diu noluimus, posse

1. *Gestatione.* Qua in essedo vehi moris : et explicavi in epistola quadam ad Ortelium Centur. Miscell. Epist. XI. *Lipsius.*

2. *Et diu ferri.* Restituit Grut. ex mss. i. e. adeo illud, quod diu feraris, in labore pono. Antea decrat τὸ *et. Ruhk.*

3. *Indixere.* Muretus indicio libror. Pinciani, et Grut. in codd. suis. Est et in editione veteri. Erasmus : *induxere.* Indicere est verbum sacrum : nam supplicationes et dies festi indici dicebantur, Servio teste ad Virgil. Æn. III, 264. *Ruhk.*

4. *Deliciæ.* I. e. luxus. *Ruhk.*

Digitized by Google

desivimus. Mihi tamen necessarium erat concutere corpus; ut, sive bilis insederat faucibus[1], discuteretur; sive ipse ex aliqua causa spiritus densior[2] erat, extenuaret
2 illum jactatio; quam profuisse mihi sensi. Ideo diutius vehi perseveravi, invitante ipso littore, quod inter Cumas et Servilii Vatiæ[3] villam curvatur; et hinc mari, illinc lacu[4], velut angustum iter, cluditur. Erat enim a recenti tempestate maris spissum[5]. Fluctus[6] autem illud, ut scis, frequens et concitatus exæquat; longior tranquillitas solvit, quum arenis, quæ humore alligantur[7], succus abcessit. Ex consuetudine tamen mea circumspicere cœpi, an aliquid illic invenirem, quod mihi posset bono esse; et direxi oculos in villam, quæ aliquando Vatiæ

1. *Ut, sive bilis insederat faucibus:* laborabat autem suspirio, quod pituita s. humore noxio, φλέγματα, fauces occupante, augebatur. Erat enim veteribus medicis bilis humor quicumque pituitosus isque noxius, unde sæpe cum φλέγματα, pituita, conjungitur bilis, e. c. Timæo Locr. de anima mundi p. 561, ed. Gale. Erat autem bilis vel atra vel flava, quam sanguini admixtam esse sibi persuaserant. Noster pituitam flavam in ipsis faucibus hærentem intellexit. *Ruhk.*

2. *Spiritus densior*, qui non permeare potest per fauces angustas. Quem hic laudat Lipsius Mercurialem de arte gymn. VI, 10, cave consulas, nihil enim ad loci illustrationem attulit. *Ruhk.*

3. *Servilii Vatiæ.* De Servilio Vatia vereor, ut alibi quædam commemorata legas. Sub Tiberio tamen vixisse clarum est. Villa ejus sub promontorium Misenum sita erat media inter Cumas et Baias s. Puteolos. *R.*

4. *Lacu* Acherusio, ap. Plin. III, 6. Acherusia palus, Ἀχερουσία λίμνη, in quam mare turbidum se effudit super aggerem arenosum, in quo Cumis ad illam villam iter erat. Hinc *iter angustum*, i. e. agger. Ne de lacu Lucrino cum Lipsio cogites, Noster ipse cavet § 7. *Ruhk.*

5. *Tempestate maris spissum.* Dele vocab. *maris*, inauspicato ex ed. Er. revocatum a Ruhk. Ignorant illud veteres libri omnes: quorum nonnulli quidem cum ed. *R.* vocab. *mare* infulserant, ex inepto scholio; quum non de mari, sed de itinere agatur, ad quod refertur voc. *spissum. Spissum* autem, non (ut vulgo) *spissius*, dedere edd. vett. et ms. *c.* cum codd. Ops. et Col. *Schw.*—Littus autem invitabat, quod *spissum*, firmius, solidius erat propterea quod aquæ arenas ligaverant. *Ruhk.*

6. *Fluctus.... exæquat*, firmat littus arenosum; arenæ stabant, quod nos dicimus: siccæ enim arenæ, ut notum est, diffluunt. Cf. Topographiam agri Cumani in Heynii Exc. II, ad Virgil. Æn. VI, p. 786, sq. *R.*

7. *Alligantur. Colliguntur*, ed *A.*

Digitized by Google

fuit. In hac ille prætorius dives[1], nulla alia re quam otio notus, consenuit, et ob hoc unum felix habebatur. Nam quoties aliquos amicitia Asinii Galli[2], quoties Sejani odium[3], deinde amor merserat (æque enim offendisse illum, quam amasse, periculosum fuit); exclamabant homines : « O Vatia, solus scis vivere ! » At ille[4] latere sciebat, non vivere. 3

Multum autem interest, utrum vita tua otiosa sit, an ignava. Nunquam aliter hanc villam Vatia vivo præteribam, quam ut dicerem : « Vatia hic situs est[5]. » Sed adeo, mi Lucili, Philosophia sacrum quiddam est, et venerabile, ut etiam, si quid illi simile est, [6]mendacio placeat. Otiosum enim hominem, seductum[7] existimat vulgus, et securum, et se contentum, sibique viventem; quorum nihil ulli contingere, nisi sapienti, potest. Ille quidem, nulla re sollicitus, scit sibi vivere : ille enim, quod est primum, scit vivere[8]. Nam qui res et homines fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegavit; qui 4 5

et ms. *c.* quod ex scholio natum videtur. *Schw.*

1. *Prætorius dives.* I. divitias habebat, quales proprætores provinciarum coacervare solent. Angli dicerent : *the rich Nabab.* Hæc interpretatio præponenda videtur alteri : ille dives homo, qui præturam gesserat. *Ruhk.*

2. *Asinii Galli*, quem Tiberius odio persecutus est et diu in custodia habitum interemit. Tacit. VI, Annal. 23. Dio Cass. LVIII, 3, qui et Syriacum tradit eo nomine interfici jussum a Tiberio, quod Galli amicus fuisset. *Ruhk.*

3. *Sejani odium, deinde amor.* Quum omnia apud Tiberium posset, depressit quos vellet : post Sejani casum amici ejus e medio sublati. Dio Cass. LVIII, 11, 12. *Ruhk.*

4. *At ille latere.... vivere.* Quod Ovidius Trist. III, 4, 25, expresserat sic : « Bene qui latuit, bene vixit. » Notum est illud pythagoricum præceptum : Λάθε βιώσας de quo Menagius ad Diog. Laert. VIII, 50.

5. *Vatia hic situs est.* Callide vertit *Lagrange : Ci gît Vatia.*

6. *Mendacio*, falsa specie, imitatione ficta : quod de coloribus fictitiis præsertim in usu esse constat. *R.*

7. *Seductum*, a turba in solitudinem regressum. *Ruhk.*

8. *Scit vivere.* Significat, oportere, ut aliquis *vivat sibi*, eum ante omnia *scire vivere :* qui autem *vivere nescit*, id est, quem philosophia non educa-

Digitized by Google

alios feliciores videre non potuit; qui, velut timidum atque iners animal, metu oblituit; ille sibi non vivit, sed,
6 quod est turpissimum, ventri, somno, libidini. Non continuo sibi vivit, qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia, et in proposito suo perseverantia, ut habeat auctoritatem[1] inertia quoque pertinax.

De ipsa villa nihil possum tibi certi scribere; frontem enim ejus tantum novi, et exposita, quæ ostendit etiam transeuntibus. Speluncæ sunt duæ magni operis, cuivis laxo atrio pares, manu factæ[2]; quarum altera solem non recipit, altera usque in occidentem[3] tenet. [4]Platanona
7 medius rivus, et a mari, et ab Acherusio lacu[5] receptus,

vit, ne *sibi* quidem unquam *vivet* licet omni turba remotus.

1. *Habeat auctoritatem* : id est populo videatur venerabilis, et philosophiæ laudem occupet.

2. *Speluncæ.... cuivis laxo atrio pares, manu factæ.* Locum pridem a Lipsio optime curatum, denuo corrupit nuperus Editor (Ruhk.), absurdam scripturam reducens, *cujus laxo atrio paries manu factus. Schw.* — At Ruhkopfius sic tuetur suam lect. Sic libri, inquit, omnes et sensus clarus est, Arte vult atrium, quod in speluncis erat, sublevatum et politum, pariete inserto. Sic et ed. vet. At Erasmus: *laxo atrio*, omisso *cujus*: ad oram notatur: *pares manufactæ.* Hinc Mur. *operis laxo a. pares manufactæ.* Lipsius Elect. I, 16; et ad Tacit. Annal. IV, 59, emendat. *op. laxo atrio pares manufactis.* Postea in nota ad h. l. legi vult: *cuivis laxo atrio pares manufactæ.* Gruter. idem fere conjecit, nisi quod *manufacto* præfert. Sed lectio scripta bene habet, ideoque reposui. *Ruhk.* — *Speluncæ*, quibus hæc loca abundasse constat. Conf. Heynii Excurs. laudat. Cavernam, quam hic naturalem invenerat, arte emendavit, ut pariete exstructo laxum atrium faceret, duabus inde compositis, quarum alteram ad æstivum, alteram ad hibernum usum apparavit. *R.* — Hanc explicationem referas tantum ad lectionem Ruhkopfii.

3. *Tenet* codd. plurimi dant: alii *tenetur.* Pinciani conjecturam *torretur* Mur. recepit. *Ruhk.*

4. *Platanona.* Pincian. ex conj. dedit: quum esset in uno suo *platanos med. riv.*, in altero *platæ novæ m. r.* Antiquitus excusi: *prata nova*, et editio vetus multique codd. *prata bona.* — *Platanona.* Talis platanon, πλατανὼν, platanis constans lucus umbræ et decoris causa, quum et folia hieme non amitteret (Varro de Re Rust. I, 7, 6) valde amabatur. Cf. Martial. III, 19, 2; Epist. Senec. XII, 1, not. *Ruhk.*

5. *Acherusio lacu*, vide supra ad § 1. Strabo V, 4, 5; p. 189, ed. Lips. Rivus itaque ille partim in hunc lacum, partim in mare se effudit. *R.*

Digitized by Google

Euripi[1] modo dividit; alendis piscibus, etiam si assiduo exhauriatur, sufficiens. Sed illi[2], quum mare patet, parcitur: quum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porr[illegible]r[3]. Hoc tamen est commodissimum in villa, quod Baias[4] trans parietem habet: incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes[5] ejus ipse 8
novi: esse illam totius[6] anni credo. Occurrit enim Favonio[7], et illum adeo excipit, ut Baiis neget. Non stulte videtur elegisse hunc locum Vatia, in quem otium suum, pigrum jam et senile, conferret.

Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui sibi omnia commendet[8]. Vidi ego in villa hilari et amœna mœstos; vidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod existimes, ideo parum 9
bene compositum esse te, quod in Campania non es. Quare autem non es? Huc usque cogitationes tuas mitte! Conversari cum amicis absentibus licet; et quidem quoties velis, quamdiu velis. Magis hac voluptate, quæ maxima est, fruimur, dum absumus. Præsentia enim nos

1. *Euripi.* Euripus fretum erat omnibus notum, quo Eubœa insula a Bœotia dividebatur, adeo angustum, ut vix uni navi viam permitteret.

2. *Illi* (rivo) *parcitur*, sc. a piscatoribus, quum in altum mare progredi licet.

3. *Manus ad parata porrigitur*, i. e. piscatores, quum tempestas in mare procedere non sinat, porrigunt manum ut facilem et paratam in hoc rivo prædam capiant.

4. *Quod Baias.... habet.* Trans speluncam istam quæ ad orientem spectabat, ideoque Baias versum. *Ruhk.*

5. *Has laudes ejus ipse novi: esse illam totius anni credo.* Lipsii insistentis vestigiis codd. lectio est, quam proposuit Elect. I, 16, attingere neglexit in notis ad h. l. Editio vetus habet cum olim excusis: *Has l. e. i. n. nunc esse illas totius anni credo. Ruhk.*

6. *Esse illam totius anni.* Id est, omni tempestate amœnam et opportunam, ut nunquam ab ea nos frigus arceat.

7. *Favonio*, vento ab occidente flanti occurrit villa, a qua Baias, Puteolos, etc. penetrabat. *Ruhk.*

8. *Qui sibi omnia commendet.* Sic ed. *R.* cum Modii codd. *qui sibi commendet omnia* ed. *A.* cum ms. *c.* et aliis. Vulgatum a Mureto *qui commendat omnia* tenuit Ruhk. *Schw.*

Digitized by Google

delicatos[1] facit; et, quia aliquando una loquimur, ambulamus, considemus, quum seducti sumus[2], nihil de his, quos modo vidimus, cogitamus. Et ideo æquo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam præsentibus abest. Pone hic primum noctes separatas; deinde occupationes utriusque[3] diversas; deinde studia secreta, suburbanas profectiones[4]: videbis non multum esse, quod nobis peregrinatio eripiat. Amicus animo possidendus est: hic autem nunquam abest; quemcumque vult, quotidie videt. Itaque mecum stude, mecum cœna, mecum ambula. In angusto viveremus, si quidquam esset cogitationibus clausum. Video te, mi Lucili: quum maxime audio: adeo tecum sum, ut dubitem, an incipiam non epistolas, sed codicillos[5] tibi scribere. Vale.

1. *Delicatos*, fastidiosos. Namque ipsa voluptas amicos videndi ipso usu teritur.

2. *Quum seducti.* Mss. *dum sedimus, quum seducti.* Lege: *et quia aliquando una loquimur, ambulamus, considemus, quum seducti sumus, nihil de his, quos modo vidimus, cogitamus. Gronov.*

3. *Occupationes utriusque diversas.* Sic codd. Pal. 2, 4, et Col. Vulgo *utrimque*, ex ed. *R. utrique* ed. *A.* et ms. *c. Schw.*

4. *Suburbanas profectiones*: i. in villas, quæ vulgo in suburbiis sitæ erant. Nam Nostro suburbanum et villa idem valent. Tacitus quoque Annal. III, 47; sic *suburbanam peregrinationem* i. per regionem Romæ vicinam. Quid, quod Italia Columell. II, 2, 61, suburbana appellatur, respectu Romæ. *Ruhk.*

5. *Codicillos*, mitti solitos ad præsentes. Dixi in epistolica institutione. *Lipsius.* — *Lagrange* vertit: *Un billet.*

Digitized by Google

EPISTOLA LVI.

UBIQUE SAPIENTEM TRANQUILLUM ESSE ET STUDIIS VACARE ; CONTRA, MALUM UBIQUE ESSE INQUIETUM.

Mentem compositam vacare sibi et studiis, etiam in turba, suo ipsius exemplo docet, quippe qui Baiis adhuc commorabatur valetudinis curandæ causa. Magis autem monet optandum esse silentium internum et pacem. Quocirca inertiam sessedet evitemus, cupidinum matrem, et otii vitia negotio discutiamus.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

PEREAM, si est tam necessarium, quam videtur, silentium in studia seposito. Ecce varius clamor undique me circumsonat; supra ipsum balneum habito[1]. Propone nunc tibi omnia genera vocum, quæ in odium possunt aures adducere[2]: quum fortiores[3] exercentur, et manus plumbo graves jactant, quum aut laborant, aut laborantem imitantur, gemitus audio; quoties retentum spiritum remiserunt[4], sibilos et acerbissimas respirationes:

1. *Supra ipsum balneum habito.* Baiis, non Romæ. Nam hic ei laxior et aptior domus. Ibi, in diversorio. *Lipsius.*

2. *Quæ in odium... adducere.* Quibus ad id adducimur ut nos auribus præditos esse doleamus.

3. *Quum fortiores... jactant.* Halteres notat, quibus et ad saltandum usi, seque velut librandum: et iisdem sed gravioribus ad exercendum, et sine magno motu sudorem evocandum, sublatis depressisque manibus aut huc illuc jactatis. Erant autem istæ massæ plumbeæ, in circuli dimidiati, aut et aliam formam: ἁλτῆρες Græcis a primo usu dicti παρὰ τὸ ἅλλεσθαι, *a saltando.* Juvenal. Sat. VI, 421: « Quum lassata gravi ceciderunt brachia massa. » Scholiastes ibi: Halteres dicit, quibus utuntur athletæ quum exercent: quasi plumbeis ponderibus exerceatur. Martialis XIV, 49. « Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti? Exercet melius vinea fossa viros. » *Lips.* Cf. Ep. XV, 4.

4. *Retentum.... remiser.* Sic multi codd. Alii *recentem* et *emiserunt.* R.

Digitized by Google

quum in alipten[1] inertem et hac plebeia unctione[2] contentum incidi, audio crepitum illisæ manus humeris; quæ, prout plana pervenit, aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus[3] supervenerit et numerare cœperit pilas[4], actum est. Adjice nunc scordalum[5], et furem deprehensum[6], et illum, cui vox sua in balneo[7] placet. Adjice nunc eos, qui in piscinam cum ingenti impulsæ aquæ sono saliunt. Præter istos, quorum, si nihil aliud, rectæ[8] voces sunt, alipilum[9] cogita; tenuem et stridulam

1. *Alipten*, i. unctorem. Pinciani conjectura est a Lipsio et Gron. probata. Lectio vulgata est *aliquem*. Muretus : *aliquem alipten inertem*. *Ruhk.* — *Alipten.* Et hic, et in his quæ sequuntur, eisdem fere vitiis tenentur libri nostri, quibus plerique alii. Tenui autem cum Ruhkopfio emendationes a viris doctis jam olim, partim ex ipsorum ingenio, partim ex veteris scripturæ reliquiis allatas. *S.*

2. *Unctione* Pinciani codd. aliique : sic et Turnebus conjecerat Advers. VII, 4. Erasmus, edit. vet., quæ tamen voce *hac* caret, et cod. Col. *functione*. Alii *imitatione*. *Ruhk.*

3. *Pilicrepus*, ludens pilas. Lusorias autem pilas crepare et sonitum edere, quum datatim luditur, certum est. Morem fuisse pilis ludere in thermis docet Inscriptio ap. Gruter. p. 637, n. 1, ubi est : « Ursum Togatum vitrea qui primus pila Lusi decenter cum meis lusoribus, Laudante populo maximis clamoribus, Thermis Agrippæ et Titi. » *Ruhk.*

4. *Et numerare cœperit pilas* : id est, tot pilarum, sine casu, jactus; quod et hodie fit in *pila*; ut Petronius appellat, *sparsiva*. Cf. Petron. 27. Alii de iis, qui sphæris pice oblitis curabant, ne ignis balneorum exstingueretur, intelligunt, v. c. Mercurialis de Arte gymnast. I, 12. *R.*

5. *Scordalum.* Plures libri *sordalum*, sed illa vox in Isidoro, et explicatur : *scordalus*, ferox : est et in Petronio : « Redditaque scordalo vice. » Noster iterum utitur Ep. LXXXIII : *Tullius Cimber et nimius erat in vino, et scordalus.* Quod assidet interpretationi Isidori, significatque hominem in vino feroculum et liberioris linguæ fuisse. Plebeia vox, et inter vulgi convicia : cui originem a Græco σκὼρ, alii a σκόρδῳ, *allio*, petunt, quasi *fœtidum* dicas. *Lipsius.* Ruhkop. *scordalum* simpliciter explicat litigiosum.

6. *Furem deprehensum*, λωποδύτην, quem graviter plectebant. Similia sunt Epicteti in Enchirid. c. IV, ubi λοιδορούντας et κλέπτοντας quoque conjunguntur. *Ruhk.*

7. *In balneo placet.* Cantillabant illic, recitabant etiam : nam ut Horatius : « Suave locus voci resonat conclusus. »

8. *Rectæ*, non factæ, aut fractæ, quum *alipilus* volsellis pilos alarum evellens, circumit balnea magna voce illam suam artem commendans. Juvenal. II, 156. *Ruhk.*

9. *Alipilum.* Sic margo ed. Erasm. et Cælius Rhodigin. Lect. antiqq. XXX, 19, at Erasmus edit. vetus et

Digitized by Google

vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem; nec unquam tacentem, nisi dum vellit alas, et alium pro se clamare cogit[1]. Jam libarii[2] varias exclamationes[3], et bo- 3
tularium[4], et crustularium[5], et omnes popinarum institores, mercem sua[6] quadam et insignita modulatione vendentes.

O te, inquis, ferreum, aut surdum, cui mens inter clamores tam varios, tam dissonos, constat, quum Crispum[7] nostrum assidua salutatio perducat ad mortem! At, mehercules, ego istum fremitum non magis curo, quam fluctum, aut dejectum aquæ; quamvis[8] audiam, 4
cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quia fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi vox avocare videtur, quam crepitus. Illa enim

quinque mss. Grut. habent: *alipedum. Ruhk.*

1. *Et alium pro se clamare cogit.* Eum cui alas immodeste vellit, doloremque excitat. *Lipsius.*

2. *Libarii* est ex emendatione Cœlii Rhodig. l. l. suffragante Turnebo Advers. l. l. Præstat haud dubie hæc lectio vulgatæ *librarii* quæ est lectio codd. et edd. antiq. nam *librarii* non ad popinarum institores pertinent æque ac libarii, botularii et crustularii, qui liba, botulos i. farcimina et edulia mellita vænui proclamant. *Ruhk.*

3. *Varias exclamationes*, cogites de varietate soni, ex quo hodieque in magnis urbibus facile dignoscitur, quid quisque habeat vænale. Huc spectant inprimis sequentia *suo quadam... modulatione. Ruhk.*

4. *Botularium.* Qui botulos aut botellos proclamat; quorum duo genera, vel ex ovis et nucleis, cepa ac porco et pluribus apud Apicium lib. II, cap. 5; vel ex sanguinis viscerumque infarctis, in Tertulliano et Festo Græcis a distentione, id genus est φύσκος. *Lipsius.*

5. *Crustularium.* Senec. Ep. XCIX. *Solamur crustulo pueros.* Horat. « Pueris dant crustula blandi Doctores. » Est frustum panis bene cocti, leviter melliti. *Lipsius.*

6. *Mercem suæ* ex Erasmi emendatione est: nam codd. et priores edd. habent: *suam quandam insign.* aut cum ed. vet. *suam quadam insign. Ruhk.*

7. *Crispum.* Vulgo *Chrysippum.* Quum de Stoico Chrysippo tale quid nusquam memoretur, nec salutationum ille mos non sic solemnis Græcis fuerit, legendum suadet Lipsius: *Crispum*, amicum Senecæ, ad quem et Epigramma scriptum. Nam in cod. suo invenit: *Crisipum*, uti est in ed. veteri. *Ruhk.*

8. *Quamvis.... non potuit.* Idem narrat Noster Nat. Quæst. IV, 2. *R.*

Digitized by Google

animum abducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his, quæ me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono, et fabrum inquilinum, et ferrarium [1] vicinum, aut hunc, qui ad Metam sudantem [2] tubulas [3] experitur et tibias, nec cantat, sed exclamat. Etiam molestior [4] est mihi sonus, qui intermittitur subinde, quam qui continuatur. Sed jam me sic ad omnia ista duravi, ut audire vel pausarium [5] possim, voce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse, nec avocari ad externa. Omnia licet foris resonent; dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissi-

1. *Ferrarium.* Sic Pinciani et Gruteri codd. Erasmus tamen et ed. vet. *serrarium*, aberratione facili. *R.*

2. *Ad Metam sudantem.* Fuit quidem hoc cognomento in regione urbis quarta, apud Victorem et Notitiam imperii : sed et Baiis fuisse oportet, ubi hæc scripta. Dio tradidit lib. XLVIII simulacrum Calypsus ibi sudasse, quum portus ab Agrippa strueretur. An id metæ tali impositum, et inde cognomen? *Lips.* — Quum autem hic generaliter loquatur Noster, non opus est, ut cum Lipsio hæc ad Baianam vitam referamus. *Ruhk.*

3. *Tubulas experitur et tibias.* Vulgatum *tabulas* et defendit, et interpretari conatus est Ruhk. quas ei tabulas, quoniam placent, non invideo. Equidem *tubulas* cum Grutero corrigere (cui et Pincianus, et Muretus præiverant) non dubitavi. Assentitur nobis Matthiæ in Progr. supra laudato, p. 18. *Schw.* — Ruhk. qui *tabulas* edidit, sic defendit: *tabulas* omnium librorum est scriptura. Muretus tamen *tubas* exhibet, e mera Pinciani conjectura. Grut. emend. *tubulas*, Lipsius *tubula se exp.*, et quum annotatum vidisset, in vetere codice legi : *scapulas*, malit inde legi: *scabillo se exp.* nam hoc genus instrumenti cum tibia etiam jungit Sueton. Calig. c. 55.—Tabulas de naufragis aliisque mala et calamitates perpessis intelligo, qui *picti in tabula*, ut cum Persio, Sat. VI, 33, loquar, ad Metam sudantem, calamitates suas monstratas decantarent, tibiis, utpote quæ huic lugubri declamationi conveniebant, more tali in re, e. c. in theatro, satis frequente, accinentibus. *Tubulas et tibias experitur*, tentat quæstus causa. Cf. Horat. A. P. 21. Juvenal. XIV, 302. *Ruhk.*

4. *Etiam molestior. Etiam nunc molestior* scribe cum ed. *R.* et codd. Ops. Eo refertur dein, *Sed jam me sic*, etc. *Schw.*

5. *Pausarium* qui vel pottisculo, i. malleo, vel voce modos remigibus dabat. Cf. Gronov. Obss. IV, 26, p. 832 ed. Lips. Burmann. ad Val. Flacc. I, 186. *Ruhk.*—Ovidius : « Et qui requiemque modumque Voce

Digitized by Google

deant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius 6
regionis silentium, si affectus fremunt?

Omnia noctis erant placida composta quiete [1].

Falsum est! nulla placida quies est, nisi quam ratio composuit: nox exhibet molestiam, non tollit; et sollicitudines mutat. Nam dormientium [2] quoque insomnia tam turbulenta sunt, quam dies. Illa tranquillitas vera est, in quam bona mens explicatur. Aspice illum, cui som- 7
nus laxæ domus silentio quæritur; cujus aures ne quis agitet sonus, omnis servorum turba conticuit; et suspensum accedentium propius vestigium ponitur. Huc nempe versatur atque illuc, somnum inter ægritudines levem captans [3]; quæ non audit, audisse se queritur. Quid 8
in causa putas esse? Animus illi obstrepit: hic placandus est, hujus compescenda est seditio; quem non est quod existimes placidum, si jacet corpus. Interdum quies inquieta est. Et ideo ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties nos

dabat nautis, animorum hortator Epopeus.»

1. *Omnia noctis... quiete.* « Desierant latrare canes urbesque silebant, Omnia noctis erant placida composta quiete.» Hi duo versus sunt Varronis Atacini, conservati a Seneca patre, Controvers. III, 16, 215 Bip. Hic Varro Argonautica Apollonii Rhodii expressit carmine, ante Ovidii ævum. Et hi versus imitatione libera deprompti sunt ex Apoll. Rh. III, 748, 749. Egit de hoc Varrone Ruhnkenius in Ep. crit. II, et VVernsdorf P. L. M. Tom. V, P. III, p. 1385 sqq. qui et hujus fragm. p. 1412 sq. memor fuit. *Ruhk.—Placida*, etc. *Tacita* ed. *R.* et *A.* cum manusc. *c.* Sed mox dein in *placida* consentiunt omnes. *Schw.*

2. *Dormientium... explicatur.* Bene laudat Lipsius Zenonem ap. Plutarch. de profectibus virtutis sentiendis Tom. VII, p. 261. Hutt. Ex insomniis, ait Zeno, suum quemque profectum posse sentire, si neque re turpi delectantem se, neque cupientem neque agentem quid improbi injustive per quietem videat, sed velut in æquore tranquillitatis imperturbatæ claro omnes animi partes a ratione hilariores factas esse observaverit. *Ruhk.*

3. *Somnum... levem captans.* Juxta Horatii sententiam lib. III, Od. 1: « Districtus ensis cui super impia

Digitized by Google

male habet inertia sui impatiens. Magni [1] imperatores, quum male parere militem vident, aliquo labore compe-
9 scunt, et expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis; nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti. Sæpe videmur tædio rerum civilium, et infelicis atque ingratæ stationis [2] pœnitentia, secessisse: tamen in illa latebra, in quam nos timor et lassitudo conjecit, interdum recrudescit ambitio [3]. Non enim excisa desiit, sed fatigata, aut etiam abjecta [4], rebus parum sibi
10 cedentibus. Idem de luxuria dico, quæ videtur aliquando cessisse; deinde frugalitatem professos sollicitat, atque in media parcimonia voluptates non damnatas, sed relictas, petit; et quidem eo vehementius, quo occultius. Omnia enim vitia in aperto leviora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, quum ex abdito erumpunt,
11 ac vim suam proferunt. Et avaritiam itaque, et ambitionem, et cætera mala mentis humanæ, tunc perniciosissima scias esse, quum simulata sanitate subsidunt. Otiosi videmur, et non sumus. Nam si bona fide sumus, si rece-

Cervice pendet, non Siculæ dapes Dulcem elaborabunt saporem, Non avium citharæque cantus Somnum reducent. »

1. *Magni imperatores*, etc. Exemplo sit Alexander M. apud Curtium VII, 1, 4, satis prudens, otii vitia negotio discuti, etc. ubi ipsa Nostri verba a Curtio in usum suum conversa vides. *Ruhk.*

2. *Stationis*, i. e. officii et muneris: a militia ductum. *Lipsius.* — Exemplo sit Cicero cum multis aliis. *Ruhk.*

3. *Recrudescit ambitio.* Tales fuere et Maximianus Diocletiani collega, qui, postquam sese imperio abdicavisset, nulli facinori pepercit ut relictum imperium recuperaret; et recentioribus temporibus Carolus quintus, qui, quum onus regendorum regnorum suorum deposuisset, privatæ vitæ solitudinem non ferre potuit.

4. *Aut etiam abjecta.* Sic vulgo inde ab ed. *R.* et consentiunt tres codd. Ops. et quinque Grut. Nec tamen satis aptum huic loco id verbum. *abirata* in vet. cod. repererat Modius, unde *abjurata* corrigebat, quod minus etiam huc quadrat; *obirata* habet ed. *A.*, *obiecta* ms. *c.* Unice verum erat id quod ex optimo cod. Nicot. laudavit Opsopœus, *obruta*; quod restitui Senecæ debuerat. *Schw.*

Digitized by Google

ptui cecinimus[1], si speciosa contempsimus, ut paulo ante dicebam : nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas solidasque, et jam certas. Leve illud est ingenium, nec se adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem et accidentia erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, et concepti pavoris, 12
quod illum curiosum[2] facit; ut ait Virgilius noster :

> Et me, quem dudum[3] non ulla injecta movebant
> Tela, nec adverso glomerati ex agmine Graii,
> Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
> Suspensum, et pariter comitique onerique[4] timentem.

Prior ille[5] sapiens est, quem non tela vibrantia, non 13
arietata inter se arma agminis densi, non urbis[6] impulsæ fragor territat : hic alter imperitus est, rebus suis timet ad omnem crepitum expavescens, quem una quælibet vox pro fremitu accepta dejecit, quem motus levissimi exanimant. Timidum illum sarcinæ faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum

> ..... Comitique onerique timentem.

Tunc ergo te scito esse compositum, quum ad te nullus clamor pertinebit; quum te nulla vox tibi excutiet; non 14
si blandietur, non si minabitur, non si inani sono varia circumstrepet[7]. — Quid ergo? non aliquanto commodius

1. *Si receptui cecinimus.* Sapientem e turba et tumultu sese referentem comparat imperatori prudenti qui tubas receptui canere jubet. Gallice : *Si nous avons sonné la retraite.*

2. *Illum curiosum.* Quod invitis libris in ed. Matth. legebatur, *illorum curiosum*, id idem vir doctus retractavit in laudato Progr. p. 11. *S.*

3. *Dudum.* Temere et invitis libris omnibus *tutum* scribitur in ed. Ruhk. quod et in ed. Matth. propagatum. *S.*

4. *Et me...timentem.* Virg. Æn. II, 725 sqq. de Ænea, qui patrem Anchisen ex urbe Troja portasse se refert, dum comes sequeretur filius Ascanius.

5. *Prior ille*, qui duobus prioribus versibus describitur, est sapiens, etc.; *hic alter*, sequentibus vers. descriptus, imperitus est, etc.

6. *Impulsæ* a machinis et molibus hostium eam oppugnantium. *Ruhk.*

7. *Varia circumstrepat.* Sic quidem vulgo ab Erasm. cum ed. *A.* et

Digitized by Google

est [1], carere convicio? — Fateor. Itaque ego ex hoc [2] loco migrabo, experiri et exercere me volui. Quid necesse est diutius torqueri, quum tam facile remedium [3] Ulysses sociis etiam adversus Sirenas [4] invenerit [5]? Vale.

ms. *c.* Sed præstat *vana* quod habet ora Eras. cum ed. *R.* et codd. Opsopœi. *Schw.*

1. *Aliquanto commodius est.* Tenui percommodam Matthiæ emendationem. Vulgo *aliquando* dabant libri (quoad quidem novimus) omnes. *Schw.*

2. *Itaque ego ex hoc loco migrabo:* Baias dicit. *Ruhk.*

3. *Ulysses* qui cera oblevit aures sociorum, dum Sirenas prætervexissent. Odyss. μ, 177. *Ruhk.*

4. *Etiam adversus Sirenas.* Satis erat *et adv. Sir.* quod habent edd. *R.* et *A.* cum ms. *c. Schw.*

5. *Invenerit.* Ignorant iidem libri cum aliis duo verba *dederit et*, quæ ex Gruterianis nonnullis primus infulsit Lipsius. *Schw.*

EPISTOLA LVII.

PRIMOS ANIMI MOTUS VEL SAPIENTIS IN POTESTATE NON ESSE.

Turbido mari quum Baiis Neapolim via terrestri tenderet, per cryptam Neapolitanam iter faciendum erat, quo nihil ingratius sibi accidisse scribit. In quo statu ictum quidem animi, mutationem quamdam, se sensisse ait, sed illam, qualis in potestate nostra non est. Hos enim primos motus vel tristitiæ, vel alacritatis nemo unus devitare potest. Attamen cavisse testatur, ne in timorem vitæ amittendæ incideret, etiam spe immortalitatis injecta.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quum a Baiis [1] deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterum navem experirer [2]: sed tantum luti tota via fuit, ut possem videri nihilominus

1. *Quum a Baiis.* Deleverat vocula *a* Erasmus; et poterat illa abesse, sed adjectam dedere edd. vett. cum ms. *c.* et Gruterianis omnibus. *Schw.*

2. *Facile credidi .. ne iterum na-*

Digitized by Google

navigasse[1]. Totum athletarum fatum[2] mihi illo die perpetiendum fuit: a ceromate nos haphe excepit in [3]crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius; nihil illis facibus obscurius[4], quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas[5]. Cæterum etiam si locus haberet lucem, pulvis auferret, in aperto quoque res gravis et molesta; quid illic, ubi in se volutatur, et, quum sine ullo spiramento[6] sit inclusus, in ipsos, a quibus excitatus

vem experirer. Facile credidi dicentibus mare tempestate turbari, quum nollem iterum navem experiri, quam tam infeliciter paulo ante expertus eram. Vide supra Ep. LII.

1. *Nihilominus navigasse.* In essedo videlicet, via madida et inæquali, nutante identidem illo, ac quasi natante. Simile metaphora, de hac ipsa via, Statius Sylvarum IV, « Nutabat cruce pendula viator, Rodebatque rotas maligna tellus, Et plebs in mediis Latina campis Horrebat mala navigationis. » Emenda ibidem ex meo libro *sorbebatque rotas. Lipsius.*

2. *Athletarum fatum* quorum est *ceromate*, unguento ex cera, oleo etc. constante, ut corpora fiant lubrica, perfundi, et *haphe*, i. e. arena deinde inspergi. Mihi, ait, simile quid accidebat, qui in via prima luto et liquore, velut crasso ceromate delibutus sum, deinde in Crypta arenis et pulvere. Confer. P. Fabri III Agonist. 22. *Ruhk.*

3. *Crypta* autem *Neapolitana*, nunc *Grotta del Monte di Pausilippo* dicta, via est, quæ per rupes et arenas hujus montis antiquissimis temporibus, multorum stadiorum longitudine, ut nunc dimensio est, passuum 700, agebatur, recta versus Neapolim ducens. Quamvis bene strata est, tamen etiamnunc pulvere abundat. Cf. Strabo V, 4, 7, p. 196 ed. Lips. Busching. Tom. IV, p. 449, noviss. edit. *Ruhk.*

4. *Nihil illis facibus obscurius.* Vulgo *faucibus* ex ed. *R.* Recte *facibus* dedit ed. *A.* Vitiose *facilius* m. *c.* Miratus sum nihil ex aliis codd. ad hunc locum annotatum. *Schw.* — Ruhk. qui ut Lipsius *faucibus* edidit sic explicat: *fauces* int. angustus transitus: non obscuræ erant Strabonis tempore, lumen dicentis, passim fenestellis in montis superficiem justa altitudine incisis, demitti. Obstructæ itaque ævo aut neglectæ fuisse videntur hæ fenestræ, sicut tempore Alphonsi primi Arragonum et Neap. regis, qui duas adhuc comparentes fenestras incidi jussit. *Ruhk.*—Nobis equidem longe melior videtur lectio *faucibus.* Nam non faces dici credimus, nisi de accensis luminibus; nec aliquid est, unde suspicemur ibi ferri faces accensas quibus via illustretur. Si tamen legeris *facibus*, intelligendum est de istis fenestris supra descriptis.

5. *Sed ut ipsas* (tenebras videamus). Similiter Milton inferorum *tenebras visibiles* dixit.

6. *Sine ullo spiramento sit inclusus.* Nullam pulvis habet viam qua se effundat.

Digitized by Google

2 est, recidit? Duo incommoda inter se contraria simul pertulimus : eadem via, eodem die, et luto et pulvere laboravimus.

Aliquid tamen[1] mihi illa obscuritas, quod cogitarem, dedit : sensi quemdam[2] ictum animi, et sine metu mutationem, quam insolitæ rei novitas simul ac fœditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine tolerabili, nedum a perfecto absum; sed de illo, in quem jus fortuna perdidit : hujus quoque ferietur animus, mu-
3 tabitur color. Quædam enim, mi Lucili, nulla effugere virtus potest; admonet illam natura mortalitatis suæ. Itaque et vultum adducet ad tristitiam[3], et inhorrescet ad subita; et caligabit[4], si vastam altitudinem, in crepidine ejus constitutus, despexerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam, et paratissimi fundere suum sanguinem, alienum videre non possunt : quidam ad vulneris novi, quidam ad veteris et purulenti tractationem inspectionemque succidunt[5] ac linquuntur animo; alii gladium facilius re-
4 cipiunt, quam vident. Sensi ergo, ut dicebam, quamdam non quidem perturbationem, sed mutationem; rursus, ad primum conspectum redditæ lucis, alacritas incogitata

1. *Aliquid tamen... dedit.* Ex consuetudine laudanda, quam supra attigit Ep. LV, 3. *Ruhk.*

2. *Sensi quemdam.... color.* Nam Stoici asserebant, πρὸς τὴν αἴσθησιν φυσικὴν οὖσαν οὐ πειρατέον ἀντιβαίνειν. Marc. Anton. V, 26, ubi Gataker. p. 210, 2, loca Senecæ collegit, nostro non prætermisso. Lipsius laudat A. Gell. XIX, 1, et Manuductionem suam III, 7. *Ruhk.*

3. *Vultum adducet ad tristitiam.* Omnium librorum lectio. Stephanus tamen Ep. XVII, ad Dalechamp. pro interpretamento, quod ex margine irrepserit, habet. Pincianus *abducet* malit, Gruterusque *adducet ad tristia*. Sed nulla mutatione indigemus. *Ruhk.*

4. *Caligabit.* Int. illius oculi caligabunt. Gallice: *Sa vue se troublera.*

5. *Succidunt.* Sic recte edd. Tarv. Ven. et Erasm. Vitiose *succedunt* ed. *R.* et *A.* cum ms. *c.* Præter rationem *concidunt* editio Mureti, et seqq. *Schw.*

Digitized by Google

rediit et injussa. Illud deinde mecum loqui cœpi, quam inepte quædam magis ac minus timeremus, quum omnium idem finis esset. Quid enim interest, utrum supra aliquem vigiliarium ruat, an mons[1]? Nihil invenies : erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quamvis utraque mortifera æque sit. Adeo non effectus, sed efficientia[2] timor spectat.

Nunc me putas[3] de Stoicis dicere, qui existimant animam hominis magno pondere extriti permanere[4] non posse, et statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber? — Ego vero non facio : qui hoc dicunt, videntur mihi errare. Quemadmodum flamma non potest opprimi (nam circa id diffugit, quo urgetur) : quemadmodum aer verbere, aut ictu, non læditur, ne scinditur quidem, sed circa

1. *Vigiliarium ruat, an mons?* Sic Gruteri codd. et Erasm. At in ed. vet. hæc sic habentur : *vl' speculatorium ruat, ut aut mõs aut turris.* Unde facile est videre, *vigiliarium* quod et in aliis mss. reperitur, bonam esse lectionem. Denotat autem locum et speculam, ubi vigiles sunt, ad analogiam *valetudinarii*, *spoliarii*, *vivarii* composita vox. Emendatione itaque neque Lipsii *tigillarium*, aut *vigilum atrium*, neque Gronovii *nubilarium* indigemus. *Ruhk.*—Videtur *Lagrange* secutus fuisse Lipsii conjecturam, qui vertit : *Qu'importe qu'on soit tué par la chute d'une tuile ou d'une montagne?*

2. *Efficientia* optime ed. Mur. et seqq. quod in Append. commendaverat Erasm. ex vetere libro, ut videtur. Vitiose *efficientiam* dant edd. vett. et ms. c. Unus Ruhk. *effecti causam* scripsit, ex Pinciani conject. *S.*

3. *Nunc me putas... liber :* Sententia hæc a scito illo, animam esse corpus ideoque pati eadem quæ corpus, affligi, dissipari et solvi, derivanda est. Diog. Laert. VII, 156, ibique Menag.

4. *Permanere* in omnibus codd. est. Quam tamen hic stare non posse lectionem putans Pincianus conjecit *permeare*; probaruntque Muret., Lipsius et Grut. *Ruhk.* — *Permanere*, ἐπιμένειν, διαμένειν, i. solida et integra manere. Fuerunt itaque Stoici, qui putarent quidem animos post mortem durare, sed si quando corpus ejus ita obtereretur, ut ne partes quidem superessent, nec illum in corpore contineri, sed *spargi*, h. e. in elementa sua recedere, igneum in ignem, etc. εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς στοιχεῖα, ut cum Epicteto Arriani Diss. III, 13, 14, ubi Uptonus quædam notavit, loquar. Si proinde animus permeaverit, etiam permanebit: ut adeo *permeare*, quod Pincianus aliique reposuerunt in textum e conjectura, et *permanere* eodem redeant.

Digitized by Google

6 id, cui cessit, refunditur : sic animus, qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest, nec intra corpus affligi ; sed beneficio subtilitatis suæ, per ipsa, quibus premitur, erumpit. Quomodo fulmini, etiam quum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus, sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est. Itaque de illo quærendum est, an possit immortalis esse ? Hoc quidem certum habe : si superstes est corpori, propter illud [1] nullo genere [mori] posse [2], propter quod non perit ; quoniam nulla immortalitas cum exceptione est [3], nec quidquam noxium æterno est. Vale.

Ruhk.— De illa Stoicorum opinione circa humanam mentem scripsit Lipsius, Physiologia stoic. lib. III, Diss. XI.

1. *Propter illud.* Sic bene edd. *R.* et *A.* cum ms. *c.* et codd. Grut. id est, propter id ipsum, propter eamdem causam. Alii mss. *propter illum;* unde vulgo *propter hoc illum*, ab Erasmo. *Schw.* — Opsopœus de conjectura : *propter quod hoc perit.* Lipsius releget *propter* vel mutet in *propterea*, vel, *per quod hoc perit.* Gronovius ex apicibus scriptorum codd. sic format : *si superstes est corpori perire illum nullo genere posse, propter quod non perit.* Cæterum, quamlibet lectionem admiseris, sensus patet. *Ruhk.*

2. *Mori posse.* Sic rursus ed. *R.* et *A.* cum ms. *c.* et codd. Grut. Sed ex codd. Grut. alii verbum *mori* alio loco ponunt ; in mss. Ops. autem prorsus abest id verbum : itaque uncis inclusi, ratus posse ex sequente verbo *perit* h. l. *perire* suppleri, quod ipsum verbum *perire* adjecit Erasmus, unde vulgo *posse perire. S.*— *Lagrange* totum locum sic vertit : *La même cause qui l'empêche de périr, la défend contre toutes les attaques.*

3. *Nulla immortalitas cum exceptione est.* I. e. quod per se immortale est nullam unquam immortalitatis interruptionem admittit ; sin aliter, jam immortale esse desineret.

Digitized by Google

EPISTOLA LVIII.

EXPLICAT QUOMODO OMNIA QUÆ SUNT PLATO DIVISERIT.

Lucilio explicaturus Platonis scitum de eo, quod est, præmittit querelam de paupertate, quin de egestate sermonis latini, exemplis allatis. Dein exponit, quotuplex τὸ ὄν, i. quod est, sit, e Platone, præmissa definitione generis et speciei. Sex autem modis ab eo dici τὸ ὄν monet. Quæ etsi subtilitates parum proficuas esse fatetur, tamen insunt (affirmat) quæ salutaria fieri possint. Sic quum Plato negat, omnia ea, quibus sensus afficiantur, ex iis esse quæ vere sint, ad vanitatem omnium quæ cupiamus facilis est conclusio. In quibus et sunt voluptates, quas si regere et coercere possimus, nostrum erit vitam prorogare. Attamen id agamus, ut neque vitam optemus, neque mortem recusemus.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quanta verborum nobis paupertas [1], imo egestas sit, nunquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, quum forte de Platone loqueremur [2], quæ nomina desiderarent, nec haberent; quædam vero, quum habuissent, fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium? Hunc, quem Græci [3] *æstron* vocant, pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, *asilum* nostri vocabant. Hoc Virgilio licet credas:

> Est lucum Silari juxta ilicibusque virentem
> Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo

1. *Paupertas, imo egestas.* Idem discrimen fecit Epist. XVII, 5. Ibidem § 4, frugalitas est paupertas voluntaria. Mediocritas, αὐτάρκεια etiam ap. Horat. III, Carm. 29, 56: *Paupertas* audit *proba.* Πενία est egestas. Cæterum sæpe apud Ciceronem hanc egestatem, quam Noster queritur, observare est, si quando notiones philosophicas Græcorum civibus suis vertere studeret. *Ruhk.*

2. *Loqueremur*, ego cum amico. Cf. § 6. *Ruhk.*

3. *Œstron*, οἶστρος. Plinius tamen verbo *asilus* usus est XI, 28. Nec intelligas, quomodo vocabulum quotidiani usus perire possit. Itali hodieque vocant *assillo.* Virgilii locus est

Digitized by Google

Romanum est, œstrum Graii[1] vertere vocantes ;
Asper, acerba sonans ; quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta.....

2 Puto intelligi istud verbum interisse. Ne te longe differam, quædam simplicia in usu erant, sicut *cernere ferro inter se* dicebantur. Idem Virgilius hoc probabit tibi :

.....Stupet ipse Latinus,
Ingentes, genitos diversis partibus orbis,
Inter se coiisse viros, et cernere ferro[2] ;

3 quod nunc *decernere* dicimus ; simplicis verbi usus amissus est. Dicebant antiqui, *si jusso*, id est, *si jussero*. Hoc nolo[3] mihi credas, sed fideli Virgilio[4] :

Cætera, qua jusso[5], mecum manus inferat arma.

Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam, quantum tempus apud Grammaticum perdiderim ; sed ut ex hoc intelligas, quantum apud Ennium et Attium verborum situs[6] occupaverit : quum apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint.

4 Quid, inquis, sibi ista vult præparatio ? quo spectat ? — Non celabo te : cupio, si fieri potest propitiis auribus

in Georgicis lib. III, vs. 146. *Ruhk.*

1. *Graii* ed. *A.* et ms. *c.* Vulgo *Græci. Schw.*

2. *Cernere ferro* ap. Virgil. Æn. XII, 709. *Ruhk.*

3. *Hoc nolo.* Edd. *R.* et *A.* Ms. *c. hic nolo. Schw.*

4. *Fideli Virgilio.* Sic ed. Ruhk. cum edd. vett. et mss. Pal. 2, 3, et Col. commode : nec vero spernam *fidem Virg.* quod habent *A.* et *c.* cum mss. Ops. ubi cod. Amb. adjicit *adhibe*, quod subintelligi poterat. Nec vero absurda Gruteri conjectura, *fiden'*, i. e. *fidis ne ? Schw.* — Muretus dedit : *sit fides Virgilio.* Duo Pal. habent : *sed fide Virgilio.* Editio vetus *sed fidem Virgilio* quod et Modius Novant. Lectt. Epist. 132, probat. Lipsius emendat : *fido.* At vulgata bene habet. — *Fideli Virgilio :* Ruhk. interpretatur : cui fidem habeas. Quum vero ille vocis *fidelis* intellectus nusquam occurrat, melius intelliges : qui mihi assidue præstat sui carminis auctoritatem.

5. *Cætera, qua jusso*, etc. Æn. XI, 467. Silius tamen Italic. XII, 175, hunc verbi simplicis, *jusso*, usum non fastidivit. *Ruhk.*

6. *Quantum... verborum situs* i. antiquitas, neglectus, ideoque oblivio occupaverit. *Apud hunc*, Virgilium. *Ruhk.* — Sic et Horatius Arte Poetica : « Ut silvæ foliis pronos mutantur in annos, Prima cadunt ; ita verborum vetus interit ætas, Et juvenum ritu florent modo nata, vi-

Digitized by Google

tuis, *Essentiam*[1] dicere; sin minus, dicam et iratis. Ciceronem[2] auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem: si recentiorem quæris, Fabianum[3], disertum et elegantem[4], orationis, etiam ad nostrum fastidium, nitidæ. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur οὐσία[5], res necessaria, naturam continens[6], fundamentum omnium? Rogo itaque, permittas mihi hoc verbo uti: nihilominus dabo operam, ut jus a te datum parcissime exerceam: fortasse contentus ero mihi licere. Quid proderit facilitas tua, quum ecce id nullo modo latine exprimere possim, propter quod[7] linguæ nostræ convicium feci? 5

Magis damnabis angustias Romanas, si scieris unam syllabam esse, quam mutare non possim. — Quæ hæc sit, quæris? — τὸ ὄν. Duri[8] tibi videor ingenii: in medio positum posse sic transferri, ut dicam: *Quod est*. Sed multum interesse video: cogor verbum pro vocabulo 6

gentque. Debemur morti nos nostraque..... Mortalia facta peribunt, Nedum sermonum stet honos et gratia vivax. Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus, Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi. »

1. *Essentiam*. Muret. primum dedit ex conj. Cf. ejus Var. Lectt. XV, 20. Antea: *quid sentiam dicere*. *R.*

2. *Ciceronem*. In scriptis Ciceronis nobis reliquis hæc vox non invenitur: hic usus vocabuli ap. Cic. latuit, quod mireris, Quintil. II, 14, III, 6, VIII, 3; in quibus locis inventionem hujus nominis Fabiano tribuit, et duram censet hanc τῆς οὐσίας interpretationem. Lipsius laudat Sidonii verba: lecturus es hic novum verbum *Essentiam*, sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem. *Ruhk.*

3. *Fabianum*. De Sergio Flavio Papirio Fabiano conf. Consolat. ad Marc. XXIII, 3. *Ruhk.*

4. *Elegantem* est in ora ed. Erasmicæ et in omnibus Grut. codd. Alii *disertum et eloquentem*, ut editio vetus, alii *elegantem* omittunt. *R.*

5. Οὐσία...*omnium*. Omnia enim ex Usia i. e. Essentia: quæ est proprie Stoicis Deus et Materia. *Lipsius.*

6. *Naturam continens, fundamentum omnium*. Sic Muretus ex aliquot scriptis Pinciani: sic et editio vetus et tres mss. Grut. At Erasmus: *naturæ continens f. o. Ruhk.*

7. *Propter quod....feci?* Propter quod totam hanc epistolam scribens coactus sum reprehendere nostram linguam. *Ruhk.*

8. *Duri*, etc. Ruhk. dat: *Duri tibi videor ingenii: in medio positam posse sic transferri.* Sic, inquit, Erasmus et aliquot codd. et ed. vetus. Edit. Rom. *D. t. videbor i. i. m. positum*

Digitized by Google

ponere; sed ita necesse est, ponam[1]: *Quod est.* Sex *modis* hoc a Platone dici amicus noster, homo eruditissimus, hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicavero, esse aliquid *genus*[2], esse et *speciem.*
7 Nunc enim *genus* illud *primum* quærimus, ex quo cæteræ species suspensæ sunt, a quo nascitur omnis divisio, quo universa comprehensa sunt. Invenietur autem[3], si cœperimus singula retro legere; sic enim perducemur ad primum. *Homo* species est, ut Aristoteles ait; *equus* species est; *canis* species: ergo commune aliquod quærendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur, et sub
8 se habeat. Hoc quid est? *Animal.* Ergo genus esse cœpit omnium horum, quæ modo retuli, hominis, equi, canis, Animal. Sed sunt quædam, quæ animam habent, nec sunt animalia: placet enim, *satis* et *arbustus* animam inesse; itaque et vivere illa, et mori dicimus. Ergo *Animantia* superiorem tenebunt locum, quia et animalia in hac forma sunt, et sata. Quædam[4] anima carent, ut saxa; itaque

esse: posse sic transferri. — Schw. Erasmi lect. recipit, nisi quod scribit *transferre*, nulla fretus auctoritate. Nos cum Lipsio et ed. Bip. scripsimus: *in medio positum sic posse transferri*, quæ sola lectio facile intelligitur. Significat enim: omnibus patet verba τὸ ὄν posse transferri his vocibus *quod est.*

1. *Sed ita necesse est, ponam: Quod est.* Sic Pincianus jubet legamus ex vetere lectione: sic exstat, in quatuor Grut. mss. Erasmus: *Sed si id necesse est, ponam Quod est.* Muretus: *sed id si n.* etc. *Ruhk.* — Schw. solus scribit *ponam. Quod est, sex* etc.

2. *Esse aliquid genus.* Sic scripsi cum ed. *R.* et aliis libris apud Mod. Ops. et Grut. Nec vero displicet *aliquod*, vulgatum inde a Lipsio, quod habet ed. *A.* cum. ms. Pal. sec. In *c.* dubie scribitur *aliqd.* Fuerint quibus magis probetur, *esse aliud genus*, quod ex vet. lib. laudavit Pincianus. *Schw.*

3. *Invenietur autem...primum.* Ab individuis ad formas generaque ascendit Noster *retro legens singula*, ut ipse ait. Hac prolixiore deductione facile quisque supersedebit lector; nec eum ad quem talia scribi debebant, magnos in philosophia profectus fecisse putaverit. Spectant autem hæc ad prædicabilia Aristotelicorum, ad κατηγορούμενα, in quibus genus et species primum locum obtinent. *R.*

4. *Quædam anima carent.* Sic vulgo, ab Erasmo, cum ed. *A. Sed quædam* etc. ed. *R.* cum ms. *c.* et Opsop. et Grut. *Schw.*

Digitized by Google

erit aliquid animantibus antiquius, *Corpus:* hoc sic di- 9
vidam, ut dicam, corpora omnia, aut animata[1] esse, aut inanima. Etiamnum est aliquid superius, quam corpus: dicimus enim quædam *corporalia* esse, quædam *incorporalia*. Quid ergo erit ex quo hæc diducantur? illud, cui nomen modo parum proprium imposuimus, *Quod est*. Sic enim in species secabitur, ut dicamus: Quod est, aut corporale est, aut incorporale. Hoc ergo genus est primum et antiquissimum, et, ut ita dicam, generale; cætera, genera quidem sunt, sed specialia: tanquam *homo* genus est[2]; habet enim in se nationum species: Græcos, 10
Romanos, Parthos; colorum: albos, nigros, flavos; habet singulos: Catonem, Ciceronem, Lucretium. Itaque qua multa continet[3], in genus cadit; qua sub alio est, in speciem. Illud genus, *Quod est*, generale, supra se nihil habet. Initium rerum est: omnia sub illo sunt.

Stoici volunt superponere huic etiam aliud genus magis principale: de quo statim dicam, si prius illud genus, de quo locutus sum, merito primum poni docuero, quum sit rerum omnium capax. Quod est, in has species 11
divido, ut sint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium est. Corpus quomodo divido? Ut dicam: aut animantia sunt, aut inanima[4]. Rursus animantia quemad-

1. *Animata.... inanima. Animalia.... inanimalia R. A. c.* cum aliis. Conf. Opsop. *Schw.*

2. *Tanquam homo genus est* sc. speciale. Atque constat sibi Seneca, quidquid contra dicat Lipsius, cujus verba sunt hæcce: « Atqui supra species erat, sed ex Aristotele: hic Logicam Chrysippi sequi eum probabile est hodie ridendam. » Nam quo jure, ait Noster, cæteræ divisiones ejus quod est, genera vocantur, quæ tamen nonnisi species sunt, eodem Homo quoque genus vocari potest, quem supra tantummodo speciem esse vidimus. Sic Noster statim explicat verbis hisce: *Itaque... in speciem. R.*

3. *Qua multa continet.... qua sub alio est.* Sic edd. a Mur. ex Modii emendatione. Utrobique *quod* habet ed. *R. quia* ed. *A.* et Er. cum ms. *c.* Cf. Not. ad Ep. LXVI. *Schw.*

4. *Inanima*, habent *inanimantia* edd. inde a Lips. sed *in animata* ed.

Digitized by Google

modum divido? Ut dicam : quædam animum habent, quædam tantum animam ; aut sic : quædam impetum habent[1], incedunt, transeunt; quædam, solo affixa, radi-
12 cibus aluntur et crescunt. Rursus animalia in quas species seco? Aut mortalia sunt, aut immortalia. Primum genus Stoicis quibusdam videtur, *Quiddam*[2]. Quare videatur, subjiciam. In rerum, inquiunt, natura quædam sunt, quædam non sunt. Et hæc autem[3], quæ non sunt, rerum natura complectitur, quæ animo succurrunt; tanquam Centauri, Gigantes, et quidquid aliud, falsa cogitatione formatum, habere aliquam imaginem cœpit, quamvis non habeat substantiam.

13 Nunc ad id[4] quod tibi promisi, revertor; quomodo,

Ven. et Erasm. quod habent *A. c. S.*

1. *Impetum habent:* id est, sponte moventur.

2. *Quiddam* scripsi cum vet. cod. quem in Notis laudavit Mur. *Quid* edd. inde a Lipsio. *Quod* ed. *R.* cum mss. Pinc. et Grut. Deest vox ed. *A.* et ms. *c.* cujus loco dein *sed quare* legitur : at particulam *sed* recte ignorant alii. *S.*—Lipsius, qui edidit *quid* pro quiddam : Ita lege, inquit, quum libris sit ambigue *quid* vel *quod* : sed illud præfero. Græce dixerim indubie, τὸ τί. Pincianus sententiam loci primus pervidit et breviter posuit : *Stoicis aliud aliquod genus Ente Superius esse, nempe quod*, ita enim ipse legit. Id igitur iis dividitur in vere *Ens* et *Non-ens*. Vere, ut omnia quæ in rerum natura sunt *Non-ens* ut sunt Centauri, Chimæræ, et quæ in mente sola subsistunt. — Subtilitatem hanc facile intelligere licet. Quum Plato essentiam posuisset primo loco, illi observantes ea non comprehendi hac definitione, quæ non vere sunt, tanquam Centauri, docebant esse superius quoddam, quo essentia comprehendatur, idque vocabant τὸ τί, i. e. res ad quam et phænomena et noumena retulerunt, s. res quæ quodammodo affectæ sunt, uti Cic. Top. 3 istud τί convertit. *Ruhk.*

3. *Et hæc autem*, etc. Nil mutant libri. Dicit igitur, ex Stoicorum sententia naturam rerum etiam ea complecti quæ re vera non sunt, quæ nonnisi animo succurrunt. *Schw.*

4. *Nunc ad id...in sex modos Plato p.* Primo quidem in duos : atque ita in Timæo (p. 301, T. IX Bip.) et Sophista τὸ ὄν dividit. Appuleius (de Habitudine lib. I, p. 162, T. II, Bip.) ex illo τὰς οὐσίας, quas Essentias dicimus, duas esse ait, per quas cuncta gignantur Mundusque ipse. Quarum una cogitatione sola concipitur, altera sensibus subjici potest. Prior illa vere esse memoratur : hanc vero non esse possumus dicere. Et primæ quidem Essentiæ primum Deum esse et mentem formasque rerum et animam : secundæ omnia quæ

Digitized by Google

quæcumque sunt, in sex modos Plato partiatur. Primum illud, *Quod est*, nec visu, nec tactu, nec ullo sensu comprehenditur; cogitabile est. Quod generaliter est, tanquam homo generalis, sub oculos non venit; sed specialis venit, ut Cicero et Cato. Animal non videtur[1], sed cogitatur: videtur autem species ejus, equus, et canis. Secundum ex his, quæ sunt, ponit Plato, *quod eminet* 14 *et exsuperat omnia*. Hoc, ait, per excellentiam esse: ut poeta communiter dicitur; omnibus enim versus facientibus hoc nomen est: sed jam[2] apud Græcos in unius notam cessit. Homerum[3] intelligas, quum audieris Poetam. Quid ergo hoc est? *Deus*; scilicet major ac potentior cunctis. Tertium genus est eorum, *quæ proprie sunt:* 15 innumerabilia hæc sunt, sed extra nostrum posita conspectum. — Quæ sunt, interrogas? — Propria Platonis supellex est[4]; *Ideas*[5] vocat, ex quibus omnia, quæcumque videmus, fiunt, et ad quas cuncta formantur. Hæ immortales, immutabiles, inviolabiles sunt. Quid sit idea,

informantur, quæque gignantur, et quæ ab substantiæ superioris exemplo originem ducunt. Hæc ita universe in Platone: sed distinctius Noster in sex modos partitur. Primum est *Ens* νοητὸν, *intelligibile*: ut animal. Secundum, excellentissimum Ens et causa Entium, *Deus*. Tertium, *Idea*. Quartum ipsa Εἶδη, sive *species*. Quintum, quæ sensibus subjecta, i. e. *corpora*. Sextum, *quæ quasi sunt*, ut inane, tempus. *L.* — Cf. Meiners *Geschichte der Wissenschaften* II, p. 708 sq. p. 729 sq. Tiedemann *Geist der spek. Philos.* II, p. 75 sq. 86 sq. Tennemann *System der Plat. Phil.* II, p. 291 sqq. *Ruhk.*

1. *Animal non videtur, sed cogitatur.* Sic Erasmus, ed. vetus, et Gruteri mss. At Gronovii codd. exhibebant: *Animal ut v., cogitatur.* Unde conjecit: *Animal haud videtur; cogitatur. Ruhk.*

2. *Sed jam apud*, etc. Sic bene vulgo cum *R. A. c. Sed tamen apud* ed. Ruhk. cum Grut. *Schw.*

3. *Homerum... poetam.* Sic et Cicero in Topicis: « Homerus propter excellentiam, commune poetarum nomen effecit apud Græcos suum. »

4. *Propria Platonis supellex est.* Sic ed. vetus et Pinciani aliorumque codices. At Erasmus voces has exclusit. *Ex quibus omnia quæcunque videmus fiunt* Pinciani, Modii codd. et plerique Grut. et ed. vetus. Antea: *ex quibus omnia quæ sunt fiunt, et ad*, etc. *Ruhk.*

5. *Ideas vocat.* De his Lips. aliquid Phys. II, Diss. III. Est quoque celeber-

Digitized by Google

id est, quid Platoni esse videatur, audi : « Idea est eorum,
16 quæ natura fiunt, exemplar æternum. » Adjiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere : exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens, quem operi suo imponat. Ita illa, quæ me docet et instruit, facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet natura rerum, hominum, piscium, arborum ; ad
17 quæ, quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur. Quartum[1] locum habet εἶδος. Quid sit hoc εἶδος, attendas oportet ; et Platoni imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem : nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar : ille, quum reddere Virgilium coloribus vellet, ipsum intuebatur ; idea erat Virgilii facies, futuri operis exemplar ; ex hac quod artifex tra-
18 hit, et operi suo imposuit, εἶδος est. — Quid intersit, quæris ? — Alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta et operi imposita. Alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua[2] : hæc est εἶδος. Habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex statuam figuravit : hæc idea est. Etiamnunc aliam desideras distinctionem ? Idos in opere est ; idea extra opus : nec tantum extra opus est, sed ante opus.
19 Quintum genus est eorum, *quæ communiter sunt :* hæc incipiunt ad nos pertinere ; hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus eorum est, *quæ quasi sunt ;* tanquam inane, tanquam tempus.

rima Bruckeri de Ideis Dissertatio.

1. *Quartum* etc. Platonem hoc discrimen inter *ideas*, et *idos* ignorare docuit Meiners *Gesch. der Wiss.* II, p. 801. Formas illas æternas promiscue vocat Plato nunc εἰκόνας, nunc εἴδη, nunc ἰδέας, etc. *Ruhk.*

2. *Habet aliquam faciem statua : hæc est* εἶδος. Verba ista quum in ed. Bipont. temere prætermissa essent, pariter in ed. Ruhk. et Matth. desiderantur. *Hæc* scribitur in ed. *R.* et

Digitized by Google

Quæcumque videmus ac tangimus[1], Plato in illis non numerat, quæ *esse* proprie putat. Fluunt enim, et in assidua diminutione atque adjectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis; nemo est mane, qui fuit pridie. Corpora nostra[2] rapiuntur fluminum more; quidquid vides, currit cum tempore; nihil ex his, quæ videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est quod ait Heraclitus: « In idem flumen bis non descendimus[3]. » Manet idem fluminis nomen; aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est, quam in homine: sed nos quoque non minus velox cursus prætervehit; et ideo admiror dementiam nostram[4], quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur, quum omne momentum mors prio-

seqq. *Hoc est ἴδιος* ed. *A.* et ms. *c. S.*

1. *Quæcumque videmus ac tangimus*, etc. Ideas, dixit Plato, s. formas naturam rerum constituere, esseque una cum Deo, in cujus intellectu ab æterno fuerint, unum genus omnium rerum, quæ interitu aut mutatione careant. Corpora contra, sive omne id quod sensibus subjicitur, propriæ essentiæ nominari non possunt, utpote quæ mutationibus, quinimo interitui patent. Conf. VVyttenbach ad Plut. de sera numinis vind. p. 76 sq. Contineant tamen necesse putabat immutabile quid, quia certa cognitio quædam habeatur. Tali modo et Heraclitum et Parmenidem a se conjungi affirmavit Plato. Cf. Meiners II, p. 730 sq. Tiedemann II, p. 87, sq. *Ruhk.*

2. *Corpora nostra.... transmissa est.* Egregie hic monuit Tiedemann II, p. 88 sqq. lacunam syllogismi Heraclitici et a Platone negligi, uti a Nostro, res sensibus subjectas ne momento quidem sibi constare similesve manere; experientia refragatur, nec doceri potest. Nam ut illæ res vel uno temporis momento perstent, earumque mutationes legibus sint attemperatæ sempiternis, profecto notiones universales legere, principia colligere adeoque scientiam construere licebit. De *Heraclito* vid. Plat. Cratyl. T. III, p. 267, 268: « δὶς ἐς αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἐμβαίνομεν. » Cf. Meiners I, p. 623. Tiedemann I, p. 217. *R.*

3. *In idem flumen bis non descendimus.* Sic Pincian. dedit, idque recte, sensu postulante. Muretus aliique probarunt. Erasmus et multi codd. cum edit. vet. *in idem f. b. d. et non descendimus. Ruhk.*

4. *Et ideo admiror dementiam nostram.* Illud Heracliteum deflexit Noster ad amorem corporis et timorem mortis diminuendum: utrumque enim est fugacissimum et corpus, et omne momentum, quod antecedentis *habitus* (genitiv.) i. e. conditionis

Digitized by Google

ris habitus sit. Vis tu non timere[1], ne semel fiat quod quotidie fit? De homine dixi, fluida materia et caduca, et omnibus obnoxia causis[2]: mundus[3] quoque, æterna
22 res et invicta, mutatur, nec idem manet. Quamvis enim omnia in se habeat, quæ habuit; aliter habet, quam habuit: ordinem mutat.

Quid, inquis, ista subtilitas mihi proderit? — Si me interrogas, nihil. Sed quemadmodum ille cælator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque avocat, et, ut dici solet, pascit; sic nos animum aliquando debemus relaxare, et quibusdam oblectamentis reficere. Sed ipsa oblectamenta opera sint; ex his quoque, si observaveris,
23 sumes[4] quod possit fieri salutare. Hoc ego[5], mi Lucili, soleo facere: ex omni vacatione[6], etiamsi a philosophia longissime aversa est, eruere aliquid conor et utile effi-

mors est. Cf. Ep. XXIV, 19 not. *Ruhk.*

1. *Vis tu non timere, ne*, etc. Sic restituit Gronov. ex suo et quatuor Grut. quibus omnes Rubeniani accedunt, et Erford. Heins. Possem, inquit, abs te impetrare, ne timeas, eventurum tibi, quod quotidie evenire omnibus videmus. Est formula orantis, hortantis, flagitantis, jubentis. Cf. Bentleius ad Horat. II, Serm. 6, 92; qui Gronovium recte laudat. Vulgo male deest negandi particula contra mentem et sensum auctoris. Cf. ad III de Ira, 38. *Ruhk.*

2. *Causis* Gronovio suadente reposui. Sic. vett. edd. Tarvisina, Venetа, Frobeniana, et editio vetus, et codex Gronov. Erf. Heins. Conf. Gronovii Obss. III, 14, p. 422, ed. Lips. Verbum hoc est familiare Senecæ de morbo vitioque quocumque. Vide de Ira III, 10. Antea: *casibus. Ruhk.*

3. *Mundus... idem manet*, omnium enim elementorum alterni recursus sunt: quidquid alteri perit, in alterum transit, etc. Senec. N. Q. III, 10. *Ruhk.*

4. *Sumes. R. A. c. Invenies. Schw.*

5. *Hoc ego... efficere.* Exempla supra jam vidimus Epist. LV, 3, LVII, 2. *Ruhk.*

6. *Vacatione.* Erasmum sequor. Gruterus tamen in libris suis, uti Modius in uno (v. Ep. CXXXII, novant. Lectt.) *Natione*, quod ille explicat: ex omni secta et genere hominum. Muretus mallet *tractatione.* Lipsius, quod in ora quorumdam librorum est, *oratione.* Sed vulgata non est tentanda. Otio, ait, ita utor, ut utile mihi fiat. *Ruhk.* — Schw. hanc Ruhkopfii lectionem se probare confitetur, si ex quodam vetere libro ducta est, sed se timere, ne ex Erasmi ingenio oriatur. — *Vacatio* autem opera subseciva, quæ non propter officium, sed otii et oblectamenti

Digitized by Google

cere. Quid de istis capiam, quæ modo tractavimus, remotis a reformatione morum? quomodo meliorem me facere ideæ Platonicæ possunt? quid ex istis traham, quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipsum, quod omnia ista quæ sensibus serviunt, quæ nos accendunt et irritant, negat Plato ex his esse; quæ vere sint. Ergo 24
ista imaginaria sunt, et ad tempus aliquam faciem ferunt; nihil horum stabile, nec solidum est. Et nos tamen cupimus tanquam aut semper futura, aut semper habituri. Imbecilli fluidique, per intervalla consistimus: mittamus animum ad illa, quæ æterna sunt! miremur[1] in sublimi volitantes rerum omnium formas, Deumque inter illa versantem, et hoc providentem, quemadmodum, quæ immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat[2], defendat a morte, ac ratione vitium corporis vincat! Manent enim cuncta, non quia æterna sunt, sed 25
quia defenduntur cura regentis. Immortalia tutore non egent: hæc conservat artifex, fragilitatem materiæ vi sua vincens. Contemnamus omnia, quæ adeo pretiosa non sunt, ut, an sint omnino, dubium sit. Illud simul 26
cogitemus[3]: si mundum ipsum, non minus mortalem

causa tractamus. Ipsa enim oblectamenta, monuerat § 22, opera sint. Cf. Epist. LXII. *Ruhk.*

1. *Miremur.* Similia sane præclara occurrunt haud semel apud Nostrum, utique N. Q. I. præf. Tunc, ibi ait, consummatum habet plenumque bonum sortis humanæ, quum calcato omni malo, petit altum, et in interiorem naturæ sinum venit. Tunc juvat inter sidera ipsa vagantem divitum pavimenta ridere, etc. *Ruhk.*

2. *Quia materia prohibebat.* Impie stulta veterum opinio, Deum voluisse quidem a primo omnia immortalia facere, sed non potuisse propter materiæ vitium, quasi non, ut cætera omnia, ita materiam condiderit ac procrearit Deus. Recte Lactantius: idem materiæ fictor est, qui et rerum materia constantium. *Muretus.*

3. *Illud simul cogitemus...eximit.* Ne putes Nostrum sibi ipsum contradicere, qui antea § 21, mundum æternam rem et invictam vocasset, recorderis, mundum triplici sensu accipi a Stoicis. Noster N. Q. I. præf. ait: Quid est Deus? Mens universi. Quid est Deus? totum quod vides et

Digitized by Google

quam nos sumus, Providentia periculis eximit; potest tamen[1] aliquatenus nostra quoque providentia prorogare huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars ma-
27 jor[2] perit, potuerimus regere et coercere. Plato[3] ipse ad senectutem se diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus, et illi nomen latitudo[4] pectoris fecerat; sed navigationes[5] ac pericula multum detraxerant viribus; parcimonia tamen, et eorum, quæ aviditatem evocant, modus, et diligens sui tutela, produxit[6] illum ad senectutem, multis prohibentibus causis. Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse, quod natali suo[7] decessit, et annum unum
28 atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo

quod non vides totum. Mundus est itaque primum Deus ipse, deinde cœlum, terra et omnes naturæ illis comprehensæ, denique systema deorum, hominum et naturarum, quæ istorum causa creatæ sunt. Diog. Laert. VII, 137. Æternus autem est mundus, quatenus principia omnium rerum in se continet, sive quia Deus sæpe mundus vocatur: mortalis est iste mundus quem videmus, cujus naturam habitumque deletum iri statuebant conflagratione, ἐκπυρώσει, h. e. sparsum iri in elementa. Conf. post Lipsii Physiol. Stoic. I, 8, II, 6, Tiedemanni *System der St. Phil.* II, p. 70 sqq. *Ruhk.*

1. *Potest tamen.... prorogare.* Sic ed. *R.* cum mss. Grut. et aliis. *Posse tamen....prorogare* ed. *A.* cum ms. *c.* ubi bene haberet *posse*, si sequeretur *prorogari*, ut cum Pinc. correxit Mur. Recte vero *tamen* tenent vett. libri, quod temere in *tandem* mutatum in ed. Ruhk. *S.* — *Potest tandem* est vetus, inquit Ruhk., scriptura quam Gronovius recte tuetur contra Pincianum, qui dedit invitis mss.: *posse tandem*, ut ab τῷ *cogitemus* pendeat. Lipsius: *posse tamen... providentia longiorem prorogari.* Sic et editio vetus, nisi quod *prorogare* præfert.

2. *Quibus pars major*, per quas major pars nostrum perit. *Ruhk.*

3. *Plato.. diligentia* i. e. prudentia. Mortuus est anno ætatis LXXXI peracto, Ol. CVIII, 1, quum natus esset Ol. LXXXVII, 4. Cf. Tennemanni *System der Platon. Philos.* Vol. I. *Ruhk.*

4. *Latitudo* pectoris, prius enim Aristocles nominabatur. *R.*—Græcis πλατὺς, latus.

5. *Navigationes.* De Platonis navigationibus in Italiam, Cyrenen, Siciliamque ab omnibus Hist. phil. auctoribus actum est, a Brucker. I, p. 633 sq. Meiners II, p. 688, et nuper Tennemann. l. l. *Ruhk.*

6. *Produxit* recte ed. *R.* Vulgo *perduxit* cum *A. c. Schw.*

7. *Natali suo*, qui fuit mensis Thargelionis (Aprilis) septimus dies,

Digitized by Google

Magi [1], qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanæ rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. Non dubito, quin paratus esset, paucos dies ex ista summa et sacrificium [2] remittere. Potest frugalitas producere senectutem; quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem. Jucundum 29
est, esse secum quam diutissime, quum quis se dignum, quo frueretur, effecit.

Itaque de isto feremus sententiam [3], an oporteat fastidire senectutis extrema, et finem non opperiri, sed manu facere. Prope est a timente, qui fatum segnis exspectat; sicut ille ultra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat, et fæcem quoque exsorbet. De hoc 30
tamen quæremus, pars summa vitæ, utrum ea fæx [4] sit, an liquidissimum ac purissimum quiddam; si modo mens sine injuria est [5], et integri sensus animum juvant, nec defectum et præmortuum corpus est. Plurimum enim

Plutarcho auctore, Quæst. conviv. VIII, 1, et Diogene Laertio, in vit. Plat. *Lips.*

1. *Magi.* Ex his assectatoribus Zoroastris ad ejus legislationem et doctrinam conservandam constitutis (cf. *Heeren Ideen* II, p. 420 sq.) inprimis post Xerxis tempora quosdam græcas urbes convenisse dubitari nequit. Exemplum præbet Osthanes: vid. Brucker. I, p. 159 sq. *Ruhk.*

2. *Et sacrificium*, quoniam si paucos tantum dies remisisset, caruisset honore sacrificii, quod non ob aliud ei tribuebatur quam quod unum et octogesimum annum perfecte impleverat.

3. *Itaque de isto feremus sententiam.* Propter amorem sui aversabantur Stoici mortem sibi consciscere; sed liberum ostium habere quemvis asserebant. Cf. Lipsii Manud. III, 22, Senec. Ep. XXVI, 9 not. XXIX, 8, XXX, 10, LXX, 6, LXXXII, 14. *Ruhk.*

4. *Utrum ea fæx sit.* Ruhk. dat *Utrum fæx vitæ hæc sit.* Sensus idem. — Laudat Lipsius Antiphanem Comicum Stob. Floril. Serm. 117. (Brunk. poet. gnom. p. 186, VIII.) Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος οἴνῳ προσφερής· Ὅταν μὲν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίγνεται. Cf. Ep. XXVI, 2. *Ruhk.*

5. *Mens sine injuria*, i. e. illæsa, sana. Hac enim ætate, qua Noster floruit, vox *injuria* idem valere cœpit quod impedimentum, detrimentum, læsio. Vide Sen. N. Q. VI, 18, 32, VII, 31. Plin. XIII, 24 extr. etc. *R.*

Digitized by Google

refert, vitam aliquis extendat, an mortem. At, si inutile ministeriis est corpus, quidni oporteat educere animum
31 laborantem? et fortasse paulo ante, quam debet, faciendum est; ne, quum fieri debeat, facere non possis: et, quum majus periculum sit male vivendi, quam cito moriendi, stultus est qui non exigui temporis mercede magnæ rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine injuria pertulit: multis iners vita sine usu jacuit sui. Quanto[1] deinde crudelius judicas, aliquid ex
32 vita perdidisse, quamvis finienda? Noli me invitus audire, tanquam[2] ad te jam pertineat ista sententia: sed, quid dicam, æstima. Non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit; totum autem ab illa parte[3] meliore; at, si cœperit concutere mentem, si partes ejus convellere, si mihi non vitam reliquerit, sed animam[4]; pro-
33 siliam ex ædificio putrido ac ruenti[5]. Morbum morte non fugiam, duntaxat sanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem; sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi

1. *Quanto.... finienda?* Verba adversæ sententiæ, non debere finiri. *Lips.* — Hæc Lipsii annotatio, quam Ruhk. adoptavit minime huic loco lucem admovet, imo ipsa lucem requirit; cæterum videtur auctor significare voluisse: num credis multo crudelius esse aliquid vitæ reliquum projicere, quæquidem mox te invito finienda est, quam jacere inertem sine usu tui? *Quamvis* int. quamvis relucteris, quamvis eam finire abnuas.

2. *Tanquam ad te pertineat i. s.* Int. tanquam hæc sit admonitio, qua tibi nuntiem mihi immotum esse animo ut ultro mortem petam, qua te præparare velim ad desiderium mei.

3. *Ab illa parte meliore.* I. animo, mente. *Ruhk.*

4. *Animam.* Anima qua quis plantarum modo degit, opponitur veræ vitæ. *Ruhk.*

5. *Ædificio.... ruenti.* Stobæus Serm. 118. Gorgiæ Leontino hoc adscribit, *qui senex interrogatus: ecquid libens moreretur?* Μάλιστα, εἶπεν, ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος οἰκιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττομαι. Maxime, inquit; nam ut ex putri et diffluente domuncula non invitus abeo. *Lipsius.*

Digitized by Google

futurus est ad omne propter quod vivitur. Imbecillus est et ignavus, qui propter dolorem moritur; stultus, qui doloris causa vivit. Sed in longum exeo : est præterea materia, quæ ducere diem possit[1]. Et quomodo finem vitæ imponere poterit, qui epistolæ non potest? Vale ergo : quod libentius quam mortes meras[2] lecturus es. Vale.

1. *Quæ ducere diem possit*, i. e. consumere. Uber enim hæc materies et disputatio. Proprie materia per diem colloquendo ducitur, producitur. Cf. Heyne ad Tibull. 1, 4, 5. Alii explicant, materiam in nobis esse, quæ mortem differre possit, loquendi tamen usu repugnante. *Ruhk.*

2. *Mortes meras* cum Modio, et Mureto et Lipsio scripsi, improbante quidem Gronovio; cum quo si quis servatam librorum scripturam *mortis moras* maluerit, nihil impedio. Novimus quidem, etiam alibi plus semel *mortis moras* memorari Senecæ, ut Epp. VII, 3, LXXXII, 14. Nat. Quæst. II, 59, sed id huic loco non admodum convenire videbatur. Tum vero et illud observandum, levissimam esse mutationem, quam secuti sumus, unius vocalis *o* in *e*: nam *mortis* quidem, ex prisco scribendi more frequenter in libris nostris servato, quartus nominis casus esse poterat, ut idem ac *mortes* valeret. Porro Epist. VII, § 3, pro *mortis moræ* in libris nonnullis vice versa *mortis* (vel *mortes*) *meræ* scribitur, ut in ms. Par. *b.* et in ed. Erasm. 2. Denique h. l. *mortis meras* exhibebant duo Palatini codices : ex quo probabile fit, etiam a Modio istud *meras* non ex ingenio, sed ex vet. libro esse prolatum : eodemque ducebat corrupta scriptura *meas*, in ora Erasmi notata, quam eamdem unus etiam e Palatinis codd. exhibebat. *Schw.* — *Mortes meras*, nempe quas Epistola hæc ultima habet et sonat. *Lips.* — *Lagrange* parum lucis affert, qui vertit : *Recevez donc un adieu, moins triste que l'éternel adieu.*

Digitized by Google

EPISTOLA LIX.

VOLUPTATIS ET GAUDII DISCRIMEN. — DE HUMANA STULTITIA.

Lucilio testatur voluptatem, quam ex ejus epistola perceperit, eamque, voluptatis et gaudii discrimine exposito, et ab oratione, et a materia laudat. Nec reprehendendum censet, quod imaginibus orationem distinxerit, quippe quæ ad animum discentis audientisve regendum vel philosopho non indignæ sint. Sic Sextius imaginem exercitus pugnæ parati de sapiente adhibuerat. Hinc occasionem sumit, in quæstionem transeundi, cur stultitia nos tam tenaciter teneat. Non omni impetu, respondet, utimur ad eam cognoscendam et repellendam : nimium nobis placemus, ideoque et nosmetipsos decipimus, et ab aliis decipi patimur, inprimis adulatione. Denique docet, quomodo quisque intelligat, se non esse sapientem.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MAGNAM ex epistola tua percepi voluptatem : permitte enim mihi uti verbis publicis[1], nec illa ad significationem stoicam[2] revoca. Vitium esse voluptatem credimus. Sit sane : ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio, inquam, et *voluptatem* (si ad nostrum album[3] verba dirigimus) rem infamem esse; et *gaudium*, nisi sapienti[4], non contingere : est

1. *Verbis publicis*, i. e. popularibus, quale erat *voluptas*. Cf. Ep. III, 1. *R.*

2. *Significationem stoicam*. Sæpe de hoc paradoxo monuimus, e. c. ad II de Ira 6. Stoicos sic loqui, ut velle bonum, gaudere eo adepto, et cavere s. devitare malum, negent nisi sapientem : stultum autem nonnisi cupere, lætari, ideoque et *voluptate* uti, metuere, contristari, ut Augustini de Civit. Dei XIV, 8, verbis utar. Cf. Davis. ad Cic. Tusc. IV, 6, et ad Maxim. Tyr. p. 504. De *Gaudio* cf. Ep. XXIII. *Ruhk.*

3. *Album*. Hanc scripturam Rud. Agricola ex ingenio restituit, Erasmo probante. Optime. Olim cusi *nostrum alvum*, cod. Col. *nostrum animum*. *Ruhk.* — *Album*, stoicum, ut in nostro foro et tribunali super iis arbitramur. *Lipsius.*

4. *Nisi sapienti*. Super tota hac re ego ubertim Manuduct. III. Dissert. V. *Lipsius.*

Digitized by Google

enim animi elatio, suis bonis viribusque fidentis. Vulgo tamen sic loquimur, ut dicamus, magnum gaudium nos ex illius consulatu, aut ex nuptiis, aut ex partu uxoris percepisse; quæ adeo non sunt gaudia, ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint : gaudio autem junctum est[1] non 2
desinere, nec in contraria verti. Itaque quum dicit Virgilius[2] noster, « Et mala mentis gaudia; » diserte[3] quidem dicit, sed parum proprie; nullum enim *malum gaudium* est. Voluptatibus hoc nomen imposuit, et quod voluit, expressit; significavit enim homines malo suo lætos. Tamen ego non immerito dixeram, cepisse me magnam ex epistola tua voluptatem : quamvis enim ex 3
honesta causa[4] imperitus homo[5] gaudeat, tamen affectum ejus impotentem, et in diversa statim inclinaturum[6], voluptatem voco, opinione falsi boni motam[7], immoderatam et immodicam.

Sed, ut ad propositum revertar, audi quid me in epistola tua delectaverit. Habes verba in potestate; non

1. *Gaudio autem junctum est.* Int. gaudio proprium est.

2. *Virgilius.* Æn. VI, 278, 279, qui tamen contra has Senecæ argutias vel eo defenditur, quod *verbis publicis* (ut ipse Noster de se initio epistolæ dicit) usus sit, non ad significationem stoicam revocatis. Nec poeta hoc dignum fuerit. *Ruhk.*

3. *Diserte.* I. e. clare et distincte. *Ruhk.*

4. *Ex honesta causa.* Corrupte *ex nomine ista caussa* dabant *R. A. c. Ex ista caussa* quatuor codd. Grut. et ed. Er. unde Muret. correxit *ex justa causa;* tum *justa causa* ed. Gron. vocula *ex* (casu, puto) omissa. Denique *ex nomine justa causa* edidit Ruhk. quod quid sit, quidve valeat, ipse viderit : illud equidem video, in editione vetere (in qua eamdem scripturam exhiberi ille ait) non *justa*, sed *ista* legi. Non animadverterat vir doctus id quod ex cod. Pal. sec. Gruterus enotaverat, *ex homine ista causa;* quo ex portento et istud natum erat *ex nomine*, et scriptura unice vera (de qua jam olim perspecte Lipsius monuerat) facile intelligebatur, *ex honesta causa. Schw.*

5. *Imperitus homo.* Stultus, φαῦλος, sapienti oppositus. *Ruhk.*

6. *Impotent.... inclinaturum.* Int. qui non est compos sui, qui nihil habet stabilis, et forsan jam in eo est, ut in dolorem vertatur.

7. *Motam* editio vetus habet, restitutam recte e mss. *Ruhk.*

Digitized by Google

effert te oratio[1], nec longius, quam destinasti, trahit. Multi sunt[2], qui ad id, quod non proposuerant scribere, alicujus verbi placentis decore vocentur[3]; quod tibi non evenit : pressa[4] sunt omnia, et rei aptata. [5] Loqueris quantum vis, et plus significas quam loqueris. Hoc majoris rei indicium est : apparet[6] animum quoque nihil habere supervacui, nihil tumidi. Invenio nunc[7] translationes verborum, ut non temerarias[8], ita non indecoras : itaque periculum sui fecerint. Invenio imagines : quibus si quis nos uti vetat, et poetis illas solis judicat esse concessas, neminem mihi videtur ex antiquis legisse ; apud quos nondum captabatur plausibilis[9] oratio. Illi, qui simpliciter et demonstrandæ rei causa eloquebantur, parabolis[10] referti sunt; quas existimo necessarias, non

1. *Non effert te oratio.* I. e. Non te ad impetum dicendi, ad tumorem, concitat : quod in argumentis moralibus contingere solet ingeniis acrioribus. *Ruhk.*

2. *Multi sunt.... vocentur :* Quod v. c. adeo in Platone veteres critici reprehendebant. Vide Meiners, vol. II, p. 693, 695, ubi loca veterum allata sunt. *Ruhk.*

3. *Decore vocentur.* Verum fuerit *evocentur*, verbum Senecæ familiare. Cf. Gron. ad Ep. XLVII, not. 44. *S.*

4. *Pressa*, de brevitate nervosa. Cf. Ernesti Lexic. Lat. Technol. in *Pressus*, ubi nostrum locum quoque advertit. *Ruhk.*

5. *Loqueris... loqueris.* Est ἔμφασις, quam Cic. Or. III, 53, explicat plus ad intelligendum quam dixeris significatio : et in Orat. 40, significatio sæpe erit major, quam oratio. Conf. Ernesti l. l. sub voce : *Significatio. R.*

6. *Hoc* (scil. plus significare quam loqueris) *majoris rei indicium est : apparet* enim inde animum quoque, sicut verba, nihil habere supervacui.

7. *Invenio nunc.* Hoc magis placuit, quod dedere *A. e.* quam *Inv. tamen*, vulgatum ex ed. *R. Schw.*

8. *Ut non temerarias, ita non indecoras. Itaque*, etc. Sic ed. vet. Nec abludit multum Erasm., quippe qui *Itaquæ*, et nonnulli codd. At Pinciani plerique codd. omittunt voces : *ita non indecoras.* Sed bene stare possunt. Seneca quidem has translationes probat, at quid alii facturi sint, exspectandum jubet. *Ruhk.*

9. *Plausibilis oratio*, quæ meditata et ad ornatum comparata erat, qua illis placeat qui audiant vel legant, ἐπιδεικτικῷ et δημοσίρατι : opponuntur πολιτικοὶ, qui magis veritatem rerum cognoscendarum, quam artis et ingenii admirationem quærunt. Vid. Ernesti Lexic. Græc. Techn. in Ἐπιδεικτικόν. *Ruhk.*

10. *Parabolis.* Vides hic *imagines* et *parabolas* eadem vi poni. Aliter discrimen instituit Bergerus de natura puler. Orat. p. 293, ap. Ernest.

Digitized by Google

ex eadem causa qua poetis, sed ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, et ut discentem et audientem in rem præsentem adducant.

Sextium ecce[1] quummaxime lego, virum acrem, Græ- 6
cis verbis[2], Romanis moribus philosophantem. Movit me imago ab illo posita : Ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnæ paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet : omnes virtutes suas undique expandat, ut ubicumque infesti aliquid orietur, illic parata præsidia sint, et ad nutum regentis sine tumultu respondeant. Quod in exercitibus his, quos im- 7
peratores magni ordinant, fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copiæ sentiant, sic dispositæ, ut signum ab uno[3] datum, peditem simul equitemque percurrat : hoc aliquanto magis necessarium esse nobis, Sextius ait. Illi enim[4] sæpe hostem timuere sine causa ; tutissimumque illis iter, quod suspectissimum, fuit. Nihil stultitia pacatum habet : tam superne illi metus est,

Lexic. Lat. Technol. sub *Imago*, et Lex. Gr. Techn. Παραβολή. *Ruhk.*

1. *Sextium ecce* etc. Ab istis verbis in ms. *c.* fit initium novæ Epistolæ, cui adjectus numerus LXIII. Cf. not. de re simili § 4 : ad XLVIII, *Mus syllaba* etc. In ed. *A.* pariter, quasi hinc novæ Epistolæ initium fieret, præponitur Argumentum ; sed nec post *adducant* adjicitur *Vale*, nec numerus novæ Epistolæ adjectus. *S.*—*Sextium ecce* (i. e. hoc ipso tempore) *lego*. Q. Sextius fuere pater et filius uterque philosophiæ studiis scriptisque nobiles. Flavianus fuit sectæ Q. Sextii assecla. Seneca pater lib. III Controv. in præf. Plin. N. H. 18, 28. Claudianus Mamertus, de anima lib. II, cap. 9, quædam ejus latine citat, sed ab ipso fortasse versa. Vide Lipsium in Manud. I, 6, et II de Ira 36, 1 not. In sententiis, quæ ei tribuuntur in Opusc. myth. et eth. p. 645 ed. Gale nullum earum sententiarum, quæ hic laudantur, vestigium reperitur. Enim vero facile est intelligere, illas sententias, nisi sint fœtus Christiani cujusdam, tamen esse a Christiano ubique interpolatas. Cæterum hominis vitam esse jugem militiam vidimus Ep. LI, 5 not. *Ruhk.*

2. *Græcis verbis.* Namque Athenis multum egerat : sed mores, inquit, Romanos habuit, graves, constantes. *Lipsius.*

3. *Signum ab uno.* In tessera aut verbo. *Lipsius.*

4. *Illi enim.* Scilicet milites.

Digitized by Google

8 quam infra; utrumque trepidat latus: sequuntur pericula, et occurrunt; ad omnia pavet; imparata est, et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem, ad omnem incursum munitus est et intentus: non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus et contra illa ibit, et inter illa. Nos multa alligant[1], multa debilitant; diu in istis vitiis jacuimus; elui difficile est: non enim inquinati sumus, sed infecti.

9 Ne ab alia imagine ad aliam transeamus, hoc quæram, quod mecum sæpe dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat[2]? Primo, quia non fortiter illam repellimus, nec toto ad salutem impetu nitimur; deinde, quia illa, quæ a sapientibus viris reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus, leviterque
10 tam magnæ rei insistimus. Quemadmodum[3] autem potest aliquis, quantum satis sit, adversus vitia discere, qui, quantum a vitiis vacat, discit? Nemo nostrum in altum descendit[4]; summa tantum decerpsimus; et exiguum temporis impendisse philosophiæ, satis abunde-
11 que occupatis fuit. Illud præcipue impedit, quod cito nobis placemus. Si invenimus, qui nos bonos viros dicat,

1. *Alligant*, manet in illa militari imagine: *capti alligantur, tenentur*. Vide ad Epist. XXIV, 16. *Ruhk.*

2. *Teneat* illigatos.

3. *Quemadmodum... discit?* Quomodo aliquis arma sibi comparare potest satis valida, quibus ad debellanda vitia feliciter uti possit, qui sapientiæ studium inter subseciva habet, discens tantummodo, quibus nunc careat vitiis; de cæteris, quæ impetum in eum facere possint, et de remediis contra ea acquirendis, parum sollicitus. *Ruhk.*—Nobis autem videtur Ruhk. parum intellexisse hunc locum; *quantum a vitiis vacat* non significat *quibus nunc careat vitiis;* nam oporteret vocem *vacat* subjunctivo modo positam fuisse: significat vero, ut e sequenti phrasi patet, nos illud tantum tempus philosophiæ impendere quo a vitiis vacamus, id est quo non indulgemus luxuriæ, ambitioni, nedum contra omnem eorum impetum parati simus.

4. *Nemo.... descendit.* Simile est

Digitized by Google

qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus[1]. Nec sumus modica laudatione contenti: quidquid in nos adulatio sine pudore congessit, tanquam debitum prendimus; optimos nos esse, sapientissimos, affirmantibus assentimur, quum sciamus illos multa mentiri[2]; adeoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id, cui contraria quum- 12
maxime facimus[3]. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis liberalissimum, in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus. [4]Alexander quum jam in India vagaretur, et gentes, ne finitimis quidem satis notas, bello vastaret, in obsidione cujusdam urbis, dum circumit muros et imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus, diu persedere et incœpta

illud Persii Sat. IV, 23. « Ut nemo in sese tentat descendere, nemo! » *R.*

1. *Agnoscimus* bene edd. ab Erasmo. *Ignoscimus R. A. c. Schw.*

2. *Multa mentiri.* Sic recte ed. *A.* et ms. *c. Sæpe multa ment.* ed. *R. Sæpe mentiri* vulgo edd. a Mur. *S.* — Dilutum est, et velim, *illos spei mentiri:* quod esset, quum sciamus, hæc dari spei, qua a nobis aliquid captant. *Lipsius.—Lagrange* vertit hanc sententiam : *Nous ne contredisons point ces louanges, quoique nous sachions qu'elles sont fausses.* Prorsus autem diversus esse videtur auctoris sensus : namque, quum supra dixerit : *cito nobis placemus* (quod ut probet, asserit, quascumque laudes nobis quisquam largiatur, nos eas agnoscere, id est, veras arbitrari, nec suspicari has esse adulationes): nunc miratur sic nos decipi ab hominibus quos in cæteris mendaces optime noscimus : sed illa propensio qua inducimur ut cito nobis ipsi placeamus, prohibet ne attendamus eos et in istis adulationibus mendaces esse. Quæ interpretatio satis confirmatur sequentibus : *nos optimos esse credimus*, § 12.

3. *Adeoque... facimus.* Quia falsæ illæ laudes nutantem conscientiam confirmant, earumque auctoritate nitimur, ut nobis ea quæ nos remordent condonemus.

4. *Alexander.* A multis auctoribus hæc traduntur, quos collegit Freinshem. ad Curt. VIII, 10. « Urbem Mazagæ tenebant. Pedes ibat quum vulneraretur in sura : teli spiculo evulso admoveri equum jussit, quo vectus ne obligato quidem vulnere haud segnius destinata exsequebatur; ideoque *diu persedit in equo*, dum cunctis perspectis mandatisque in castra se reciperet. » Freinshemius recte ibi judicat, Senecam et Q. Curtium rem expressisse, verbis neglectis. Noster vero brevioribus verbis factum contraxit. *Ruhk.*

Digitized by Google

13 agere perseveravit[1]. Deinde quum, represso sanguine, sicci vulneris dolor cresceret, et crus suspensum equo paulatim obtorpuisset, coactus absistere[2] : « Omnes, inquit, jurant esse me Jovis filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. » Idem nos faciamus; quum pro sua quemque portione adulatio infatuat, dicamus : Vos quidem me dicitis prudentem esse; ego autem video, quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem; ne hoc quidem intelligo, quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus; quantum capiam, adhuc nescio.

14 Jam docebo, quemadmodum intelligas te non esse sapientem. Sapiens ille[3] plenus est gaudio, hilaris, et placidus, inconcussus; cum Diis ex pari vivit. Nunc ipse te consule. Si nunquam mœstus es, nulla spes animum tuum futuri exspectatione sollicitat, si per dies noctesque par et æqualis animi tenor erecti et placentis sibi est;

15 pervenisti ad humani boni summam. Sed si appetis voluptates, et undique, et omnes; scito, tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio, deesse. Ad hoc cupis pervenire; sed erras, qui inter divitias illuc te venturum esse speras, inter honores[4] gaudium, inter sollicitudines

1. *Diu persedere et incœpta agere perseveravit.* Sic Modius Muretusque suasu codd. Editio quoque vetus haud multum abit, nam habet : *sagitta diu ictus persedere* etc. Erasmus: *diu perstitit in re.* Lipsius em. *pergere.* Codex Col. *perstitit ire.* Sed vulgatum bonum est. *Persedit* enim in equo. Cf. not. superiorem. *Ruhk.*

2. *Absistere* ab equo. Exclamationem illam, in qua Alexandrum vulneratum allusisse putant ad Hom. Il. V, 340, Curtius l. l. sic extulit : *Se quidem Jovis filium dici, sed corporis ægri vitia sentire. Ruhk.*

3. *Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris.* Sic ed. *R.* cum mss. Grut. et aliis. *Schw.* — Ruhk. edidit : *Sapiens ille est qui plenus gaudio, hilaris.* — *Sapiens ille est.* Sæpe de hoc paradoxo stoico monuimus, adducto Lipsio in Manuduct. III, 14. *R.*

4. *Inter honores gaudium, inter sollicitudines quæris.* In *R. A.* c. sic scribitur, *inter honores idem gaudium, inter sollic.* etc. Vulgo, inde

Digitized by Google

quæris. Ista, quæ sic petis, tanquam datura[1] lætitiam ac voluptatem, causæ dolorum sunt. Omnes[2], inquam, illi tendunt ad gaudium : sed, unde stabile magnumque consequantur, ignorant. Ille ex conviviis et luxuria ; ille 16
ex ambitione, et circumfusa clientium turba ; ille ex amica ; alius ex studiorum liberalium vana ostentatione, et nihil sanantibus litteris[3]. Omnes istos oblectamenta fallacia et brevia decipiunt ; sicut ebrietas, quæ unius horæ hilarem insaniam longi temporis tædio pensat ; sicut plausus et acclamationis secundæ favor, qui magna sollicitudine et partus est, et expiandus[4]. Hoc ergo cogita, 17
hunc esse sapientiæ effectum, gaudii æqualitatem. Talis est Sapientis animus, qualis mundus[5] super lunam ; semper illic serenum est. Habes ergo, quare velis sapiens esse ; quia nunquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere,

a Mur. edebatur *Inter honores gaudium, id est, inter sollic. quæris?* Mihi perinde et vox *idem*, et duæ illæ *id est*, ex scholio aut ex conject. invectæ videbantur. Quæ ad h. l. Gruterus annotavit, confusa sunt, nec satis mihi percepta. *Schw.* — Attamen non confiteri non possumus vulgatam illam a Mureto lectionem, præsertim cum post *speras* punctum ponitur, sicut fit in plerisque edd., longe convenientiorem latinæ constructioni videri : nam prorsus difficile est in hac a Schw. edita lectione constructionem verborum explanare, quanquam sensus liquide patet.

1. *Tanquam datura... voluptatem.* Non ut Stoicus loquitur hic, sed verbis publicis utitur. *Ruhk.*

2. *Omnes... tendunt ad gaudium :* comparare possis cum εὐδαιμονίᾳ ; felicitate recte intellecta, de qua nostris temporibus et veteris philosophiæ assectatores et ii, qui e Criticæ spatiis profecti sunt, tantopere inter se digladiantur. *Ruhk.*

3. *Et nihil sanantibus litteris.* Dum quæstiones de rebus mythologicis et similibus facerent deque iis disputarent. Exemplo sit Calvisius Ep. XXVII. Conf. de Brevit. vit. c. 13. *Ruhk.*

4. *Expiandus.* De recitationibus, quibus ille plausus paritur, sermo est. Cf. Ep. LII, 13. Sequitur autem istum tam male partum favorem invidia et justa reprehensio : quibus perpetiendis ille plausus pensatur. *R.*

5. *Qualis mundus R. A. c.* cum Pal. 1, 2, 3, non *qualis mundi status*, quod ex scholio natum videtur. *Schw.* — Cf. III de Ira 6, 1, not. Addas Ocellum Lucanum (Opusc. mythol. phys. et ethic. p. 516), ἰσθμὸς (separatio) γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέ-

Digitized by Google

nisi fortis, nisi justus, nisi temperans. — Quid ergo? inquis; stulti ac mali non gaudent?—Non magis, quam
18 prædam nacti leones. Quum fatigaverunt se vino et libidinibus; quum illos nox inter vina defecit[1], quum voluptates, angusto corpori ultra quam capiebat ingestæ, suppurare[2] cœperunt; tunc exclamant miseri Virgilianum[3] [illum versum[4]]:

> Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
> Egerimus, nosti.

Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, et quidem tanquam supremam, agunt. Illud gaudium, quod Deos Deorumque æmulos sequitur, non interrumpitur, non desinit: desineret, si sumptum esset aliunde: quia non est alieni muneris, ne arbitrii quidem alieni est[5]. Quod non dedit fortuna, non eripit. Vale.

σεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος· τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης νείκους καὶ φύσεως. Partes itaque universi, quæ supra et in luna sunt, divinam ad naturam spectant: infra lunam est regio pugnæ et generationis. *Ruhk.* — Sic et poeta de sapiente: «Perpetuum nulla temeratur nube serenum.»

1. *Quum illos nox inter vina defecit.* Int. quum, nocte absumpta in potando, ad lucem pervenerunt.

2. *Suppurare* bene edd. ab Erasmo, nescio ex conject. an e vetere libro. Conf. de Brev. Vit. c. 11. *Superare R. A. c.* cum aliis. *Supputare* Pal. sec. *Schw.*

3. *Virgilianum illum. Æn.* lib. VI, vss. 513, 514. *Ruhk.*

4. *Illum versum* vulgo ex ed. *R. Versum illum* ed. *A. Versiculum* (absque *illum*) ms. *c.* Mihi utraque vox suspecta. *Schw.*

5. *Est* adjecî ex ed. Erasm. et suasu editionis veteris atque Mureti. *R.*

Digitized by Google

EPISTOLA LX.

CONTEMNENDA ESSE QUÆ VULGUS CUPIT.

Vota vulgi spernenda. Naturam audiendam esse. Acerba expostulatio cum luxu, at ea egregia, multaque complectens, etsi pressior sit oratio, quæ plura significat, quam loquitur. Cf. Epist. XXXI. Hanc et sequentem utramque pro laciniis aut fragmentis habuit Muretus. Sed recte monuit Lipsius, esse cogitationes et μελετήματα Senecæ, quæ voluit Epistolarum titulo venire in lucem.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Queror, litigo, irascor. Etiam nunc [1] optas quod tibi optavit nutrix tua, aut pædagogus, aut mater? Nondum intelligis, quantum mali optaverint? O quam inimica nobis sunt vota nostrorum! eo quidem inimiciora, quo cessere felicius. Jam non admiror, si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter exsecrationes parentum crevimus. Exaudiant quoque [2] Dii nostram pro nobis vocem gratuitam [3]. Quousque poscemus aliquid Deos, quasi nondum [4] ipsi alere nos possimus? Quamdiu [5] sationi- 2

1. *Etiam nunc.... mater?* Eadem occurrunt Ep. XXX, 2, 4, quæ conferri merentur. Externa, fortuita et aliena semper fere optant nobis parentes et amici, rarissime sapientiam, ideoque magis illa in loco exsecrationum, quam votorum habenda sunt. *Ruhk.*

2. *Exaudiant quoque dii nostram pro nobis vocem gratuitam.* Sic Erasmus, ed. vetus et omnes mss. Grut. Perperam itaque Muretus et al. *Ex. dii quandoque nostram vocem g.* Lipsius aliique: *E. quoque d. n. pro votis v. g. Ruhk.*

3. *Gratuitam.* I. e. quæ mercedem non trahat, externa non poscat. *R.*

4. *Quasi nondum* edd. a Mur. cum ms. Col. *Quasi ita nondum R. A. c.* cum Par. *a. b. d.* (nam h. l. let in seqq. Epistolis rursus *Parisienses* illi *libri* nobis succurrunt) et quatuor codd. Grut. Ubi quænam vis illi particulæ *ita* insit, aut quid sub ea lateat, videant doctiores. *Schw.*

5. *Quamdiu... campos?* Latifun-

Digitized by Google

bus implebimus magnarum urbium campos? quamdiu nobis populus[1] metet? quamdiu unius mensæ strumentum[2] multa navigia, et quidem non ex uno mari, subvehent? Taurus paucissimorum jugerum pascuo[3] impletur; una silva elephantis pluribus sufficit: homo et terra pascitur, et mari. Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura alvum dedit, quum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus? Minime! Quantulum est enim quod naturæ datur? parvo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaque, ut ait Sallustius[4], *ventri obedientes*, animalium loco numeremus, non hominum: quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Vivit[5] is qui multis usui est. Vivit is, qui se utitur: qui vero latitant et torpent,

dia, quæ ex agris magnarum urbium sæpe exorta erant, notat. Nam potentiores, patriciique inde a Reip. Romanæ primordiis agros ab hoste captos (agrum autem publicum vocabant), egenis distribuendos primo conduxerunt; deinde, possessione diuturna accedente, suarum divitiarum partes fecerunt; eorum adeo acquirendorum causa bella a Romanis suscepta atque continuata sunt. Hinc illa latifundia maximam partem derivanda sunt, quæ recte in causis quibus Resp. Rom. ad interitum rueret, præcipuo loco ponuntur. *Ruhk.*

1. *Populus* tota natio aut provincia messem nobis solis faciet. *Lipsius.*

2. *Unius mensæ strumentum.* Vulgatum olim *frumentum* « haud dubie non tentandum » judicavit Ruhk. Ego vero (quamvis in id consentiant *R. A. c.* cum aliis) ne ullo quidem pacto ferendum autumo. Grutero assentior, verum esse istud, quod in suis membranis Modius et in uno item suorum codicum Opsopœus repererat. *Schw.* — Modius tamen quum in cod. invenisset *mensæ strumentum* inde faciendum putavit *m. instrumentum*, apparatum conviviorum intelligens, qui fere peregrinis deliciis instruebatur. Nos *frumentum* prætulerimus quod cum præcedentibus *sationibus.... metet* optime quadrat. Quis præterea nescit *frumentum* Romam e Sicilia, aut Africa, mari advectum esse? Adde quod strumentum rarissimum est, si usquam reperitur. — Lipsius explicat *frumentum*. « Legiones illæ servorum, ut Plinius appellat, multum frumentum requirebant, et adde quotidianam hospitalem mensam. » Epist. LXXXIX, 17.

3. *Pascuo.* Recte *pascuo*, non *pascuis*, ed. *R.* cum ms. *c.* et Par. *a. b. d. Agro* ed. *A. Schw.*

4. *Sallustius*; in Catilin. init.

5. *Vivit is qui multis usui est.* Ea

Digitized by Google

sic in domo sunt, quomodo [1] in conditivo [2]. Horum licet in limine ipso nomen marmori [3] inscribas; mortem suam antecesserunt. Vale.

sententia, quæ a vulgatis edd. abest, ut varia lectio annotata est in ora ed. Erasmi: at simul cum altera adest eamque antecedit in ed. *R.* et in duobus codd. Ops. quibus accedit Gruteri Palatinus tertius, recentior ille quidem aliis, sed in quo et alia passim multa bonæ frugis servata sunt. In codd. Par. sententia ista non est annotata. *Schw.* — *Vivit is.... utitur:* cf. Epist. LV, 4 sqq. *Ruhk.*

1. *Quomodo* recte *R. A. c.* cum omnibus Ops. et Grut. codicibus. Et sic solet illo vocabulo uti Seneca. Temere *quasi* ed. Mur. *tanquam* ed. Lips. et seqq. *Schw.*

2. *Conditivo*, sepulchro, ubi condimur, quod *conditorium* Suetonio, utrique Plinio. *Lipsius.*

3. *Nomen marmori*, ritu sepulchrorum, *Talis hic situs est. L.* — Sic supra de Vatia dixit Ep. LV, 5. *R.*

EPISTOLA LXI.

SE PARATUM ESSE MORTI.

Exponit id agendum esse, ut veteribus vitiis finem imponamus, et libentissime id faciamus, quod nobis incumbit. Ita efficiemus, ut ad mortem quotidie præparati bene vivamus, et bene, id est libenter, moriamur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Desinamus, quod voluimus, velle. Ego certe id ago senex, ne eadem velle videar [1] quæ puer volui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes; hoc opus meum est, hæc cogitatio, imponere veteribus malis [2] finem. Id ago, ut mihi instar [3] totius vitæ sit dies. Nec mehercules [4] tan-

1. *Ne ead. vell. vid., quæ puer volui.* Sic Rom. ed. Muretus et codd. aliquot. Recte, sensu postulante. Alii autem, uti Erasmus, editio vetus et codd. aliquot omittunt *vè ne videar.* Sequentia tamen errorem hunc facile evincunt. *Ruhk.*

2. *Veteribus malis*, vitiis, quibus inde a pueritia assuevi. *Ruhk.*

3. *Ut mihi instar totius vitæ sit dies*, i. e. ut ex uno die vita mea tota judicari possit: instar enim est imago. *Ruhk.*

4. *Nec mehercules.... rapio*, nec puto, hunc diem fore ultimum, ideoque eum, ut ultimum, omni relicta opera, optime transigo. Sic Epist. XXXVIII, 2, idonea mens rapiat illa

Digitized by Google

quam ultimum rapio; sed sic illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit. Hoc animo tibi hanc epistolam scribo, tanquam quummaxime scribentem mors evocatura
2 sit. Paratus exire sum, et ideo fruor[1] vita; quia, quamdiu futurum hoc sit, minimi pendo[2]. Ante senectutem curavi, ut bene viverem; in senectute, ut bene moriar: bene autem mori est libenter mori. Da operam, ne quid unquam invitus facias! Quidquid futurum est, necesse futurum est repugnanti: in volentem necessitas non est[3]. Ita dico: qui imperia libens excipit, partem
3 acerbissimam servitutis effugit, facere quod nolit. Non, qui jussus aliquid facit, miser est; sed qui invitus facit. Itaque sic animum componamus; ut, quidquid res exiget, id velimus: et in primis finem nostri sine tristitia cogitemus. Ante ad mortem, quam ad vitam, præparandi sumus. Satis instructa vita est; sed nos instru-

(præcepta) et in se trahat. Lipsius aliter: nec more vulgi voluptatibus me perfundo: sed, quod addit, crastinum mihi non spondeo. Sophocles Trachin. 944 sq, ea mente: « .... ἆρ' ἴσ τις δύο Εἰ καὶ πλείους τὰς ἡμέρας λογίζεται, Ματαιός ἐστιν· οὐ γὰρ ἔσθ' ἡ γ' αὔριον, Πρὶν ἂν πάθῃ τὴν παροῦσαν ἡμέραν. *Ruhk.*

1. *Fruor* vulgo, inde ab ed. Tarvis. et sic quoque ed. *A. Fruar* ed. *R.* et mss. *c.* Par. *a. b. d. Schw.*

2. *Minimi pendo. Non nimis pendeo* edd. a Lips. cum mss. Pal. 2, 3, et Par. *b.* Sed *pendo*, et *non minus*, cum ed. Er. habet ed. *A.* et ms. *c.* Par. *d.* et al. *Nemini pando* ms. Col. et Par. *a. Nemini panditur* ed. *R.* Quibus inter se collatis, Pinciani conjecturam *minimi pendo* probavi, ita tamen ut non spernam vulgatum. *Schw.*

3. *Quidquid futurum est, necesse futurum est repugnanti: in volentem necessitas non est.* Sic commodissime omnium, ac verissime, ut mihi videbatur, ms. Col. cum quo consentit ed. *R.* nisi quod posteriori loco verbum *futurum* omittit. Ex illaque scriptura facile intelligitur aberrationum ratio, in quas alii scribæ inciderunt. Lipsiensis editor secutus est Gronovii emendationem, qui posterius hemistichium recte curavit, prius vero minus feliciter, ita scribens: *Quicquid necesse est, futurum est repugnanti. Schw.* — Quam ultimam lect. protulit Ruhk. cum Gronovio: antea, inquit Gron., *q. n. e. f. e. Repugnanti, non volenti necessitas est: in volente necessitas non est.* Omnes mss. arguunt hæc νοθεία: ostendunt autem, nec nimis sagaci, scribendum esse: *quidquid n. e.* etc.

Digitized by Google

mentorum ejus[1] avidi sumus : deesse nobis aliquid videtur, et semper videbitur. Ut satis vixerimus, nec anni, nec dies facient, sed animus. Vixi[2], Lucili carissime, quantum satis erat : mortem plenus[3] exspecto. Vale.

Quomodo et Gruterus, nisi quod maluimus ex duobus *in volentem* : est enim necessitas velut agens τίς τινα, quod sic melius exprimitur. Et sic edd. ante Erobenianam. *Gronov.*

1. *Instrumentorum ejus* commode edd. inde ab Erasmo. Perperam *instrumento ejus* editt. *R* et *A*. cum mastis quotquot novimus. Lips. em. *instruendæ ejus*. Scil. ex verissimo Stoicorum præcepto vita sapientis inest in recto usu rerum : res, quibus utimur, sunt *instrumenta vitæ*. Confer. Epist. XLIV, XLV, fin. Eas res quam splendidissimas esse cupit stultus, et his unice inhiat; quia ex rebus ipsis, non ex earum usu bonum hominis æstimat. Sapienti, qualiscumque sit rerum suarum status, *satis instructa vita est* hoc ipso, quod non in rebus, sed in recto rerum usu, qualescumque illæ sint, verum hominis bonum inesse persuasum habet. *Schw.*

2. *Vixi.... quantum satis erat.* Huc spectat illud egregium Didonis effatum apud Virgil. Æn. IV, 653. « Vixi, et quem dederat cursum fortuna peregi », etc. Cf. Epist. XII, 8 sq. *Ruhk.*

3. *Plenus*, satiatus, sc. proposito expleto. *Ruhk.*

EPISTOLA LXII[1].

DE TEMPORIS USU.

Eos reprehendit, qui, ut in urbe magna, utique in Metropoli multis occasionibus tempus perdendi abundante, fieri solet, turba negotiorum suorum impediri sese queruntur, quominus litterarum liberalium studiis se dare possint. Semper enim restare tempus monet, quo ad emendationem sui quisque uti possit. Quemque semper suum esse jubet, et cum optimis, vivant mortui sint, morandum. Sic Demetrium laudat, quo et exemplo, et præceptore se uti fatetur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MENTIUNTUR, qui sibi obstare ad studia[2] liberalia turbam negotiorum videri volunt; simulant occupatio-

1. EP. LXII. Brevicula et hæc est, ut priores; nec tamen cum Mureto habeo pro laciniis aut fragmentis. Sunt cogitationes et μελετήματα Senecæ, quæ voluit Epistolarum titulo venire in lucem. *Lips.*

2. *Studia liberalia.* Inprimis philosophiam intelligit. *Ruhk.*

Digitized by Google

nes, et augent, et ipsi se occupant. Vaco, mi Lucili, vaco; et, ubicumque sum, ibi meus sum. Rebus enim non me trado, sed commodo [1]: nec consector perdendi temporis causas. Et, quocumque constiti loco [2], ibi cogitationes meas tracto, et aliquid in animo salutare
2 verso. Quum me amicis dedi, non tamen mihi abduco; nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregavit, aut causa ex officio nata civili [3], sed cum optimo quoque sum: ad illos, in quocumque loco, in quocumque sæculo fuerint, animum meum mitto. Demetrium [4], virorum optimum, mecum circumfero [5]; et, relictis conchyliatis [6], cum illo seminudo [7] loquor, illum admiror. Quidni admirer? vidi nihil ei deesse. Contemnere omnia aliquis potest; omnia habere nemo potest. Brevissima ad divitias, per contemptum divitiarum, via est. Demetrius autem noster sic vivit, non tanquam contempserit omnia, sed tanquam aliis habenda [8] permiserit. Vale.

1. *Rebus... commodo:* usum mei, non mancipium do. *Lips.*

2. *Et quocumque constiti loco.* Sic omnes codd. et edd. At Lipsius τὸ *et* ostendit, in cujus locum substituere mallet Gruterus: *sed. Ruhk.* — Confer. Epist. LVIII not.

3. *Officio nata civili.* Sic editio vetus, quinque codd. Grut. et cod. ms. Moniucii, e quo P. Faber ad L. 2. Pandect. de regula juris vocem: *civili*, qua Erasmus, Muretus al. carent, addidit. *Ruhk.* — Quod inter cives, de more, usurpatur, ut ire ad Nuptias, ad Togam virilem, ad Funera, ad salutationes. *Lips.*

4. *Demetrium.* Cf. de hoc philosopho Cynico egregio de Provident. c. III, 3 not. *Ruhk.*

5. *Demetr... mecum circumfero*, ejus dicta sententiasque recordor. *Ruhk.*

6. *Conchyliatis*, i. purpuratis ideoque nobilioribus: reliquis enim conchyliatarum vestium usum inde a Julio Cæsare ademptum esse legimus ap. Sueton. Jul. 43. Conchylium, κογχύλιον, autem vocatum esse muricem et buccinum, unde purpuræ color accipiebatur, notum est. *Ruhk.*

7. *Seminudo*, simpliciter pauperculo. Uptonus tamen ad morem Cynicorum humerum nudum et exsertum ostendendi retulit. Diogenes certe inde ἐξωμίας dictus est ap. Lucian. in Vitar. auct. c. 7. T. III, p. 87 not. Upton. ad Epict. Diss. Arr. III, 22, 5, p. 737 Schweigh. *Ruhk.*

8. *Habenda permiserit.* Ipse rex, et eorum dominus: sed usum aliis indulget. *Lips.*

Digitized by Google

EPISTOLA LXIII.

NON IMMODICE DEFLENDOS ESSE AMICOS.

Amici Flacci mortem quum moleste se pati scripserat Lucilius, consolationem hanc tulit a Nostro, quæ nullam fere rationem qua consolari soleamus, omittit. Noli nimius esse in luctu de amici morte, nec in doloris ambitionem incidas. Ideo tamen non opus est, ut amici obliviscaris. Id agas, ut jucunde amissi amici recorderis, et amicis qui tibi adhuc restant, eo melius fruaris. Alioquin qui rationi obtemperare nolebas, tempori cedere cogeris: qua quidem consolatione nihil homini prudenti ignominiosius est, si quando præ lassitudine mœrendi desinamus mœrere. Magis decet te, dolorem relinquere, quam ab illo relinqui. Itaque dolorem tuum muta, aut mitiga cogitatione blanda ejus, quem abstulit fortuna, quæ dederat. Qua moveamur oportet, ut in locum amissi amici alium substituamus. Ad hæc is præmissus est in eum locum, in quem et nos perveniemus. Cf. Consolationes tres ad Helviam etc. et Epist. XCIX.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MOLESTE[1] fers decessisse Flaccum[2], amicum tuum; plus tamen æquo dolere te nolo. Illud, ut non doleas, vix audebo[3] exigere; et esse melius scio[4]. Sed cui ista firmitas animi continget, nisi jam multum supra fortunam elato[5]? Illum quoque ista res vellicabit: sed tantum vellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lacrimas, si non nimiæ decurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant:

1. *Moleste.* Sic, non *graviter*, ut vulgo, dedere *R. A. c.* tum Arg. *b.* Par. *a. b. d.* Pal. 2, 3, et Col. denique Opsopœi libri quatuor. *S.*

2. *Flaccum.* Quis ille fuerit, ignoramus. *Ruhk.*

3. *Audebo* et mox *et esse melius.* Erasm., ed. vetus et Grut. codd. Antea: *audeo* et *etsi esse melius.* Præstat fortasse: *at esse m. s. Ruhk.*

4. *Et esse melius scio.* Et tamen non dolere scio melius esse et dignius viro.

5. *Nisi.... elato?* i. sapienti Stoico.

Digitized by Google

2 lacrimandum est, non plorandum. Duram tibi legem videor ponere? quum Poetarum Græcorum maximus[1] jus flendi dederit in unum duntaxat diem; quum dixerit, « etiam Nioben[2] de cibo cogitasse. » Quæris, unde sint lamentationes, unde immodici fletus? Per lacrimas argumenta desiderii quærimus; et dolorem non sequimur, sed ostendimus. Nemo tristis sibi est[3]. O infelicem
3 stultitiam! est aliqua et doloris ambitio. — Quid ergo? inquis; obliviscar amici? — Brevem illi apud te memoriam promittis, si cum dolore mansura est. Jam istam frontem ad risum quælibet fortuita res transferet: non differo in longius tempus, quo desiderium omne mulcetur, quo etiam acerrimi luctus residunt[4]. Quum primum te observare desieris, imago ista tristitiæ discedet: nunc ipse custodis dolorem tuum[5]; sed custodienti quoque ela-
4 bitur, eoque citius, quo est acrior, desinit. Id agamus, ut jucunda fiat nobis amissorum recordatio: nemo libenter ad id redit, quod non sine tormento cogitaturus est. Si tamen istud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis morsu[6] amissorum, quos amavimus, nomen occurrat; hic quoque morsus habet suam voluptatem. Nam, ut di-

1. *Poetarum Græcorum maximus.* Allusisse videtur ad Hom. Il. τ, 228 sq. ubi Ulysses Achillem a nimio luctu propter amicum Patroclum absterret: Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

2. *Nioben* vid. Il. ω, 602, ubi Achilles Priamum lugentem consolatur. *R.*

3. *Nemo tristis sibi est*, sed ut aliis luctum suum ostendat. Tale quid Martialis Epigram. I, 34, de Gellia: « Amissum non flet, quum sola est Gellia, patrem. Si quis adest, jussæ prosiliunt lacrimæ. Non dolet hic quisquis laudari, Gellia, quærit. Ille dolet vere, qui sine teste dolet. » Cf. Ep. XCIX, 15. « Plus ostentatio doloris exigit quam dolor: quotusquisque sibi tristis est? » etc. *Ruhk.*

4. *Residunt.* Vetus editio et plurimi codd. Gruteri nostram lectionem tuentur. Erasmus: *recidunt*. *Ruhk.*

5. *Nunc ipse custodis dolorem tuum.* Idem in Consol. ad Marc. c. VIII, 2, « Quoties aliud egeris, animus relaxabitur: nunc te ipsa custodis. » *Lipsius.*

6. *Morsu*, i. ingrato sensu. Noster distinguit a dolore Ep. XCIX, 13.

Digitized by Google

cere solebat Attalus[1] noster : « Sic amicorum defunctorum memoria jucunda est, quomodo poma quædam sunt suaviter aspera, quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo[2] delectat : quum vero intervenit spatium, omne, quod angebat, exstinguitur, et pura ad nos voluptas venit. » Si illi credimus : « Amicos incolumes cogitare, melle ac placenta frui est; eorum, qui fuerunt, retractatio, non sine acerbitate quadam juvat. Quis autem negaverit, hæc acria quoque, et habentia austeritatis aliquid, stomachum excitare ? » Ego non idem sentio ; mihi amicorum defunctorum[3] cogitatio dulcis ac blanda est. Habui enim illos, tanquam amissurus; amisi, tanquam habeam[4]. 5 6

Fac ergo, mi Lucili, quod æquitatem[5] tuam decet; desine beneficium fortunæ[6] male interpretari ! Abstulit, sed dedit[7]. Ideo amicis avide fruamur, quia, quamdiu contingere hoc possit, incertum est. Cogitemus[8], quam 7

Non est dolor ipse, sed morsus : tu illum dolorem facis. *Ruhk.*

1. *Attalus noster.* Sæpe hunc nominat, laudatque, et audisse eum alibi fatetur. Sed et hoc tribuit; quod Etruscorum doctrinam Græca subtilitate miscuerit. Quæst. Nat. II, cap. 50. Quid Seneca pater ? magis virum notifica : « Attalus, inquit, stoicus, qui solum vertit a Sejano circumscriptus, magnæ vir eloquentiæ, ex philosophis, quos nostra ætas vidit, longe et subtilissimus et facundissimus. » Suasoria II. *Lips.*—Conf. Ep. IX, § 5 ; Fabricii Bibl. Gr. Vol. III, p. 544, Harl.

2. *Amaritudo.* Catullus, Epig. 25 : « Ingere mi calices amariores. » Et est primo in vino veterascente δριμύτης quædam, ut Galenus appellat, id est acritudo : denique postremo πικρότης, amaritudo. Cf. Athæn. l. c. 23.

3. *Amicorum defunctorum.* Posterius vocab. quum in ed. Bipont. temere prætermissum esset, desideratur etiam in ed. Ruhk. et Matth. *S.*

4. *Amisi, tanquam habeam.* Præmissi enim sunt in eum locum, in quem et me ipsum perventurum spero.

5. *Æquitatem* animi qua tibi semper constas. *Ruhk.*

6. *Fortunæ.* Sic Pinciani codd. et Gruteri editioque vetus : quam et sequentia fin. § 8, *si non habemus... a fortuna accepimus*, firmant. Erasmus et Muretus : *naturæ.—Beneficium fortunæ.* Nam et amici inter res externas sunt, etsi non amicitia. Fortuna in illos jus habet. *Lips.*

7. *Abstulit, sed dedit*, tuus enim adhuc est, quanquam abest. *Ruhk.*

8. *Cogitemus* et c. Cf. Ep. LV, § 9 sq.

Digitized by Google

sæpe illos reliquerimus in aliquam peregrinationem longinquam exituri; quam sæpe, eodem morantes loco, non viderimus: intelligemus, plus nos temporis in vivis perdidisse[1]. Feras autem hos, qui, quum negligentissime amicos habeant, miserrime lugent, nec amant quem-
8 quam, nisi quum perdiderunt[2]? Ideoque[3] tunc effusius mœrent, quia verentur ne dubium sit, an amaverint; sera indicia[4] affectus sui quærunt[5]. Si habemus alios amicos, male de his et meremur, et existimamus, quia parum valent in unius elati solatium: si non habemus, majorem ipsi nobis injuriam fecimus, quam a fortuna accepimus. Illa unum abstulit; nos quemcumque[6] non
9 fecimus. Deinde ne unum quidem nimis amavit[7], qui plus quam unum amare non potuit. Si quis despoliatus, amissa unica tunica[8], complorare se malit, quam circumspicere, quomodo frigus effugiat, et aliquid inveniat

1. *In vivis perdidisse.* Quam nunc perdere putamus in mortuis, quum ab iis separati sumus. *Ruhk.*

2. *Nisi quum perdiderunt.* Sic bene edd. cum ms. Arg. *b.* Ferri etiam poterat *nisi perdiderint*, quod habet ed. *A.* cum mss. *c.* Paris. et Grut. Sed perperam et invitis libris *nisi quum perdiderint* ed. Ruhk. *Schw.*

3. *Ideoque... quærunt.* Notat iterum doloris ambitionem, quem supra § 2, jam taxaverat. *Ruhk.*

4. *Sera indicia.* Ruhk. *sera judicia*: sic enim, inquit, omnes prope codd. et edd.; et supra erat § 2: *argumenta desiderii quærimus.* Hoc loco tamen potior videtur lectio *indicia*, et sensui convenientior; nempe ii qui vivos amicos neglexerunt, illisque prope nullum affectus indicium dederunt, sera eisdem, statim ut defuncti sunt, amoris dant indicia. Adde in mss. adeo similem esse duarum vocum scripturam, ut facillime alterum pro altero legatur, ideoque alterum alterius locum occupet.

5. *Affectus.... quærunt.* Nonnulli codd. auctius: *affectus sui relinquunt et quærunt.* Lipsius putat vacare alterum verbi, nisi rescribas *relinquere quærunt. Ruhk.*

6. *Quemcumque non fecimus* recte ed. *R.* cum mss. Arg. *b.* Par. *a. b. d.* Mod. Ops. et Grut. Perperam *quemquam* vulgo edd. inde ab Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* quod servavit Ruhk. *Schw.* — Sensus: nos ne unum quidem comparavimus amicum.

7. *Ne unum quidem nimis amavit.* Vocem *nimis*, inde a Mureto temere vulgo omissam, restitui ex edd. vett. et msstis. *Schw.* — Quia amicitia sociabilis virtus est, nec ut lascivus ille amor, in unum fertur. *Lipsius.*

8. *Si quis... unica tunica.* Sermo est de homine modicæ facultatis: di-

Digitized by Google

quo tegat scapulas; nonne tibi videatur stultissimus? Quem amabas, extulisti; quære quem ames! Satius est amicum reparare, quam flere. Scio pertritum[1] jam hoc esse, quod adjecturus sum; non ideo tamen prætermittam, quia ab omnibus dictum est. Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore invenit; turpissimum autem est in homine prudenti remedium mœroris, lassitudo mœrendi. Malo relinquas dolorem, quam ab illo relinquaris: et quam primum[2] id facere desiste, quod, etiamsi voles, diu facere non poteris. Annum[3] feminis ad lugendum constituere majores; non ut tam diu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, vix retractis a rogo[4], vix a cadavere revulsis, cui lacrimæ in totum mensem duraverint? Nulla res citius venit in odium, quam dolor: qui recens, consolatorem invenit, et aliquos ad se adducit; inveteratus vero deridetur. Nec immerito; aut enim simulatus, aut stultus est.

Hæc tibi scribo, is qui Annæum Serenum[5], carissimum mihi, tam immodice flevi, ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum, quos dolor vicit. Hodie tamen factum meum damno, et intelligo maximam mihi causam sic lugendi fuisse, quod nunquam cogitaveram, mori

tiores enim sub toga plures tunicas simul gesserunt. Tunicam sequebantur subucula et indusium, interius posita. Cf. Varro in fragm. p. 237, 238. Bip. Sueton. Aug. 82. Plerique tamen sola tunica induti erant, unde Horat. I Epp. 7, 65, tunicatus popellus. *Ruhk.*

1. *Scio pertritum.* Vox *quidem*, vulgo hic inserta, primum in ed. Gron. invitis libris temere invecta erat. Illam merito delevit Schweigh.

2. *Et quamprimum. Et*, ante *quamprimum*, primus Muretus, invitis libris omnibus, abjecerat. *Schw.*

3. *Annum.* Cf. Consolat. ad Helviam c. XVI, 1 not.

4. *Retractis a rogo*, quum vellent sese in flammas conjicere, quibus mariti corpus consumebatur.

5. *Annæum Serenum*, illum cui

Digitized by Google

eum antè me posse. Hoc unum mihi occurrebat, minorem esse, et multo minorem ; tanquam ordinem fata servarent ! Itaque assidue cogitemus, tam de nostra, quam
13 omnium, quos diligimus, mortalitate. Tunc ego dicere debui : Minor est Serenus meus : quid ad rem pertinet ? post me mori debet, sed ante me potest. Quia non feci, imparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito, omnia et mortalia esse, et incerta lege mortalia [1]. Hodie fieri potest, quidquid unquam potest. Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo perventuros, quo illum pervenisse mœremus. Et fortasse (si modo [2] sapientium vera fama est, recipitque nos locus aliquis) quem putamus perisse, præmissus est. Vale.

librum de Tranquillitate inscripserat. Vide Argument. illius libri, T. I. *R.*

1. *Et incerta lege mortalia.* Sic editio vetus, codd. Grut. Modiique et Muretus. Vulgatæ habent : *Mortalia esse et incerta : lege mortali hodie*, etc. insulso sensu. *Ruhk.* — Int. certam esse mortem, incertum vero tempus quo moriendum sit.

2. *Si modo... aliquis*, dubie et trepide super immortalitate, ut alias. Vide Lipsium Phys. III, 11 et 14. *R.*

EPISTOLA LXIV.

Q. SEXTII ET VETERUM SAPIENTIUM LAUDATIO.

Narrat amico, se amicos quosdam excepisse cœna, inque illis et Lucilium, quanquam absentem, fuisse. Lectum ibi esse Q. Sextii patris librum philosophicum, quem maximis laudibus effert, ideoque ipsam deinde sapientiam, cujus quidem et inventa, et inventores se venerari fatetur, sed ita ut et sibi copia restet ampliora faciendi, quæ acceperit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Fuisti heri nobiscum. Potes queri, si heri tantum ; ideo adjeci, nobiscum : mecum enim semper es. Intervenerant quidam amici, propter quos major fumus fie-

Digitized by Google

ret[1] : non hic, qui erumpere ex lautorum culinis et terrere vigiles solet; sed hic modicus, qui hospites venisse significet[2]. Varius nobis sermo fuit, ut in convivio, nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiliens. Lectus est deinde liber[3] Quinti Sextii patris; magni, si quid mihi credis, viri, et, licet[4] neget, Stoici. Quantus[5] in illo, Dii boni, vigor est, quantum animi! Hoc non in omnibus philosophis invenies. Quorumdam scripta clarum habent tantum nomen, cætera exsanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur : non faciunt animum, quia non habent. Quum legeris Sextium, dices : Vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. In quacumque positione mentis sim, quum hunc lego, fatebor tibi, libet omnes casus provocare, libet exclamare : Quid cessas, Fortuna? congredere! paratum vides. Illius animum

1. *Propter quos major fumus fieret.* Cœna exceperat amicos quosdam admodum modica, paulo quidem majore quam solebat, sed non ut *lauti* divites facere solent. Hoc loco usus est Jo. Beckmann in : *Beytræge zur Gesch. der Erfind. II*, 3, p. 404, ut demonstraret, antiquis hoc saltem ævo, fumaria quæ dicunt, nondum cognita fuisse. Cæterum Augustus adversus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. Sueton. Octav. c. 30 not. Is. Casaubon. Sparteoli vocabantur hi vigiles a militibus joci causa, quasi corbes gestantes, in quas e conviviis lautioribus munera colligerent. Tertullian. Apologet. c. 39, et Schol. ad Juvenal. Sat. XIV, 305. *Ruhk.*

2. *Significet* ed. *R.* cum melioribus quibusque msstis. Vulgo *significaret. Schw.*

3. *Lectus est deinde liber* more Romano. Anagnostas autem, lectores s. acroamata vocatos esse servos, quos recitandis libris utebantur, constat. *Ruhk.*

4. *Licet neget. Negent*, vulgatum est. *Neget* in nonnullis codd. ap. Grut. cui impensius placet : scilicet vult Seneca, ait Gruterus, a se amovisse Stoici nomen ipsum Sextium. Laudat Grut. Suspicion. XXVI, 5. *Ruhk.*—Ipse aut alii negabant Stoicum esse Sextium, et Pythagoricum inscribebant, sed sententiis decretisque Stoicus erat. Vide Manuduct. I. Dissert. VI. *Lips.* — Fortasse hæc ad id respiciunt, quod is ejusque filius novam sectam conderent. Senec. Quæst. Nat. VII, cap. ult. *Ruhk.*

5. *Quantus... vigor.* Sic msstl cum edd. vett. non *quantum.... vigoris*, *Schw.*

Digitized by Google

induo, qui quærit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat,

> Spumantemque dari pecora inter inertia votis
> Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem [1].

Libet aliquid habere quod vincam, cujus patientia exercear. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet tibi beatæ vitæ magnitudinem, et desperationem [2] ejus non faciet. Scies [3] esse illam in excelso, sed volenti penetrabilem. Hoc idem [4] Virtus tibi ipsa præstabit, ut illam admireris, et tamen speres. Mihi certe multum auferre temporis solet contemplatio ipsa Sapientiæ: non aliter illam intueor obstupefactus, quam ipsum interim mundum [5], quem sæpe tanquam spectator novus video.

Veneror itaque inventa Sapientiæ inventoresque: 6 adire [6], tanquam multorum hereditatem, juvat. Mihi ista acquisita, mihi ista laborata sunt. Sed agamus bonum patremfamilias; faciamus ampliora quæ accepimus: major ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis, multumque restabit; nec ulli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adhuc adjiciendi. Sed, etiamsi omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus, et inventorum ab aliis 7 scientia ac dispositio. Puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi: non opus est mihi alia quærere;

1. *Leonem.* Versus sunt Virgilii Æn. IV, 158, de Ascanii juvenili exsultatione et gloriæ cupidine. *R.*

2. *Desperationem*, ut fiduciam alere possimus eam consequendi. *Ruhk.*

3. *Scies....in excelso.* Refert Noster hic ad vitam beatam, quæ alias de virtute dicta sunt ab Hesiodo E. x. Hp. 265. Cf. II de Ira 13, 3, Jacobs Animadv. in Anal. Vol. I, P. I, p. 210 sq. *Ruhk.*

4. *Hoc idem* ed. *R.* cum msstis: non *hoc quidem. Schw.*

5. *Mundum*, i. e. cœlum. *Ruhk.*

6. *Adire... juvat.* Me juvat eorum opera adire, i. e. legere, et multorum ut ita dicam auctorum hereditatem colligere.

Digitized by Google

sed hæc tamen morbis[1] et temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum collevatur; hoc palpebrarum crassitudo tenuatur; hoc vis subita et humor avertitur; hoc acuetur visus. Teras ista oportet[2], et eligas tempus; adhibeas singulis modum. Animi remedia inventa sunt 8
ab antiquis: quo modo autem admoveantur, aut quando, nostri operis est quærere. Multum egerunt[3] qui ante nos fuerunt; sed non peregerunt: suspiciendi tamen sunt, et ritu Deorum colendi[4]. Quidni ego magnorum virorum et imagines habeam incitamenta animi, et natales celebrem? Quidni ego illos honoris causa semper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eamdem 9
illis præceptoribus generis humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem videro, aut prætorem, omnia, quibus honor haberi honori[5] solet, faciam? equo desiliam[6], caput adaperiam[7], semita cedam? Quid ergo?

1. *Sed hæc tamen morbis.* Particulam *sed* recte restituit Ruhk. ex veterum librorum præscripto: perperam vero idem reposuit *modis*, pro *morbis*, quod habebat ed. Erasm. et seqq. cum melioribus mss. Arg. *b.* Par. *b. d.* et aliis. Diversum est quod paulo post ait Noster, *adhibeas singulis modum. S.*—Audi nunc Ruhkopfium defendentem lectionem suam: Sic, inquit, ed. vetus, et Pincian. sic legendum esse ex vetere scriptura suadet: idque etiam, inquit, indicant auctoris verba paulo post: *Teras ista oportet... modum.* Cf. Celsus II, 16. Intemperantes homines apud nos sibi cibi *tempora*, *modum* curantibus dant. Rursus alii, *tempora* medicis pro dono remittunt, sibi ipsis modum vindicant. Gruteriani tamen vulgatam tenent, nisi quod *modis* ad marginem cod. Colon. exstabat. *R.*

2. *Teras ista oportet:* ista scilicet medicamenta: vertit *Lagrange: Il ne s'agit plus que de broyer les drogues.*

3. *Multum egerunt... peregerunt:* Eadem occurrunt in Ep. XLV, init. « Nam illi (magni viri), ait, quoque non inventa sed quærenda nobis reliquerunt, et invenissent forsitan necessaria, nisi et superflua quæsissent.» *Ruhk.*

4. *Ritu Deorum colendi.* Lucretius: « Nonne decebit Hos homines numero divum dignarier esse? »

5. *Quibus honor haberi honori.* Ruhk. omisit *honori*, in hoc sequens fere omnes codd. et edd.

6. *Equo desiliam.... cedam.* Sunt omnia nota vel e Livio. Egit tamen de ritu coram Consule desiliendi equo Lipsius Elect. I, 21. *Ruhk.*

7. *Caput adaperiam.* Sc. lacinia.

Digitized by Google

Marcum Catonem utrumque, et Lælium Sapientem, et Socratem cum Platone, et Zenonem Cleanthemque, in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego vero illos veneror, et tantis nominibus semper assurgo. Vale.

togæ, quam in caput sæpe rejiciebant contra ventum aut æstum, detracta in honorati alicujus occursu. Plutarch. Quæst. Rom. X, Vol. VIII, p. 316 Hutt. Cf. Lipsius in libello extremo de Amphitheatro. *Ruhk.*

EPISTOLA LXV.

OPINIONES PLATONIS, ARISTOTELIS ET STOICORUM DE CAUSA. HIS COGITATIONIBUS ANIMUM ATTOLLI AD SUBLIMIA.

Exponit amico disputationem philosophicam, quam cum amicis quibusdam habuit: physiologica tractaverant, de Causa et Materia, Luciliumque absentem elegerant arbitrum. Quibus enarratis, docet quatenus utilis sit talis disputatio: esse autem proficuam, si cum modo talia tractentur, et bono fine, i. e. vitæ regendæ. Attolli per hæc animum ad Deum et Honestum.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Hesternum diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa sibi vindicavit, postmeridiano mihi cessit. Itaque lectione primum tentavi animum; deinde, quum hanc recepisset[1], plus illi imperare ausus sum, imo permittere. Aliquid scripsi, et quidem intentius quam soleo, dum cum materia difficili contendi, et vinci nolo: donec intervenerunt amici, qui mihi vim afferrent, et tanquam ægrum intemperantem[2] coercerent. In

1. *Quum hanc recepisset.* Ipt. quum non vetuisset dolor, ne lectioni animus attenderet.

2. *Ægrum intemperantem.* Qui non satis parcit suæ debili valetudini, et supra, quam vires ferre pos-

Digitized by Google

locum stili sermo successit: ex quo eam partem ad te perferam, quæ in lite est. Te arbitrum [1] addiximus: plus negotii habes, quam existimas. Triplex causa [2] est.

Dicunt, ut scis, Stoici nostri, « duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, Causam et Materiam. » Materia [3] jacet iners, res ad omnia parata; cessatura, si nemo moveat. Causa autem, id est, ratio [4], materiam 3
format, et, quocumque vult, versat; ex illa varia opera producit. Esse ergo debet, *unde* aliquid fiat, deinde *a quo* fiat: hoc *causa* est, illud *materia*. Omnis ars naturæ imitatio est; itaque, quod de universo dicebam, ad hæc transfer, quæ ab homine facienda sunt. Statua et materiam habuit, quæ pateretur artificem [5]; et artificem, qui materiæ daret faciem. Ergo, in statua, materia æs fuit, 4
causa opifex [6]. Eadem conditio rerum omnium est: ex eo constant, quod fit; et ex eo, quod facit. Stoicis placet,

sunt sine periculo, imprudens conatur.

1. *Te arbitrum addiximus.* Vulgatum *adegimus* ex Lipsii conject. receperat Mur. *Adduximus* dabant edd. vett. cum mss tis, quod reposuit Ruhk. Nos certissimam Gruteri emendationem, uno etiam ex Opsopœi codd. firmatam, adoptavimus. *Schw.*

2. *Triplex causa est.* Lis triplex est: sive, in triplici causa captus es addictusque judex. — Nimirum cardo rerum in eo versatur, ut dijudicetur, utrum Stoicis, an Aristoteli, aut Platoni in hac quæstione philosophica de causa et materia, quam inde a primordiis philosophiæ tractatam videmus, assentiendum sit. Si sinceritas Ocelli Lucani et Timæi Locri (Opusc. mythol. ed. Gale) omni dubio exempta esset, et hi primo loco conferri mererentur. *Ruhk.*

3. *Materia... moveat.* Eadem docent Zeno, Chrysippus, Posidonius ap. Stob. Eclog. phys. I, 12, p. 322 ed. Heeren. Diog. Laert. VII, 150, ὕλη δέ ἐστιν, ἐξ ἧς ὁτιδηποτοῦν γίνεται. *Ruhk.*

4. *Id est, ratio.* Sic Stoici loqui amant: quia velut ratione Deus per materiam discurrit, et operatur. Vide Cons. ad Helv. cap. VIII. De Vita beata c. XXXII. *Lips.* — *Ratio*, λόγος. Sic Diog. Laert. VII, 134, τόδε ποιοῦν (εἶναι δοκεῖ αὐτοῖς τοῖς Στωϊκοῖς) τὸν ἐν αὐτῇ (τῇ ὕλῃ) λόγον τὸν θεὸν, ubi cf. Menag. qui nostrum locum adduxit. Vide Tiedemanni *System d. st. Ph.* II, 45. *Ruhk.*

5. *Pateretur artificem.* Sic recte ed. *R.* cum mss. Arg. *c.* Par. *a. b. d.* Similiter infra, fin. *materia, patiens Dei.* Vulgo *pat. artificium. Schw.*

6. *Opifex*, non *artifex*, dedere veteres libri omnes. *Schw.*

Digitized by Google

« unam causam esse, id quod facit. » Aristoteles [1] putat, causam tribus modis dici. « Prima, inquit, causa est ipsa materia, sine qua nihil potest effici : secunda, opifex ; tertia est forma, quæ unicuique operi imponitur, tanquam statuæ : » nam hanc Aristoteles *idos* vocat. « Quarta quoque, inquit, his accedit, propositum totius operis. » Quid sit hoc, aperiam. Æs prima statuæ causa est : nunquam enim facta esset, nisi fuisset id, ex quo funderetur ducereturve. Secunda causa artifex est : non potuisset enim æs illud in habitum statuæ figurari, nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa est forma : neque enim statua ista Doryphoros aut Diadumenos [2] vocaretur, nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propositum : nam nisi hoc fuisset, facta non esset. Quid est *propositum ?* Quod invitavit artificem, quod ille secutus fecit. Vel pecunia est hoc [3], si venditurus fabricavit ; vel gloria, si laboravit in nomen ; vel religio, si donum templo paravit. Ergo et hæc causa est, propter quam fit. An non putas inter causas facti operis esse numerandum, quo remoto factum non esset ? His *quintam* Plato [4] adjicit, *exemplar*, quam ipse *ideam* vo-

1. *Aristoteles.* Αἰτία s. αἴτιον quadruplici modo ap. Aristot. Auscult. phys. II, 4, 5, 6, declaratur : causa efficiens, formalis, materialis, finalis. Sed uberius hæc exposuit Buhle *Lehrbuch der Gesch. de Ph.* II, § 287-290, p. 467-481. *Ruhk.*

2. *Doryphoros aut Diadumenos.* Statuæ celeberrimæ Polycleti, qui proportionem partium primus vidit et expressit arte. (Plin. XXXIV, 19, 2, T. V, p. 236 Bip. Cf. Schneider ad Caton. de R. R. 1, pr. 31.) Proinde his statuis tanquam exemplaribus artis usi sunt artifices veteres, inprimis vero illa, quæ inde Canon (ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν Lucian. de morte Peregrini Vol. VIII, p. 277, Bip.) vocabatur, heroem ostendente juvenem nudum et hastam manu gestantem ; hæc Diadumenum repræsentabat, i. e. juvenem athletam, vittis caput redimitum habentem, ideoque victorem, sed mollitie corporis conspicuum. *Ruhk.*

3. *Vel pecunia est hoc*, sc. propositum, causa finalis. *Ruhk.*

4. *His quintam Plato adjicit*, etc. Conf. Tennemann II, pag. 141 sq. *Ruhk.*

Digitized by Google

cat; hoc est enim, ad quod respiciens artifex id, quod destinabat, effecit. Nihil autem ad rem pertinet, utrum foris habeat exemplar, ad quod referat oculos; an intus, quod sibi ipse concepit et posuit. Hæc exemplaria [1] rerum omnium deus intra se habet; numerosque universorum, quæ agenda sunt, et modos, mente complexus est: plenus his figuris est, quas Plato ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines 8
quidem pereunt; ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet; et, hominibus laborantibus, intereuntibus, illa nihil patitur. « Quinque ergo [2] causæ sunt, » ut Plato dicit: « id ex quo, id a quo, id in [3] quo, id ad quod, id propter quod: novissime [4] id quod ex his est. » Tanquam in statua (quia de hac loqui cœpimus) 9
id ex quo, æs est; id a quo, artifex est; id in quo, forma est, quæ aptatur illi; id ad quod, exemplar est, quod imitatur is qui facit; id propter quod, facientis

1. *Hæc exemplaria... complexus est.* Itaque non sunt sejuncta ab intellectu divino. Cf. Ep. LVIII, 8. Meiners II, p. 803. Tennemann l. l. Buhle *Lehrbuch* II, p. 96 sq. *Ruhk.*

2. *Quinque ergo... dicit:* Idem statuit Simplicius in Phys. Aristot. fol. 3 *a*. Meiners tamen II, p. 802, nonnisi quatuor: materiam, ideas, deum et mundum corporalem a Platone positas esse docet, et illas causas, quas noster *id in quo* et *propter quod* appellavit, ab eo adhibitas negat. In quo ei assentior eatenus, quod *id in quo* nihil fere differt a sequente: *id ad quod.* Sed teleologicum *id propter quod* locum habere vix negandum est, quum ab ipso Platone hoc propositum αἰτία dicatur. Propter *bonitatem* hunc mundum a Deo esse creatum, Plato ait in Timæo p. 304, 305, Tom. IX, Bip. quo Noster manifesto respexit. Timæus ibi ait: Λέγωμεν δὴ δι' ἣν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος, quæ verba a Nostro conversa latine vides. Brevitatis studio omitto sequentia ap. Plat. quæ lectu digna sunt. Cf. de Rep. II, p. 251, Tom. VI. *Ruhk.*

3. *Id in quo.* Utrobique vulgo nude *id quo*, ex Mureti ingenio. Sed utrobique voculam *in* inserunt veteres libri omnes; quod qua ratione dicatur, nunc non vacat disquirere. Formula forsan ad verbum e græco conversa, in quo erat ἐν ᾧ, idem valens ac nudum ᾧ, id est, *quo*, sive planius interpretari volueris, *per quod. Schw.*

4. *Novissime.* Commodius sic in-

Digitized by Google

propositum est : id quod ex istis est, ipsa statua est. « Hæc omnia mundus quoque, ut ait Plato, habet : facientem [1]; hic Deus est : ex quo fit ; hæc materia est : formam ; hic est habitus et ordo mundi quem videmus : exemplar, scilicet ad quod Deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit : propositum, propter quod fecit. » Quæris, quod sit propositum Deo ? Bonitas est. Ita certe Plato ait : « Quæ Deo faciendi mundum causa fuit ? Bonus est ; bono nulla cujusquam boni invidia est. Fecit itaque quam optimum potuit [2]. »

11 Fer ergo judex sententiam, et pronuntia, quis tibi videatur verisimillimum dicere, non quis [3] verissimum dicat : id enim tam supra nos est, quam ipsa veritas. Hæc, quæ ab Aristotele et Platone ponitur, turba causarum, aut nimium multa, aut nimium pauca comprehendit. Nam si, quocumque remoto quid effici non potest, id causam judicant esse faciendi, pauca dixerunt. Po-
12 nant inter causas tempus ; nihil sine tempore potest fieri : ponant locum ; si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem : ponant motum ; nil sine hoc nec fit, nec perit ; nulla sine motu ars, nulla mutatio est. Sed nos nunc primam et generalem causam quærimus : hæc simplex esse debet ; nam et materia simplex est. Quærimus, quæ sit [4] causa,

terpunges, *propter quod. Novissime* etc. *Schw.*

1. *Facientem... formam.* Sic meliores libri ; non, ut vulgo et Elzevir., *faciens... forma. Schw.*

2. *Fecit itaque quam optimum potuit.* Nempe si Deus mundum, quam optimum potuit non fecisset, humano generi meliorem conditionem invidisset : nam divinæ bonitatis non fuisset homines malis afficere, quæ ab illis prohibere potuisset ; sic philosophi veteres potius habuere finitam Dei potentiam quam bonitatem existimare : nec jam necesse est finitam illius potentiam existimare, si credideris, ut Christiana docet religio, hominem a principio in orbe positum fuisse ut felicitate frueretur ; sed sua ipsius culpa et peccato in pejorem conditionem lapsum esse.

3. *Verissimum* edd. vett. cum mastis. Vulgo *verum. Schw.*

4. *Quærimus, quæ sit causa, ratio*

Digitized by Google

ratio scilicet faciens : ista enim, quæcumque retulistis, non sunt multæ et singulæ causæ, sed ex una pendent, ex ea quæ faciet. Formam dicis causam esse ? Hanc im- 13
ponit artifex operi : pars causæ est, non causa. Exemplar quoque non est causa ; sed instrumentum, causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici, quomodo scalprum, quomodo lima ; sine his procedere ars non potest : non tamen hæ partes artis, aut causæ sunt. Propositum, inquit, artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est. Ut sit causa, non est efficiens causa, sed superveniens. Hæ autem innumerabiles sunt : 14
nos de causa quærimus generalissima [1]. Illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum, et consummatum opus, causam esse : multum enim interest inter opus et causam operis.

Aut fer sententiam, aut (quod facilius in ejusmodi re-

scilicet faciens : ista enim, quæcumque retulistis. Loco istorum vulgo sic legebatur inde ab Erasmo : *Quærimus, quid sit causa ? Ratio faciens, id est, Deus. Ita enim, quæ nunc retuli*, etc. quæ omnia, nulla nota adjecta, eadem tenuit Ruhk. At, primum, concinnior nobis videbatur scriptura, *quæ sit causa*, quam scripturam cum ed. *R.* offerebant mss. Pal. sec. et Col. Tum *ratio scilicet faciens* dabant veteres libri omnes. Cf. supra, § 3 init. Porro, pro *ita*, percommode *ista* dedit ms. Col. quod vel ex ingenio corrigere licuerat. Denique *quæcumque retulistis*, cum ed. *R.* communi consensu dedere mssti fere omnes. In uno Arg. *c.* est, *quæ nunc retulistis*. Jam vero ista, post *faciens* vulgo inserta, *id est Deus*, (sive, ut ms. Col. habet, *id est ipse Deus*) tenent quidem libri omnes : sed persuasum equidem habui, esse illa e scholio (ex pag. præc. desumpto) interpolata; quemadmodum hac ipsa pag. post *generalissima* (sive, ut vulgo legebatur, *generali*) assuta sunt in ed. *A.* et in ms. *c.* hæc verba, *id est de Deo. Schw.*

1. *Nos de causa quærimus generalissima.* Vulgo *de causa quærimus generali* edd. inde ab Erasmo ; cum ed. *A.* et ms. *c.* quod per se percommodum poterat videri ; ideoque nihil annotatum a Pinc. aut Opsopœo, nec e mssis Par. quidquam h. l. monitum. Sed alio nos ducit aliorum librorum scriptura : *nos de causa generali locuti sumus* ed. *R.* cum mss. Pal. 1, 2, 3, et Col. ; *nos de causa generali sumus locuturi* ms. Arg. *b.* quibus scilicet in libris quum temere omissum esset verbum *quærimus*, in fine autem adesset verbum *sumus*,

Digitized by Google

15 bus est) nega tibi liquere [1] et nos reverti jube [2]. — Quid te [3], inquis, delectat, tempus inter ista conterere, quæ tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt? — Ego quidem priora illa ago ac tracto, quibus pacatur animus; et me prius scrutor, deinde hunc mun-
16 dum. Ne hoc quidem tempus, ut existimas, perdo. Ista enim omnia, si non concidantur [4], nec in hanc subtilitatem inutilem distrahantur, attollunt et levant animum, qui, gravi sarcina pressus, explicari cupit, et reverti ad illa, quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pœna est: premente illo urgetur; in vinculis est [5]; nisi accessit Philosophia, et illum respirare rerum naturæ
17 jussit spectaculo, et a terrenis ad divina dimisit. Hæc libertas ejus est, hæc evagatio: subducit interim se custodiæ, in qua tenetur, et cœlo reficitur [6]. Quemadmodum [7] artifices ex alicujus rei subtilioris inspectione, quæ intentione oculos defatigat [8], si malignum et preca-

ex conjectura alii adjecerunt *locuti*, alii *locuturi*. Istud autem *generali sumus* ex *generalissimus* fuisse corruptum, evincit plana atque integra codicis Pal. sec. scriptura, quam in exemplo nostro repræsentavimus. Similiter, sed vice versa, erratum est infra, sub fine Epist. in ms. Par. *a.* ubi pro *fortes simus* scribitur *fortissimus*, et, quoniam sic nullus orationi sensus inerat, adjicitur *stet. Schw.*

1. *Nega tibi liquere* etc. A romano ritu in re ambigua *Non liquet* pronuntiantium judicum hæc ducta esse satis constat. *Ruhk.*

2. *Et nos reverti jube.* Vertit *Lagrange: Ordonnez un plus ample informé.* Etenim quum judices pronuntiarent *Non liquet*, jubebant litigantes reverti certioribus fretos argumentis.

3. *Quid te.... abigunt?* Cf. Ep. LVIII, 22. *Ruhk.*

4. *Si non concidantur*, si non tanta argutia minutatim dividantur, ut conspectum rerum ex oculo et animo dimittas. *Ruhk.*

5. *Nam corpus hoc... in vinculis est.* Ideo Græci corpus hoc δίμας vocabant, ὡς δεδίμενης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνθαῦτα παρὰ φύσιν, tanquam ligata his in terris ab ipso anima præter naturam.

6. *Reficitur* i. restituitur. *Ruhk.*

7. *Quemadmodum.... requiescit.* Magis explicat et dilatat quæ Epist. LVIII, 22, posuerat. *Ruhk.*

8. *Ex alicujus rei subtilioris inspectione, quæ intentione oculos defatigat.* Vulgo *ex alic. rei subt. intentione, quæ oculos def.* quod ferri fortasse poterat, ni aliud suasissent

Digitized by Google

rium lumen [1] habent, in publicum prodeunt, et in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant : sic animus in hoc tristi et obscuro domicilio clusus, quoties potest, apertum petit, et in rerum naturæ contemplatione requiescit. Sapiens assectatorque 18
sapientiæ adhæret quidem in corpore suo; sed optima sui parte abest, et cogitationes suas ad sublimia intendit : velut sacramento rogatus [2], hoc, quod vivit, stipendium putat; et ita formatus est, ut illi nec amor vitæ, nec odium sit; patiturque mortalia [3], quamvis sciat ampliora superesse. Interdicis mihi inspectionem [4] rerum 19
naturæ, ac toto abductum redigis in partem? Ego non quæram, quæ sint initia universorum? quis rerum formator? quis omnia in unum mersa [5], et materia inerti convoluta, discreverit? Non quæram, quis sit istius artifex mundi? qua ratione tanta magnitudo in legem et ordinem venerit? quis sparsa collegerit, confusa dis-

mssti, quorum nullus hanc præfert scripturam; sed alii, omissa voce *quæ*, habent *rei subt. intentione oculos defatigant;* alii, *rei subt. quæ intentione oculos defatigat;* alii denique cum edd. vett. *rei subtilioris inspectores, quæ* (*qui* ed. *A.* et ms. *c.*) *intentione oculos defatigat.* Unde perspicuum nobis videbatur, in aliis temere omissum fuisse vocab. *inspectione*, in aliis in *inspectores* mutatum. *Schw.*

1. *Precarium lumen.* Varie corruptum in libris : sed hoc rectum est. Precarium autem lumen, modicum, non justum, et ut solent quæ precibus impetrantur. *Lipsius.*

2. *Sacramento rogatus*, ita supra dictum, *vitam militiam esse.* Cf. Ep. LI, 5 not. *Ruhk.*

3. *Patiturque mortalia*, i. e. patitur ea, quæ homini accidere solent, quamvis ampliora, quæ imminent in alia vita, sciat. Nec tamen ideo vitam abrumpit. *Ruhk.*

4. *Inspectionem.* Sic Erasmi, Pinciani Gruterique codd. Firmat Gronovius ad Epistol. XVIII, 10, post Gruterum, qui : sic certe, ait, loquimur latine. Seneca saltem hac constructione semper fere utitur. *Inspectione* est a Mureto. *Ruhk.*

5. *In unum mersa.* Perperam vulgo *in una massa* ex Mureti ingenio. *In unum mersa* dedit unus cod. Pal. sec. Poterat teneri *in uno mersa*, quod cum ed. *A.* et Erasm. dabant reliqui mssti omnes : nec aliud debuerat ed. *R.* in qua est *imo* pro *uno*. *Schw.*

Digitized by Google

tinxerit, in una deformitate[1] jacentibus[2] faciem diviserit? unde lux tanta fundatur? ignis sit, an aliquid igne
20 lucidius? Ego ista non quæram[3]? ego nesciam, unde descenderim? semel hæc mihi videnda sint, an [4]sæpe nascendum? quo hinc iturus sim? quæ sedes exspectent[5] animam, solutam legibus servitutis humanæ? Vetas me cœlo interesse, id est, jubes me vivere capite
21 demisso? Major sum, et ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis; quod equidem non aliter adspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circumdatum. Hoc itaque oppono fortunæ, in quo [6]resistat;
22 nec per illud ad me ullum transire vulnus sino. Quidquid in me potest injuriam pati[7], hoc est: in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat. Nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simu-

1. *In una deformitate.* In Chao, quod omnia continebat.

2. *Jacentibus*, non autem *latentibus*, dedere meliores libri omnes cum ed. *R. Schw.*

3. *Ego ista non quæram?* Vides hic omnes fere illas quæstiones, quibus investigandis homines a primis inde temporibus, quum philosophari inciperent, operam præmaturam ideoque inutilem sæpe navasse philosophiæ historia docet. Nec prudentia Socratis, qui homines ab istis ineptiis absterrendo philosophia a cœlo ad terram devocata, suos ab istis spinosis et periculosis disputationibus retinere atque impedire potuit, quo minus vel ipse Plato a Cratylo aliisque in errorem inductus similibus disquisitionibus se traderet. Cæterum de his quæstionibus adeundus est Lipsius in Physiologia c. c. de vita futura et παλιγγενεσίᾳ II, 21, III, 14, et Tiedemanni *Geist der spek. Phil.* pluribus locis, quæ Index docebit. *R.*

4. *An sæpe nascendum? quo hinc* etc. Vulgo *an sæpe? Nesciam quo hinc* etc. ex Mureti ingenio. *Nascendum* tenent veteres libri omnes, quod primo pro suspecto habuerat Schw. et uncis circumderat; mox vero admisit. Contra Ruhkopfius contendit lectionem vulgatam, supra scriptam, in qua *nascendum* omittitur, omnibus ferme libris scriptis esse confirmatam, alteramque ex Pinciani conjectura natam.

5. *Exspectent* ed. *R.* commode; quod et debuere *A.* et *c.* in quibus *exspectant.* Vulgo *exspectet. Schw.*

6. *In quo resistat.* Id est, ut non ultra penetrare possit.

7. *Quidquid in me potest injuriam pati, hoc est* (i. e. est corpus): *in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat.* Sic optime Gronov. distinxit. Antea distinguebatur sic: *pati, hoc est in h. o. domicilio: a.* etc. *Ruhk.*

Digitized by Google

lationem : nunquam in honorem hujus corpusculi mentiar. Quum visum erit, distraham cum illo societatem : et nunc tamen, dum hæremus, non erimus æquis partibus socii; animus ad se omne jus ducet. Contemptus corporis sui, certa libertas est.

Ut ad propositum revertar : huic libertati multum confert et illa, de qua modo loquebamur, inspectio. Nempe universa ex materia et ex Deo [1] constant : Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est ac pretiosius [2] quod facit, quod est Deus, quam materia, patiens Dei. Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus : quod est illic materia, id in nobis [3] corpus est. Serviant ergo deteriora melioribus; fortes simus adversus fortuita; non contremiscamus injurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. Mors quidem aut finis est, aut [4] transitus. Nec desinere timeo; idem est enim, quod non cœpisse : nec transire; quia nusquam tam anguste ero. Vale.

1. *Et ex Deo.* Non solum a Deo, sed ex Deo : et sæpe sic loquuntur. Quid ita? quia omnibus caloris et ignis aliquid insitum, qui est ipse Stoicis Deus, et omnia permanat. *L.*

2. *Ac pretiosius.* Restituimus duo verba *ac pretiosius*, temere prætermissa in ed. Bipont. et Ruhk. *Schw.*

3. *Id in nobis* edd. vett. et mssti. Deerat vulgo *in*. *Schw.*

4. *Mors quidem aut finis est, aut transitus.* Sic *R. A. c. Mors quidem est, aut finis* etc. Arg. *b.* et al. apud Grut. Vulgo *Mors quid est? aut finis*, etc. *Schw.*—*Aut transitus.* Intellige : ad aliam vitam.

Digitized by Google

EPISTOLA LXVI.

BONA ÆQUALIA ESSE: VIRTUTES ÆQUALES ESSE.

Claranum amicum juventutis, quem diu non viderat, nuper secum habuisse scribit, senem, sed alacrem animo, deformem corpore, quo tantum abest ut depressus sit, ut ad pulchritudinem et firmitatem evectus sit animus. Colloquium, quod de paradoxo stoico, quomodo possint paria bona esse, habuerunt, exponit.

Bonum autem (ut eorum causa qui non in his artibus habitant, quædam præfemur), e doctrina Stoæ non est nisi quod semper vere prosit et prodesse possit iis qui ratione et ea perfecta præditi sunt: itaque summum bonum est virtus, quæ nostri juris est, et ex electione nostra libera oritur. Unde sequitur, vere bona a nobis ipsis pendere, nec quidquam bonum esse sine ratione. Quocirca Honestum ponunt solum bonum esse, quippe naturæ ac dignitati hominis unice conveniens. Jam etsi bona, si ad fontem, unde manant, respexeris, diversas in classes sejungi possint, sive ea possideas, sive ea secundum locum ordinemque quem obtinent, spectaveris, unde Stoici conditionem eorum triplicem posuerunt; ut prima, secunda, tertia bona numerentur, de quibus Noster hac ipsa epistola satis subtiliter exposuit, omnia ad rationem virtutemque referendo; tamen tam arcte inter se apta et nexa sunt, ut quin paria sint in dubitationem vocari nequeat. Omnia enim a ratione et virtute pendent, quæ quidem perfectæ quum semper sibi constent, sequitur idem bonis quoque convenire, quod de virtute prædicatur. Gaudium itaque et patientia sunt bona paria, respectu ad virtutem, non ad materiam habito. Externa vero s. adiaphora, indifferentia, nec bona nec mala, illa olim tam celebrata προηγμένα i. res quæ, quum bona non sint, proxime tamen ab iis absunt (producta, s. præposita, præcipua appellat Cicero parum commode) et ἀποπροηγμένα i. e. rejecta, Zenonis et Stoicorum, Boni augmentum dare non possunt.

Hæc diffuse, ait Lipsius, distincte, pulchre. O legamus et aptemus! Cæterum e recentioribus conferri merentur de hac re Lipsii Manud. in phil. Stoic. II, 20 sq. Tiedemanni *System der stoischen Philosophie*, Vol. III init., denique egregii viri, dum in vivis erat, Garvii *Uebersicht der vornehmsten Principien der Sittenlehre*, pag. 54 sqq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Claranum [1] condiscipulum meum vidi post multos an-

1. *Claranum condiscipul. meum.* De hoc Clarano nihil nobis præter hæc, quæ Noster hic tradit, notum est. *Ruhk.*

Digitized by Google

nos ; non, puto, exspectas ut adjiciam [1], senem ; sed mehercules viridem animo ac vigentem ; et cum corpusculo suo colluctantem. Inique enim se natura gessit, et talem animum male collocavit [2] : aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vicit tamen omnia impedimenta ; et ad cætera contemnenda a contemptu sui corporis [3] venit. Errare mihi visus est qui dixit : 2

Gratior est pulchro veniens a corpore virtus [4].

Nec enim ullo honestamento eget ; ipsa magnum sui decus est, et corpus suum consecrat [5]. Certe Claranum nostrum cœpi intueri : formosus mihi videtur, et tam rectus corpore, quam est animo. Potest ex casa vir magnus exire ; potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam itaque mihi videtur in hoc tales natura generare, ut approbet virtutem omni loco [6] nasci. Si posset per se nudos edere animos, 3

1. *Non, puto, exspect., ut adjiciam.* Nam condiscipulus fuerat ipsius Senecæ, qui jam grandis natu erat.

2. *Et talem animum male collocavit.* Corpus enim ἀγγεῖον, vasculum animi aut aliquod receptaculum, quin custodiam antiquis dici notum est. Cf. Gataker ad M. Antonin. III, 3, p. 91. Simile illud, addit Lipsius, *Ingenium Galbæ male habitat. R.*

3. *Corporis.* Sic cod. Col. nec Palat. quat. multum abludunt. Editio vetus consentit. Alias deest hæc vox, quæ tamen necessaria esse videtur. *Ruhk.* — Sic *R. A. c.* et Grut., ait Schw. At satis fortasse erat *sui* (absque *corporis*) quod cum ed. Er. et sqq. habent mss. *b.* Pal. sec. et (ni fallor) codd. Paris. *Schw.*

4. *Virtus.* Versus Virgilii est Æn. V, 344, ubi tamen vocem *virtus* diverso ab eo quem Noster ponit sensu accipi debere, facile patet. Stoici virtus non eget honestamento, sed illa, de qua Virgilius ; cujus nost. edit. vid. tom. III, pag. 38 ; ibique not. et var. lect.

5. *Et corpus suum consecrat.* Quod est velut parvi ejus Dei templum. *L.* Sic Noster Ep. LXV fin. « Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus : quod est illic materia, id nobis corpus est. » *Consecrat*, decus et sanctitatem addit, sacrum facit. Sic Cicero Tusc. V, 4 : « Socratis ratio Platonis memoria consecrata. » *Ruhk.*

6. *Omni loco.* Ruhk. interpret. in omni ordine hominum. At non solum respicit Noster ordinem sive con-

Digitized by Google

fecisset : nunc[1], quod amplius est, facit; quosdam enim edit corporibus impeditos, sed nihilo minus perrumpentes obstantia[2]. Claranus mihi videtur in exemplar editus, ut scire possemus, non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari.

4 Quamvis autem paucissimos una fecerimus[3] dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram[4] et ad te permittam[5]. Hoc primo die quæsitum est : « Quomodo possint paria[6] bona esse, si triplex eorum conditio est[7]. » Quædam, ut nostris[8] videtur, prima bona sunt; tanquam gaudium, pax, salus patriæ. Quædam secunda, in materia infelici expressa[9]; tanquam tormen-
5 torum patientia, et in morbo gravi temperantia. Illa bona directo optamus nobis; hæc, si necesse erit[10]. Sunt adhuc tertia; tanquam modestus incessus, et compositus ac probus vultus, et conveniens prudenti viro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, quum alia optanda sint, alia aversanda? Si volumus ista distinguere, ad

ditionem hominum, sed generalius positum est *omni loco*, quod etiam spectat ad deformitatem corporum.

1. *Nunc.* Int. sed enim.

2. *Perrumpentes obstantia*, nempe corpora, et facientes ut sibi inserviant. *Ruhk.*

3. *Fecerimus.* Sic vett. edd. et scripti omnes. Muretus tamen temere correxit : *egerimus.* Facere annos, dies, etc. idem valet quod græc. ποιεῖν χρόνον τινά, docente Gronovio ad hunc locum ex inscriptionibus veteribus, laudanteque Casaubonum ad Matth. XX, 12, et Acta Apostol. XV, 33. Addas Anal. Brunkii II, p. 357. *R.*

4. *Subinde egeram*, sensim egerere i. e. proferre, tecum communicare volo. Tales disputationes etiam in sequentibus epistolis occurrunt, occasionis tamen hujus nulla mentione injecta. *Ruhk.*

5. *Ad te permittam* Erasm. cum edit. vet. et Gruteri omnes mss. Muretus : *ad te mittam.*

6. *Paria*, bene se habet. *Tria* est aberratio librariorum hoc loco et § 5.

7. *Triplex eorum conditio est.* Vide si lubet Lipsii Manuduct. III Diss. 6. *Ruhk.*

8. *Nostris.* Stoicis.

9. *In materia infelici expressa.* Quæ ex adversis rebus oriuntur et re mala perpetienda ostenduntur.

10. *Hæc, si necesse erit.* Int. optamus ut hæc bona nobis contingant, si ad id adducimur ut nobis tormenta perpetienda sint.

Digitized by Google

primum bonum[1] revertamur, et consideremus, id quale sit. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum; non ex opinione[2], sed ex natura, pretia rebus imponens; toti se inserens[3] mundo, et in omnes ejus actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex æquo magnus ac[4] vehemens, asperis blandisque[5] pariter invictus, neutri se fortunæ submittens, supra omnia quæ contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus[6] cum decore, cum viribus sanus ac siccus[7], imperturbatus, intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollant fortuita[8], nec deprimant: talis animus Virtus est[9]; hæc ejus est facies, si sub unum veniat aspectum, et semel tota se ostendat. Cæterum multæ 6 7

1. *Ad primum bonum* ed. *R.* cum mss. Arg. *b. c.* Paris. Ops. et Grut. Aberat. *bonum* ed. *A.* et ed. Erasm. et sqq. *Schw.*

2. *Non ex opinione.... imponens*, dignitatem s. æstimationem rerum non ex opinione hominum, sed ex veritate, quam ratione sua perfecta accepit, metiens. *Ruhk.*

3. *Inserens* ed. *A.* mss. *b. c.* (puto et Par.) Ops. Grut. *Inferens* vulgo ex ed. *R. Schw.*—*Toti se inserens mundo*, se immiscens tanquam spectator operum Dei. *Ruhk.*

4. *Ex æquo magnus ac vehemens. Lagrange* vertit: *Une ame dont la grandeur et la force ont pour base la justice;* forsan alius est sensus vocis *ex æquo:* significat, ni fallimur, ex ipso animi tenore, ex ipsa natura; non ex conatu; cui sententiæ respondet hæc cujusdam Gallici sententia: *Sans se hausser pour paraître grand.*

5. *Asperis blandisque*, et dolorem et voluptatem contemnens.

6. *Pulcherrimus cum decore.* Post *pulch.* adjecit *ordinatissimus* Ruhk. ex Pal. 1, 3, 4, et alio cod. apud Gron. quos quidem in libros haud dubie ex scholio invectum erat id verbum. *Schw.* — Bene vertit *Lagrange: Qui ne voudrait pas de la beauté sans décence.*

7. *Sanus ac siccus*, int. non abutens viribus sui corporis, ut intemperantiæ et libidini indulgeat.

8. *Fortuita*, i. e. externa, bonis posita. *Ruhk.*

9. *Talis animus virtus est; h. e. est facies:* Ruhkopfius omittit *est.* Sic omnes, inquit, mss. etc. Modii, Palat. Gallici, et vett. edd. ante Frobenium sic habent. Quod verum esse vidit et Opsopœus. Ubi illa stoicæ linguæ peritia? Nam Gruterum ferre potuisse hominem, qui conjiciebat, *talis avis*, nimiæ est patientiæ. Qualis, quæso, avis est virtus? bubo, credo, aut vespertilio. Liceat vero Senecæ Stoicorum more loqui. Cf. Ep. IX, 2, CXIII, 2, etc. Ab his sumpserunt juris auctores, quum justitiam definierunt: constantem et perpetuam voluntatem, jus suum cuique

Digitized by Google

ejus species sunt, quæ pro vitæ varietate et pro actionibus explicantur; nec minor fit aut major ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest, nec virtuti ire retro licet: sed in alias atque alias qualitates convertitur; ad rerum, quas actura est, habitum figurata. Quidquid attigit, in similitudinem sui adducit et tingit: actiones, amicitias, interdum domos totas, quas intravit disposuitque, condecorat: quidquid tractavit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis ejus et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non est. Nihil invenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato temperatius.

Omnis in modo est virtus [1]; modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat [2], non magis quam fiducia, aut veritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil; aut perfectum non erat, cui accessit: ergo ne virtuti quidem; cui si quid adjici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit; honestum est enim propter ista quæ retuli. Quid porro decorum, et justum, et legitimum? non ejusdem esse formæ putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse, imperfectæ rei signum est: bonum omne in easdem cadit leges: juncta est privata et publica utilitas [3], tam mehercules, quam inseparabile est laudandum petendumque.

tribuendi. Adde lib. IV de Benef. c. 8. *Gronov.* — *Talis animus virtus est:* De perfecta virtute hic sermonem esse vix est ut moneamus. Ex ea nascitur summum bonum. *Ruhk.*

1. *Omnis in modo est virtus.* Vides hic Aristotelicum illud, virtutem ab utraque extremitate sepositam ideoque in medio sitam conspici: quanquam multis aliis partibus in hoc ipso de virtute loco Stoa et Lyceum inter se dissederunt. Cf. Buhlii *Lehrbuch der Gesch. der Philos.* III, p. 28 sqq. *Ruhk.*

2. *Quo procedat*, subaudi, longius.

3. *Juncta est privata et publica utilitas.* Id est quod uni officit, officit et alteri, quod uni prodest, et prodest alteri.

Digitized by Google

Ergo virtutes inter se pares sunt[1], et opera [2]virtutum, et omnes homines, quibus illæ contigere. Satorum vero animaliumque virtutes, quum mortales sint, fragiles quoque caducæque sunt et incertæ; exsiliunt, residuntque, et ideo non eodem pretio æstimantur. Una inducitur humanis virtutibus regula; una enim est ratio recta, simplexque. Nihil est divino divinius, cælesti cælestius. Mortalia minuuntur[3], cadunt, deteruntur; crescunt, exhauriuntur, implentur. Itaque illis in tam incerta sorte inæqualitas est: divinorum una natura est. Ratio autem nihil aliud est, quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa. Si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est; bonum omne divinum est: nullum porro inter divina discrimen est; ergo nec inter bona. Paria itaque sunt et gaudium, et fortis atque obstinata tormentorum perpessio: in utroque enim eadem est animi magnitudo, in altero[4] remissa et laxa, in altero pugnax et intenta. Quid? tu non putas, parem esse Virtutem ejus, qui fortiter hostium mœnia expugnat, et ejus, qui obsidionem patientissime sustinet? Et magnus Scipio[5], qui

11

12

13

1. *Ergo virtutes inter se pares sunt.* Horat. I, Sat. III, irridet jure istam Stoicorum opinionem qui vitia et virtutes æqualia esse contendunt.

2. *Opera virtutum.* Sic vulgo edd. cum *R. A. c.* Sed rectius videtur *opera virtutis*, quod est in Arg. *b.* et Par. *d.* nec aliud debuerat Par. *b.* in quo *opera virtutes. Schw.*

3. *Minuuntur* omnium mss. et edd. lectio est, et ea sana. Mallem, inquit Pincianus, legeres, *eminent;* nam ut quæ sequuntur continuo per oppositum dicta sunt, *deteruntur crescunt, exhauriuntur implentur.* Recepit Romana editio. Gronov. emendat: *muniuntur*, i. e. struuntur, translate a structura ædificiorum in utroque verbo. Sed vulgata bene habet: oppositio, si qua est, referri debet ad priora: *fragiles, caducæ*, etc. *Ruhk.*—Nobis scribendum videtur, pro *exhauriuntur*, *exoriuntur* quod simillimum est: quam conject. si receperis, optime opponentur *minuuntur τῷ crescunt; cadunt τῷ exoriuntur; deteruntur τῷ implentur.*

4. *In altero.* Sic quatuor Pal. et editio vetus. Alias vulgatur *sed in alt. r.* Gronovius probaverat ad Ep. XXIV, 10, hujus voculæ omissionem. *Ruhk.*

5. *Scipio.* Utrique magni fuere et

Digitized by Google

Numantiam cludit et comprimit, cogitque invictas manus in exitium ipsas suum [1] verti; et magnus ille obsessorum animus, qui scit non esse clusum [2], cui mors aperta est, et in complexu libertatis expirat. Æque reliqua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, æquanimitas, tolerantia : omnibus enim istis una Virtus subest, quæ animum rectum et indeclinabilem præstat.

14 Quid ergo? nihil interest inter gaudium, et dolorum inflexibilem patientiam? Nihil, quantum ad ipsas virtutes; plurimum inter illa [3], in quibus virtus utraque ostenditur : in altero [4] enim naturalis est animi remissio ac laxitas; in altero, contra naturam dolor. Itaque media sunt hæc [5], quæ plurimum intervalli recipiunt : virtus in utroque par est. Virtutem materia non mutat; nec pejorem facit dura et difficilis, nec meliorem hilaris et
15 læta : necesse est ergo æqualia sint bona utraque. Nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere, nec ille melius in illis cruciatibus : duo autem, quibus nihil fieri melius potest, paria sunt. Nam, si [6] quæ extra virtutem

P. Scipio Africanus minor, et *Numantini* Celtiberi Hispani. Cf. Flor. II, 17 et 18. Livius de ea atrocissima re exposuerat librr. 57 et 59 nunc deperditis. *Ruhk.*

1. *In exitium ip. suum.* Sic ed. *R.* et meliores libri omnes. Vulgo *sui. S.*

2. *Non esse clusum. R. A. c.* aliique. Vulgo *nihil esse clausum. Schw.*

3. *Plurimum inter illa. Plurimum quantum ad illa* edd. inde ab Erasm. contra quam edd. vett. et mssti omnes. Leviora alia prætermitto. *Schw.*

4. *In altero* gaudio... *animi remissio ac laxitas :* quies et libertas, διάχυσις. Laxatur animus, quatenus liber a molestiis curisque terrenis in altiora intentus est, iisque recreatur. *Ruhk.*

5. *Itaque media... hæc.*, ἀδιάφορα (cf. § 34) quæ neque in bonis, neque in malis posuerunt Stoici, nec tamen tollenda, alia enim usui esse posse ideoque sumenda, alia tamen rejicienda. Sic explicat Cic. de Off. I, 3, 4, III, 3, de Finib. III, 15 sqq. Sunt autem triplicia. Cf. Argum. et vide Diog. Laert. VII, 101 sq. ibique Menag. *Ruhk.*

6. *Nam si... honestum est.* Nam si materia, in qua virtus exercetur, eam mutare potest, ad honestum quoque, quod a virtute pendet et solam bo-

Digitized by Google

posita sunt, aut minuere illam aut augere possunt, desinit unum bonum esse quod honestum est. Si hoc concesseris, omne honestum periit. Quare ? dicam : quia nihil honestum est, quod ab invito, quod a coacto fit. Omne honestum voluntarium est : admisce illi pigritiam, 16
querelam, tergiversationem, metum; quod habet in se optimum, perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse, quod non est liberum : nam quod timet, servit. Honestum omne securum est, tranquillum est : si recusat aliquid, si complorat, si malum judicat; perturbationem recepit, et in magna discordia volutatur. Hinc enim species recti [1] vocat; illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est, quidquid opponitur, id, etiam si incommodum [2] putat, malum non putet [3], velit, libens faciat. Omne honestum injussum incoactumque 17
est, sincerum, et nulli malo mixtum [4].

Scio quid mihi responderi hoc loco possit : Hoc nobis [5] persuadere conaris, nihil interesse, utrum aliquis

num est, vel minuendum, vel augendum vim habebit. *Ruhk.*

1. *Species recti*, i. e. pulchritudo boni s. virtutis. *Ruhk.*

2. *Incommodum*, ἀνεπιφόρημα, sensu stoico, quem explicat Cato Ciceronis de Finib. III, 21 : « commoda autem aut incommoda in eo genere sunt, quæ præposita et rejecta dicimus. » *Ruhk.*

3. *Malum non putet, velit, libens faciat.* Sic recte meliores libri omnes, Arg. *b.* Pal. 2. Col. et Ops. Et parum abit ed. *R.* cum aliis apud Grut. in quibus partim *vel*, partim *et*, pro *velit*. Vulgo *malum non putat, velut libens faciet* inde ab Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* in quibus tamen *faciat* recte scriptum. *Schw.* — In ipsius Schw. textu legitur *faciet*; sed ipse monet in notis hoc verbum, se imprudente, e superioribus edditt, servatum esse, corrigendumque *faciat*, ut edidimus.

4. *Nulli malo mixtum* ed. *R.* et mss. Arg. *b.* Par. *b. d.* Ferri autem etiam vulgatum poterat, *nullo malo mixt. Schw.*

5. *Hoc nobis... lasset.* Hæc illustret Cato Ciceronis de Finib. III, 13. « An vero certius quidquam potest esse, quam illorum ratione, qui dolorem in malis ponunt, non posse sapientem beatum esse, quum equuleo torqueatur? eorum autem, qui dolorem in malis non habent, ratio certe cogit, uti in omnibus tormentis conservetur beata vita sapienti, » etc. *Ruhk.*

Digitized by Google

in gaudio sit, an in equuleo jaceat [1], ac tortorem suum lasset. — Poteram respondere : « Epicurus [2] quoque ait, Sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum : Dulce est, et ad me nil pertinet. » Quid miraris, si ego paria bona dico, unius in convivio [3] jacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis? quum, quod incredibilius est, dicat Epicurus, dulces esse [4] tortores. Hoc respondeo, plurimum interesse inter gaudium et dolorem. Si quæratur electio, alterum petam, alterum vitabo : illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic æstimantur [5], magno inter se dissident spatio : quum ad virtutem ventum est, utraque par est, et quæ per læta procedit, et quæ per tristia. Nullum habet momentum vexatio, et dolor, et quidquid aliud incommodi est; virtute enim obruitur. Quemadmodum

1. *An in equuleo jaceat.* Sic et idem Cicero de Finibus V. « Sit vir bonus cæcus, debilis, morbo gravissimo affectus, exul, orbus, torqueatur in equuleo : quem hunc appellas, Zeno? Beatum, inquit, etiam beatissimum. Quippe, inquiet, quum tam docuerim gradus istam rem non habere, quam virtutem, in qua sit ipsum Beatum. »

2. *Epicurus.* Spectant huc illa Ciceronis Tusc. II, 7. « Epicuro homini aspero et duro non est hoc satis : in Phalaridis tauro si erit, dicet, *Quam suave est hoc! quam hoc non curo!* » Cf. Diog. Laert. X, 118, ubi Menag. κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ Σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Laudat Lipsius Cic. Fin. V, 28. De *Phalaride* tyranno Agrigentino crudelissimo, ejusque tauro æneo, Perilli arte fabricato, omnia nota sunt. Loca classica designavimus ad Senec. II de Ira 5, 1. *Ruhk.*

3. *Unius in convivio jacentis.* Sic quidem dixit extare in exemplari uno perveteri Pincianus, nec improbo. At Erasmus *alterius in gaudio positi, alterius*, etc. quod in tribus Palat. et Col. Solum sec. Pal. exhibuit lectionem illam *unius in conv. jac. Gruter.* — In editione veteri habetur : *alterius in gaudio positi in convivio jacentis :* sed priora *in gaudio p.* pro interpretamento habeo. *Ruhk.*

4. *Dulces esse tortores.* Hoc verum judicavi, quod servatum in quatuor Gruterianis. Nam scriptura inde ab Erasm. vulgata, *dulce esse torqueri*, qua nihil utique planius fingi poterat, nullo in vet. libro reperta est. Ed. *R.* cum Arg. *b.* Par. *b. d.* et Pal. sec. dabant *dulces esse terrores*, quod ex *tortores* corruptum. Ed. *A.* cum ms. *c.* et Par. *a. dulces esse dolores. S.*

5. *Quamdiu sic æstimantur*, i. quamdiu sic eorum ἀξία æstimatio, pretium declaratur, utrum ad præposita an ad rejecta pertineant. Cf. Cic. Fin. III, 13 sqq. *Ruhk.*

Digitized by Google

minuta lumina [1] claritas solis obscurat; sic dolores, molestias, injurias, virtus magnitudine sua elidit atque opprimit; et quocumque affulsit, ibi, quidquid sine illa apparet, exstinguitur; nec magis ullam portionem habent incommoda, quum in virtutem inciderint, quam in mari nimbus.

Hoc ut scias ita esse, ad omne pulchrum vir bonus sine ulla cunctatione procurret: stet illic licet carnifex, stet tortor atque ignis, perseverabit; nec quid passurus, sed quid facturus sit, aspiciet, et se honestæ rei tanquam bono viro credet: utilem illam sibi judicabit, tutam, prosperam. Eumdem locum habebit apud illum honesta res, sed tristis atque aspera, quem vir bonus, pauper, aut exsul, ac pallidus. Agedum pone ex alia parte virum bonum, divitiis abundantem; ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque æque vir erit bonus, etiam si fortuna dispari utetur. Idem, ut dixi, in rebus judicium est, quod in hominibus: æque laudabilis est virtus in corpore valido ac libero posita, quam in morbido ac vincto. Ergo tuam quoque virtutem non magis laudabis, si corpus illibatum [2] fortuna præstiterit,

1. *Minuta lumina.* Ex ora Erasmicæ recepit Muretus *minora l.*, quum editum esset habeantque mss. *minuta lumina.* Neque repudiari decuit: nam solem si contra compares, omnia lumina sunt minuta. Per se magna comparatio reddit exigua. Præfat. Nat. Quæst. totum mundum considerans de terrarum orbe ait: *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni dividitur?* Sic quæ sequuntur elegantia de formicis. *Gronov.*—Si vir egregius meminisset loci Ciceron. de Finib. III, 14 init. eamdem quidem sententiam sed alio modo tulisset. Ex græco fonte utrumque hausisse mihi persuadeo, quem Noster suo more usurpavit. Cicero habet: *Ut enim obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernæ; et ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ.* Senecæ et Ciceronis loca perquam similia esse quivis videt. Jam quum apud Nostrum *nimbus* i. e. pluvia habetur, τὸ *stilla muriæ* corruptum esse puto et emendandum: *stilla pluviæ.* Sed hæc obiter moneo. *Ruhk.*

2. *Corpus illibatum.* Hoc vocab. unice verum mihi visum erat, quod

Digitized by Google

quam si ex aliqua parte mutilatum[1] : alioqui hoc erit,
23 ex servorum habitu dominum æstimare[2]. Omnia enim
ista, in quæ dominium casus exercet, serva[3] sunt, pecunia, et corpus, et honores; imbecilla, fluida, mortalia, possessionis incertæ. Illa rursus libera et invicta, opera Virtutis : quæ non ideo magis appetenda sunt, si benignius a fortuna tractantur; nec minus, si aliqua iniquitate rerum premuntur. Quod amicitia in hominibus est,
24 hoc in rebus appetitio. Non, puto, magis amares virum bonum locupletem, quam pauperem; nec robustum et lacertosum, quam gracilem, et languidi corporis; ergo ne rem quidem magis appetes[4] hilarem et pacatam, quam distractam et operosam. At si hodie magis[5] diliges, ex duobus æque bonis viris, nitidum et unctum, quam pulverulentum et horrentem; deinde huc usque pervenies, ut magis diligas integrum omnibus membris et il-

ex uno suorum codicum Opsopœus, et e duobus aliis Gronovius protulit: latebatque idem vocab. sub corrupto *illi tuum*, quod est in Arg. *b.* et Par. *b.* Quæ illi vel substituuntur vulgo, vel ab aliis adjiciuntur, *illæsum*, et *integrum*, interpretamenta sunt ex sequentibus *integrum omnibus membris et illæsum*, § 24 fin. adscita. *S.*

1. *Mutilatum.* Jungit *mutilatum multatum* Ruhk. cum codd. Opsop. et Gron. quibus accedit Arg. *b.* et Par. *a. d.* Mihi satis fuit prius, quod unum agnoscunt *R. A. c.* cum editis ante Ruhk. *S.*—Vide, inquit Gronov., qui tuetur *mutilatum multatum*, Gruteri notas et simul appendicem, apparebitque, veriorem scripturam esse, quam edidimus. Eamdem præcipiunt Erf. et Heins.—Vulgatum erat : *Ergo tua quoque virtus non magis laudabilis, si corpus illæsum tibi et integrum fortuna præstiterit, quam si ex aliqua parte mutilatum. Ruhk.*

2. *Ex servorum habitu dominum æstimare.* Si servi bene culti, formosique, aut deformes sint, inde judicare, dominum quoque eadem cum servis conditione uti. Virtus autem non est serva fortunæ. *Ruhk.*—Hæc memoriam renovant istius Calvisii Sabini de quo mentio ab auctore facta est Epist. XXVII, qui se doctum putabat, quod imperabat pluribus servis, qui sibi petenti versus poetarum suppeditarent.

3. *Serva* restitui recte ex tribus Gall. Erf. Heins. et uno Pal. Gronovius.

4. *Magis appetes.* Sic edd. inde ab Erasm. Poterat adjici, *aut amabis*, quod dabant *A. R. b. c.* Par. *a. b. d.* et Grut. *Schw.*

5. *At si hodie magis*, etc. Inepte

Digitized by Google

læsum, quam debilem aut luscum : paulatim fastidium 25
tnum illo usque procedet, ut ex duobus æque justis ac prudentibus, comatum et crispulum malis, quam recalvum[1]. Ubi par est in utroque virtus, non comparet aliarum rerum inæqualitas ; omnia enim alia non partes, sed accessiones sunt. Nam quis tam iniquam censuram inter suos agit, ut filium sanum, quam ægrum, magis diligat ? procerumve et excelsum, quam brevem aut modicum ? Fœtus suos non distinguunt feræ, et se in alimen- 26
tum pariter omnium sternunt ; aves ex æquo partiuntur cibos. Ulysses[2] ad Ithacæ suæ saxa sic properat, quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. — Quorsus hæc pertinent ? — Ut scias, Virtutem omnia opera, velut fœtus suos, iisdem oculis intueri, æque indulgere omnibus, et quidem impensius, laborantibus : quoniam quidem etiam parentum amor magis in ea, quo- 27
rum miseretur, inclinatur[3]. Virtus quoque opera sua, quæ videt affici et premi, non magis amat, sed, parentum bonorum more, magis complectitur ac fovet. — Quare non est ullum Bonum altero majus ? — Quia non

vulgo *Et si hoc est, magis* etc. *At si hoc est* dabat ed. *A.* et ms. *c.* Nos ex conject. *at si hodie* scripsimus ; quo refertur quod mox sequitur, *deinde ;* rursusque, *paulatim. Schw.*

1. *Quam recalvum* ed. *R.* Sequioris ævi videtur esse *recalvastrum*, vulgatum ab Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* Desunt duo verba mss. Arg. *b.* et Par. *a. b. d. Schw.*

2. *Ulysses... muros.* De Ulysse et Agamemnone omnia vel ex Virgilio Ovidioque nota sunt. *Ithaca* fuit insula saxosa, et *Mycenarum muri nobiles* (Εὐκτίμενον πτολίεθρον vocat Homerus II, β, 569) vel propter claritatem regum, vel quod a Cyclopibus exstructi ferebantur. Pausan. VII, 25, p. 331 ed. Facii. *Rühk.*

3. *Inclinatur.* Sic editio vetus et quinque Palatini. Recte restituit Gronov. qui addit : male mutarunt in *inclinat.* Epist. sequenti : *ver aperire se cœpit, sed jam inclinatum in æstatem.* Lib. II de Ira 19, 4. *Inclinatum calorem frigus insequitur. R.* — Auctor Thebaidis : « Quo causa melior, sorsque deterior trahit Inclinat animus, semper infirmo favens, Miseros magis Fortuna conciliat suis. »

Digitized by Google

est quidquam apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere, hoc magis par esse alicui, quam illud : ergo nec honesto honestius quidquam est.

28 Quod si par omnium virtutum natura est, tria genera bonorum [1] in æquo sunt. Ita dico : in æquo est moderate gaudere, et moderate dolere; lætitia illa non vincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus devorantem. Illa bona optabilia sunt; hæc mirabilia : utraque nihilo minus paria; quia, quidquid incommodi est, velamento majoris boni tegitur [2]. Quisquis hæc imparia judicat, ab ipsis virtutibus avertit oculos, et exteriora circumspicit.

29 Bona vera idem pendunt, idem patent [3]; illa falsa multum habent vani. Itaque speciosa, et magna contra visentibus [4], quum ad pondus revocata sunt, fallunt [5].

Ita est, mi Lucili, quidquid vera Ratio commendat, solidum et æternum est, firmat animum, attollitque, semper futurum in excelso : illa, quæ temere laudantur, et vulgi sententia bona sunt, inflant inanibus lætos. Rursus ea, quæ timentur tanquam mala, injiciunt formidinem mentibus, et illas non aliter, quam animalia

30 species periculi, agitant. Utraque [6] ergo res sine causa

Noster Consol. ad Helv. cap. ult. « Necesse est, quum omnia feceris, mater, cogitationes tuas subinde ad me recurrere, nec quemquam ex liberis frequentius tibi obversari : non quia alii minus cari sint, sed quia naturale est manum sæpius referre ad id quod doleat. »

1. *Tria genera bonorum.* Cf. § 4 et 34. Sunt tamen Stoicis aliæ bonorum divisiones, quas expositas videbis a Lipsio Manud. II, 22. Tiedemann. *System. der stoisch. Phil.* III, p. 72 sqq. *Ruhk.*

2. *Velamento majoris boni tegitur.* Ut supra dixit *virtute enim obruitur.*

3. *Bona vera idem pendunt, idem patent. Lagrange* vertit : *Tous les vrais biens ont le même poids, le même volume.*

4. *Magna contra visentibus.* Quæ magna videntur eis qui illa fixo obtutu hiantes intuentur.

5. *Fallunt.* Int. prope nulli ponderis reperiuntur, falluntque expectationem. Hanc phrasin sic vertit *Lagrange : Ils paraissent immenses à la vue; mais bientôt la balance détrompe les yeux.*

6. *Utraque... diffundit*, lætum fa-

Digitized by Google

animum et diffundit, et mordet: nec illa gaudio, nec hæc metu digna est. Sola Ratio immutabilis et judicii tenax est; non enim servit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto; ergo et virtus virtuti[1]: virtus non aliud quam recta ratio est. Omnes virtutes rationes sunt[2]: si rationes sunt, rectæ sunt: si rectæ sunt, et pares sunt. Qualis ratio est[3], tales et actiones sunt; ergo omnes pares sunt: nam quum[4] similes rationi sint, similes et inter se sunt. Pares autem actiones inter se esse dico, quia rectæ sunt[5] et honestæ: cæterum magna habebunt discrimina, variante materia; quæ modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis, modo ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis id, quod optimum est, par est; hone-

cit, διαχέει. Hæc est stoica voluptatis definitio: Sublatio animi sine ratione, opinantis se magno bono frui, ap. Cic. de Fin. II, 4, et Tusc. III, 11, ubi expressa sunt græca, qualia leguntur ap. Diog. Laert. VII, 114, ubi vid. Menag. ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις, ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν, ubi et metus ἄλογος ἔκκλισις, opinio impendentis mali quod intolerabile esse videatur. Cic. Tusc. IV, 7. *R.*

1. *Ergo et virtus virtuti: virtus non aliud quam recta ratio est.* Vulgo, *ergo et virtus, quæ non aliud est quam recta ratio:* ubi pronomen *quæ* ex Mureti ing. adjectum; nam ed. *R.* cum msstis nude, *ergo et virtus non aliud*, etc. Vitiosum locum, et haud dubie defectum, facili conjectura a nobis completum et persanatum existimo. *Schw.*

2. *Omnes virtutes rationes sunt: si rationes sunt; rectæ sunt.* Et hic rursus defectu laborabat vulgata scriptura: *Omnes virtutes rationes rectæ sunt.* Sed hoc rursus a Mureto erat; nam editiones vett. cum msstis sic habebant, *Omnes virtutes rationes sunt. Rationes sunt, si rectæ sunt. Si rectæ sunt, et pares sunt.* Manifestum autem nobis videbatur, leviter invertendum esse medium argumentationis membrum, in eum modum quo edidimus. *Schw.*

3. *Qualis ratio est, tales et actiones sunt.* Quia actiones e ratione oriuntur.

4. *Nam quum... honestæ.* Male Stoicos interpretareris, nisi putares, omnes perfectas virtutes eos dicere esse similes inter se, ita ut temperantia non potior sit alia temperantia, et omne discrimen inter prudentiam et temperantiam, etc. tolli, quum materia variet. Nihil, Noster ait supra § 8, invenies rectius recto, etc. In abstracto, quod dicimus, hæc similitudo a Nostro non rejecta est, quippe quæ virtute continetur, s. eo, quod optimum est. Idem judicare video egregium Tiedemann. III, p. 15, 2. *R.*

5. *Quia rectæ sunt:* et infra *quia*

Digitized by Google

stæ sunt[1]. Tanquam viri boni omnes pares sunt, quia boni sunt : sed habent differentias ætatis; alius senior est, alius junior : habent corporis; alius formosus, alius deformis est : habent fortunæ; ille dives, hic pauper est; ille gratiosus, potens, urbibus notus et populis; ignotus hic plerisque, et obscurus. Sed per illud, quod boni sunt, pares sunt.

33 De bonis[2] ac malis sensus non judicat : quid utile[3] sit, quid inutile, ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem præsentem perductus est; nec futuri providus est, nec præteriti memor; quid sit consequens, nescit. Ex hoc[4] autem rerum ordo seriesque contexitur, et unitas vitæ per rectum itura[5]. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum; aliena et externa pro vilibus habet, et ea quæ neque bona sunt, neque mala, accessiones[6] mini-

boni sunt. Utrobique *quia* dedere edit. vett. cum msstis; non *qua*, quod ex Erasmi conj. posuit Mur. *Schw.*

1. *Honestæ sunt.* Duo verba, quæ desiderantur vulgo, abjecta ab Erasmo, restitui ex eisdem edd. vett. et msstis. *Schw.*

2. *De bonis... sens. n. jud.* etc. Spectant hæc ad doctrinam stoicam et a Garvio nuper bene expositam l. 1, p. 67 sqq. *Sensus* s. illæ appetitiones animi, ὁρμαί, prima s. principia naturæ tractant, unde officia τὰ καθήκοντα, actiones quæ decent, ideoque adiaphora sunt Stoicis, neque ad beatitudinem quidquam conferunt, originem habent. Sed nondum his reperta est regula certa, ad quam actiones semper dirigantur : adhuc animus continuo mutatur et incerto vitæ tramite pergit, dum accesserit ratio atque sapientia cum virtute, unde tandem certa totius vitæ norma exoritur, ideoque summum bonum, ut congruenter naturæ convenienterque vivamus. Cf. Cic. de Fin. III, 6 sqq. *R.*

3. *Quid utile sit.* Sic vett. libri omnes. Mire, *quid utile, scit*, ed. Lips. casu, puto, non editoris consilio : ineptam scripturam fideliter tamen propagarunt alii editores. *Schw.*

4. *Ex hoc autem.* Scilicet, si futuri providus sis, memor præteriti, consequentis sciens.

5. *Per rectum itura.* Sic ed. *R.* cum cod. Siculo Mureti, et Nicotiano Opsop. quibus accedit Par. *a.* Hinc corrupte *perfectum it* Par. *b. d.* dein *ad perfectum* Arg. *b.* et alii : *in perfectum* ed. Erasm. et seqq. cum ed. *A.* ms. *c.* et Pal. sec. Pro *itura* exspectaveram *ituræ*, sed in hoc verbo nil mutant libri. *Schw.*

6. *Accessiones*, ἐπιγεννήματα (Diog. Laert. VII, 86, ibi Menag.) quæ Cicero de Fin. III, 9, postera et consequentia, ἐπιγεννηματικὰ appellat, ideoque adiaphora sunt. *Ruhk.*

Digitized by Google

mas ac levissimas judicat : omne illi bonum in animo est. Cæterum bona quædam[1] prima existimat, ad quæ ex 34
proposito venit[2], tanquam victoriam, bonos liberos, salutem patriæ : quædam secunda, quæ non apparent nisi in rebus adversis ; tanquam æquo animo pati morbum magnum, exsilium : quædam media, quæ nihilo magis secundum naturam sunt, quam contra naturam ; tanquam prudenter ambulare[3], composite sedere. Non enim minus secundum naturam est, sedere, quam aut stare, aut ambulare. Duo illa bona[4] superiora diversa sunt : 35
prima enim secundum naturam sunt, gaudere liberorum pietate, patriæ incolumitate ; secunda contra naturam sunt, fortiter obstare tormentis, et sitim perpeti morbo urente præcordia. — Quid ergo ? aliquid contra naturam bonum est ? — Minime ! sed id aliquando contra naturam est, in quo bonum illud exsistit : vulnerari enim, et 36
subjecto igne tabescere, et adversa valetudine affligi, contra naturam est ; sed inter ista servare animum infatigabilem, secundum naturam est. Et ut, quod volo, exprimam breviter, materia boni aliquando contra naturam est, bonum nunquam ; quoniam bonum sine ratione nullum est, sequitur autem ratio naturam. Quid est ergo

1. *Cæterum bona quædam.* Aberat vulgo vox *bona*, a Mureto abjecta : sed dedere eam edd. vett. cum mss. Arg. Par. et Grut. *Schw.*

2. *Prima.... ad quæ ex proposito venit.* Quæ (bona) obtinere conatur propter se, quia per se grata sunt ; dum secunda, quæ versantur in tolerando dolore, non quærit ultro, sed usurpat quum occasio postulat.

3. *Prudenter ambulare.* Forte *pudenter ;* ut Ciceroni *pudenter vivere.* Noster hac ipsa Epistol. LXVI, 5 : *Modestus incessus et compositus ac probus vultus. Gron.* — Enimvero et *prudenter* defendi potest propterea, quod prudentia ad officia, τὰ καθήκοντα pertinet, i. e. ad decoras actiones, ideoque hic synonymum est τοῦ *decore* et *decenter. Ruhk.* — Addi potest quod hoc ipso loco quem supra attulit Gronov. est : *et conveniens* prudenti *viro gestus.*

4. *Duo illa bona superiora.* Facilius hoc loco careas vocab. *bona* quam supra (vid. not. 1 huj. pag.) : sed rursus abjectum a Mur. restitutum voluere veteres libri omnes. *Schw.*

Digitized by Google

Ratio[1] ? Naturæ imitatio. Quod est summum hominis Bonum ? Ex naturæ voluntate se gerere.

37 Non est, inquit, dubium[2], quin felicior pax sit nunquam lacessita, quam multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior[3] res sit inconcussa valetudo, quam ex gravibus morbis et extrema minitantibus in tutum vi quadam et patientia educta. Eodem modo non erit dubium, quin majus bonum sit gaudium, quam obnixus animus[4] ad perpetiendos cruciatus vulnerum aut
38 ignium. — Minime ! Illa enim, quæ fortuita sunt, plurimum discriminis recipiunt ; æstimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est, consentire naturæ : hoc contingere[5], in omnibus par est. Quum alicujus Senatus[6] sententiam sequitur, non potest dici : Ille magis assentitur, quam ille ; ab omnibus in eamdem sententiam itur. Idem de virtutibus dico ; omnes naturæ assentiuntur : idem de bonis dico ; omnia naturæ
39 assentiuntur. Alter adolescens decessit, alter senex, aliquis præter hos infans, cui nihil amplius contigit, quam prospicere vitam : omnes hi æque fuere mortales, etiam si mors aliorum longius vitam passa est procedere, aliorum

1. *Quid est... ratio... gerere.* Quum primum ratio ad liquidum exploraverit, illa prima s. principia naturæ, τὰ πρῶτα, cupidinem sciendi, habendi, gloriæ, etc. quibus homines moveri solent, nihil nisi vias esse ad summum bonum perveniendi, illud ipsum eo contineri videt, ut illæ appetitiones animi atque actiones bene distinctæ ordinatæque ad convenientiam, ὁμολογίαν, cum natura dirigantur. Cic. de Fin. III, 6. Cf. Lipsii Manud. II, 13 sqq. *Ruhk.*

2. *Non est... dubium.* Hæc objectio est, cui postea respondet : *Minime*, etc.

3. *Felicior res.* Posteriorem vocem dederunt edd. *R.* et *A.* cum mss. Par. *a. b. d.* Abest aliis. *Schw.*

4. *Obnixus animus.* Unice hoc probavi, quod dedit ms. Pal. sec. Alii vulgo *obnoxius*. *Schw.*

5. *Hoc contingere.* Restitui verbum abjectum a Mur. quod vett. libri omnes communi consensu agnoscunt. *Schw.*—Int. Si hoc contingit ut naturæ consentiant, omnia sunt æque bona.

6. *Senatus.* Probavi hoc, quod dedit Pal. sec. et Mureti vetus codex. Alii vulgo *in senatu*. *Schw.*

Digitized by Google

in medio flore præcidit, aliorum interrupit ipsa principia [1]. Alius inter cœnandum solutus est; alterius continuata mors somno est; aliquem concubitus exstinxit. His 40
oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina, aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim [2]: aliquorum melior dici, aliquorum pejor potest exitus; mors quidem omnium par est. Per quæ venit, diversa sunt; id, in quod desinunt, unum est. Mors nulla major, aut minor est; habet enim eumdem in omnibus modum, finisse vitam. Idem tibi de 41
bonis dico: hoc bonum inter meras voluptates est; hoc inter tristia et acerba: illud fortunæ indulgentiam [3] rexit; hoc violentiam domuit: utrumque æque bonum est, quamvis illud plana emolliverit, hoc aspera. Idem finis omnium est: bona sunt, laudanda sunt, virtutem rationemque comitantur; Virtus æquat inter se quidquid agnoscit.

Nec est quare hoc inter nostra placita mireris. Apud 42
Epicurum [4] duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur: ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Hæc bona non crescunt, si plena sunt: quo enim crescet quod plenum est? Dolore corpus caret; quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi, et placidus est; quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas cæli non recipit majorem adhuc claritatem, in sincerissimum

1. *Ipsa principia* ed. *R.* et mss. Arg. *b. c.* et Par. *a. b. d.* Abest vulgo prior vox. *Schw.*

2. *Aut per longam.... minutatim.* Hæc referuntur ad eos qui supplicii causa torquebantur a carnificibus, ut vertit *Lagrange: Torturés lentement par le tiraillement successif de tous leurs membres.*

3. *Fortunæ indulgentiam rexit.* Int. Huic soli studuit ut fortunæ bonis bene et moderate uteretur.

4. *Apud Epicurum.* Vide Cic. de Fin. I, 9 sq. Diog. Laert. X, 128-130,

Digitized by Google

43 nitorem repurgata; sic hominis, corpus animumque curantis, et bonum suum ex utroque nectentis, perfectus est status, et summam voti sui invenit, si nec æstus animo est, nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum; sed, ut ita dicam, condiunt et oblectant : absolutum enim illud humanæ na-
44 turæ bonum, corporis et animi pace contentum est [1]. Dabo apud Epicurum tibi etiam nunc simillimam huic nostræ divisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum, quæ malit contingere sibi, ut corporis quietem, ab omni incommodo liberam; et animi remissionem, bonorum suorum contemplatione gaudentis : alia sunt, quæ, quamvis nolit accidere, nihilo minus et laudat et comprobat : tanquam illam, quam paulo ante dicebam, malæ valetudinis et dolorum gravissimorum perpessionem, in qua
45 Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo. Ait enim [2] : « se vesicæ et exulcerati ventris tormenta tolerare, ulteriorem doloris accessionem non recipientia; esse nihilo minus sibi illum beatum diem. » Beatum autem agere, nisi qui est in summo bono, non potest. Ergo et apud Epicurum sunt hæc bona, quæ malles non experiri; sed, quia ita res tulit [3], et amplexanda, et laudanda,
46 et exæquanda summis sunt. Non potest dici, hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit.

et Garvium l. l. pag. 90 sqq. *Ruhk.*

1. *Corporis...est.* Int. perfectum est, si corpus animusque pace fruuntur.

2. *Ait enim.* Epistolam hanc conservavit Diog. Laert. X, 22; ubi vid. Menagius. Est hæcce : « ἤδη δὲ τελευτῶν γράφει πρὸς Ἰδομενέα τήνδε ἐπιστολήν. Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί· στραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους· ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμη. » Cic. de Fin. II, 30, convertit hanc epistolam. Conf. Sen. Epist. XCII, 24. *Ruhk.*

3. *Quia ita res tulit.* Quia necesse

Digitized by Google

Permitte mihi, Lucili, virorum optime, aliquid audacius dicere : si ulla bona majora esse aliis possent, hæc ego, quæ tristia videntur, mollibus illis et delicatis prætulissem. Majus est enim perfringere difficilia, quam læta moderari. Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem bene, et ut calamitatem fortiter ferat. Æque esse fortis 47
potest, qui pro vallo securus excubuit, nullis hostibus castra tentantibus; et qui, succisis poplitibus, in genua se excepit, nec arma dimisit. *Macte virtute esto!* sanguinolentis et ex acie redeuntibus [1] dicitur. Itaque hæc magis laudaverim bona exercitata et fortia, et cum fortuna rixata. Ego cur dubitem, quin magis laudem truncam il- 48
lam et retorridam manum Mucii [2], quam cujuslibet fortissimi salvam? Stetit hostium flammarumque contemptor, et manum suam in hostili foculo distillantem perspectavit; donec Porsenna [3], cujus pœnæ favebat, gloriæ invidit, et ignem invito eripi jussit. Hoc bonum quidni inter prima numerem, tantoque majus putem, quam illa secura et intentata fortunæ, quanto rarius est, hostem amissa manu vicisse, quam armata? — Quid ergo? inquis : hoc bonum tibi optabis? — Quidni? hoc enim, 49
nisi qui potest et optare, non potest facere. An potius

est, et eo adduceris, ut hæc pati debeas.

1. *Sanguinolentis et ex acie redeuntibus.* Abesse malueram copulam *et;* sed omnes eam libri, quos novimus, agnoscunt. *Schw.*

2. *Mucii.* Notissimum illud vel ex Livio lib. II, cap. 12, imo ex Nostro, de Provid. III med. et multis aliis.

3. *Donec Porsenna, cujus pœnæ favebat, gloriæ invidit.* Vertit *Lagrange : Jusqu'à ce que Porsenna, insensible à son supplice, mais jaloux de sa gloire*, etc. Non putamus talem esse auctoris sensum : nempe *cujus* verbo *Porsenna* referendum esse patet. Revera favebat Mucius pœnæ Porsennæ, sc. pœnæ quam rex ille occisori suo destinabat : ipse enim Mucius pœnam hostilem ante occupaverat; ultionis cupidini qua Porsenna flagrare debuit, indulgebat, quoniam ipse sui facinoris a se petebat ultionem. Sed hostis invidit gloriæ. Forsan et simpliciter exponi posset : Donec Porsenna invidit gloriæ illius,

Digitized by Google

optem, ut malaxandos [1] articulos exoletis meis porrigam? ut muliercula, aut aliquis in mulierculam ex viro versus, digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mucium, qui sic tractavit ignem, quam si illam manum tractatori [2] præstitisset? In integrum restituit quidquid erraverat [3]: confecit bellum inermis ac mancus, et illa manu trunca reges duos vicit [4]. Vale.

cujus pœnæ favebat, id est, cujus supplicium expetebat.

1. *Malaxandos* ed. *R.* cum mss. Par. *b.* et *d.* et alio apud Ops. Perperam alii *laxandos*, *mihi laxandos*, *male laxandos*. Vulgo *malacissandos* edd. a Mur. ex Agricolæ conjectura. *Schw.*

2. *Tractatori.* Ita dicti, quos in prioribus lineis descripsit, qui manu artifice membra et plurimum manus digitosque ducebant et leniter trahebant. Martialis III, 82, 13. « Percurrit agili corpus arte tractatrix. » Describit pulchre Clearchus apud Athenæum lib. VI, in deliciis et mollitie Paphi cujusdam adolescentis: « Jacebat quidem ille, inquit, in lectulo, sed ad pedes lecti sedebat quispiam, qui ejus pedes genibus suis impositos tenui panniculo confoveret. Quid autem præterea fecerit, vel silente me non obscurum. Deinde alius ad ipsum lectum sedens, cum adolescens manum suam velut languidam remisisset, ille appronans se et huic accidens (ἐκκρεμάμενος ταύτῃ καὶ προσπεπτωκὼς), demulcebat eam et contrectabat, digitorum singulos trahens et extendens per vices: ita ut qui primus illum cucurbitam vocavit, ingeniose et feliciter dixisse videatur. » Vetus aliquis scriptor aut certe ex veteri Joannes Sarisberiensis, hæc sic narrat, ut ex Clearcho translata dicas lib. III. Policratici, cap 13: « Quum lascivientis divitis luxus libidini vota sua præcingit, recumbentis pedes calamistratus comatulus excipit: et in aliorum conspectu pedes, et ne plus dicam, teneris manibus tibias tractat. Chirotecatus enim incessit diutius, ut manus soli subtractas emolliret ad divitis usum. Deinde licentia paulum procedente totum corpus impudico tactu oberrans prurigi-nem scalpit, quam fecit, et ignes veneris languentibus inflammat.» Finem hic etiam fœdæ tractationis habes: denique et manus Tractatoris mollicellas, chirotecarum usu a sole defensas. *Lipsius.*

3. *In integrum restituit quidquid erraverat.* Int. Sic obtinuit ut error suus, quo Porsennæ aulicum pro ipso Porsenna occiderat, non noceret; nec minus suum finem, nempe ut Roma obsidione liberaretur, assecutus est. Vertit *Lagrange : Qu'il a bien réparé sa méprise!*

4. *Confecit bellum inermis ac mancus, et illa manu trunca reges duos vicit.* Porsennam et Tarquinium, cujus partes Porsenna defendebat.

Digitized by Google

EPISTOLA LXVII.

QUIDQUID BONUM EST, OPTABILE ESSE.

Paucis quibusdam de senectutis suæ imbecillitate præmissis, ejus oblectationem, libellos laudat, et epistolas a Lucilio sibi missas. Qui quum nuper a nostro quæsivisset, an omne bonum optabile sit, hujus epistolæ occasionem præbet, in qua hanc quæstionem explicat et affirmat. Etiamsi materia, ait, in malis numeranda sit, tamen in ea virtutem ostendi, ut in morbo, tormentisve. Fortitudinem et patientiam, addit, esse optabile bonum, non mortem, tormentum, etc. si per se considerantur. Accedit, quod virtutes inter se aptæ nexæque sint. — Sunt et hæc pulchra, fortis, germani Stoici, recte ait Lipsius.

Cæterum hanc epistolam cum superiore arcte cohærere, et in ea semina eorum quæ hic dilatantur jacta esse, quivis intelliget. Conf. Argument.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ut a communibus initium faciam, ver aperire se cœpit: sed, jam inclinatum in æstatem, quo tempore calere debebat, intepuit, nec adhuc illi fides est; sæpe enim in hiemem revolvitur. Vis [1] scire, quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigidæ meræ [2], adhuc rigorem ejus

1. *Vis.... infringo.* Significat, se *frigida* aqua plane nondum uti ad lavandum, ut alioquin solitus sit, idque ob aeris adhuc intemperiem. Sed, inquit, *rigorem ejus infringo*, mitigo tepida aqua infusa. Hinc *nec calidum... pati* explices. Nostrum autem fuisse alias psychroluten, nunquam balneis et lotione calida usum, patet ex Epist. LIII init. et LXXXIII, 5, ubi ipsa hæc interpretatur.

2. *Nondum me committo frigidæ meræ.* Sic ex conject. scripsi, cum quo perapte jungitur id quod sequitur, *adhuc rigorem ejus infringo*, quæ ipsa verba (varie in aliis corrupta) sic, ut vulgo edebantur, *frigidæ* scripta exhibet ms. Arg. *b.* cum Par. *b.* In priori membro idem ms. Arg. *b. frigide vere* suo more scriptum dat, i. e. *frigidæ veræ*, quod et ipsum utcumque ferri poterat; sed aptius erat *meræ*, et satis apparet quid deceperit scribas ut vocabulum *vere* hic inveherent. *Frigido vere* est in Par. *b. Frigido veri* in *R. A. c.* Par. *a* et in Gruteri codd. *Frigido aeri* ed. Mur. quod in uno cod. se reperisse aiebat Pinc. Nude *frigidæ* ed. Lips. et sqq. quod Nic. Faber in Præf. ad Senecæ

Digitized by Google

infringo. — Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati[1]. — Ita est, mi Lucili : jam ætas mea contenta est
2 suo frigore[2]; vix media regelatur æstate. Itaque major pars in vestimentis[3] degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo affixit[4]. Quidni gratias illi hoc nomine agam? quidquid debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando interveniunt epistolæ tuæ, tecum esse mihi videor, et sic afficior animo, tanquam tibi non rescribam, sed respondeam. Itaque et de hoc, quod quæris, quasi colloquar tecum, quale sit, una scrutabimur.

3 Quæris[5], *An omne bonum optabile sit?* « Si bonum est, inquis, fortiter torqueri, et magno animo uri, et patienter ægrotare, sequitur ut ista optabilia sint : nihil autem video ex istis voto dignum. Neminem certe adhuc

opera pag. 9, commendaverat. De re ipsa confer. Epp. LIII, et LXXXIII. *Schw.*

1. *Hoc est, inquis, nec calidum, nec frigidum pati. Lagrange* vertit : *C'est être trop frileux, direz-vous.* Videtur *nec calidum* expunxisse, profecto ut sensus conveniret cum præcedenti versione : nam vertit supra quasi habuisset *frigido aeri : Je n'ose m'exposer à l'air, je m'arme encore contre le froid.*

2. *Jam ætas mea contenta est suo frigore :* h. e. frigus, quod ætati meæ proprium est, cogit eam sibi fines constituere, extra quos egredi non debet. Sic continentur i. e. temperantur, reguntur cupiditates etc. *R.* — Melius interpreteris : quum jam corpus per ætatem frigidum sit repugnat me committere alieno frigori (sc. aquæ frigidæ).

3. *Vestimentis*, i. e. lecto.

4. *Quod me lectulo affixit* studendi causa. Egregie usus est post Muretum hoc loco Bentleius ad Horat. I Serm. I, 80, 81 : « At si condoluit tentatum frigore corpus, Aut alius casus lecto te affixit », ad lectionem ap. Horat. vulgatam defendendam. *R.* — *Lectulo* lucubratorio, non dormitorio : nam et hos veteres habebant : atque homines quieti aut litteris operati, fere semper in lecto. Juvenalis de iis : « Est genus ignavum, quod lecto gaudet et umbra. » Seneca Ep. LXXII. « Quædam sunt, quæ possis et in cisio scribere, quædam lectum et otium desiderant. »

5. *Quæris.... longior factus.* Hanc propositionem, s. soriten : (Bonum omne esse optabile, ideoque expetendum, et laudabile : laudabile autem omne honestum; igitur omne bonum, honestum), a Platonicis et Peripateticis acerrime esse impugnatam, constat. Vide modo Cic. de Fin. IV, 18. Recte respondet Noster : bo-

Digitized by Google

scio eo nomine votum solvisse, quod flagellis cæsus esset, aut podagra distortus, aut equuleo longior factus. » — Distingue, mi Lucili[1], ista; et intelliges, esse in his 4 aliquid optandum. Tormenta abesse a me velim; sed, si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram, optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? sed, si inciderit, ut vulnera, ut famem, et omnia, quæ bellorum necessitas affert[2], generose feram, optabo. Non sum tam demens, ut ægrotare cupiam; sed, 5 si ægrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam, optabo. Ita non incommoda[3] optabilia sunt, sed Virtus, qua perferuntur incommoda. Quidam 6 ex nostris[4] existimant, tormentorum[5] fortem tolerantiam

num non contra naturam esse potest: sed hoc cadit interdum in materiam, in qua bene tractanda bonum cernitur. Nullum enim bonum sine ratione est, quæ ad naturam se attemperat. Quæ hactenus optime cohærent cum scito Stoicorum, quo nulla bona præter animi agnoscunt, atque ideo jubent, ut omnibus, quæ ad corpus spectent, proinde omnibus externis despectis et calcatis, una ratio et virtus imperium habeant. *Ruhk.*

1. *Distingue, mi Lucili.* Brevis et expedita mihi distinctio videtur ea quæ traditur ab Aristotele, libro septimo Politicorum: bona quædam simpliciter optabilia esse, quædam ἐξ ὑποθέσεως. Bonum et optabile simpliciter est, nullum facinorosum esse in civitate: sed si qui sint; hoc posito, bonum et optabile est, pœnas ab eis exigi. Sic non ægrotare, simpliciter bonum et optabile est; sin aliter evenerit, morbum magno et forti animo ferre. Eadem cæterorum omnium ratio est. *Lipsius.*

2. *Necessitas affert.* Vulgo *necessitas fert*, contra quam libri nostri omnes. *Schw.*

3. *Incommoda.* Ἀποπροηγμένα, rejecta, omni æstimatione carentia. Opponuntur commodis, quæ usum, χρείαν, sed nullam utilitatem, ὠφέλειαν, habent: hinc εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα vocata. Cf. ad Epist. LVI, 16. *Ruhk.*

4. *Quidam ex nostris*, quinam hi Stoici fuerint, ignoramus. Posuisse autem fortem hanc tolerantiam in iis, quæ neque bona, neque mala sunt, ἐν τοῖς ἀδιαφόροις, facile patet. *Ruhk.*

5. *Tormentorum fortem tolerantiam.* Loco primi vocabuli, *R. A. b. c.* Par. *b.* et *Grut.* hæc duo habent, compendiose in plerisque scripta, *omnium nostrorum;* Par. *a. d. omnium virorum;* ed. Mur. et sqq. *omnino asperorum* ex Erasmi Append. Gronovius tamen putat antiquam lectionem fuisse *durorum*, aut *noxiorum*, suspicans in libro, unde hæc lectio manavit, fuisse, *urorum* ambigua nota τοῦ· *u* sicut *n* credi posset. Denique quum peraptum huic loco

Digitized by Google

non esse optabilem, sed ne abominandam quidem; quia voto purum bonum peti debet, et tranquillum, et extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum, quia fieri non potest, ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde, si Virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum, et omne bonum optabile est.
7 Deinde, etiam si tormentorum fortis patientia optabilis non est, etiam nunc interrogo: Numne[1] fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit et provocat: pulcherrima pars ejus, maximeque mirabilis, illa est, non cedere ignibus; obviam ire vulneribus; interdum tela ne
8 vitare quidem, sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est; et tormenta patienter ferre optabile est: hoc enim fortitudinis pars est.

Sed separa ista, ut dixi; nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto, *fortiter*; quod est virtus. — Quis tamen unquam hoc sibi optabit? — Quædam vota[2] aperta et professa sunt, quum particulatim fiunt; quædam la-
9 tent, quum uno voto multa comprehensa sunt. Tanquam, opto mihi vitam honestam; vita autem honesta actionibus

vocab. *tormentorum*, cum ex vet. libro, tum ex pag. seq. l. 5, commendasset Pincianus, eique suffragatus esset Gruterus, *omnium tormentorum* edidit Ruhk. Equidem inutilem vocem priorem abjeci, persuasum habens, ex solis duobus verbis *existimant tormentorum* natam esse vitiosam scripturam *existimant omnium nostrorum*, duobus posterioribus vocabulis (ut dixi) compendiose scriptis. *Schw.*

1. *Numne*. Poterat *nonne* teneri, ab Erasmo vulgatum. Sed *numne* dedit ed. Rom. Nude *ne* ed. *A.* et mss. *b. c. Schw.* — *Numne....pectore excipere*. Bene cum his conveniunt, quæ Cicero de Off. I, 19, 2, habet. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, quam eam virtutem esse dicunt propugnantem pro æquitate. *R.*

2. *Quædam vota.... comprehensa sunt*. Hæc est responsio objectioni: *Quis.... optabit?* non illud optamus aperte, sed hoc votum continetur et latet in aliis votis; nam quædam sunt vota professa, id est expressa singulatim: quædam, quanquam non expressa, comprehenduntur, etiamsi non attendamus, in votis expressis: cujus

Digitized by Google

variis constat : in hac est Reguli arca [1], Catonis scissum manu sua vulnus, Rutilii exsilium, calix venenatus, qui Socratem transtulit e carcere in cælum. Ita, quum optavi mihi vitam honestam, et hæc optavi, sine quibus interdum honesta non potest esse.

> ..... O terque quaterque beati,
> Queis, ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis
> Contigit oppetere [2]!

Quid interest, optes hoc alicui, an optabile fuisse fatearis? Decius [3] se pro republica devovit, et in medios hostes concitato equo, mortem petens, irruit. Alter post hunc, paternæ virtutis æmulus, conceptis [4] solemnibus ac jam familiaribus verbis, in aciem confertissimam incurrit, de hoc sollicitus tantum, ut litaret [5], optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo, an optimum sit, memorabilem mori, et in aliquo opere Virtutis? 10

Quum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus [6] utitur. Fortasse una [7] in promptu sit, et maxime appareat, patientia : cæterum illic est fortitudo; cujus patientia et perpessio et tolerantia rami sunt : illic est prudentia; sine qua nullum initur consilium, quæ sua- 11

rei ipse auctor in sequentibus affert exemplum.

1. *Reguli arca.* In qua clavis confixus stetit. Similia occurrunt, iisdem fere viris optimis in partem vocatis, in Senecæ libro de Providentia, cap. III, § 5, ubi quædam notavimus. *R.*

2. *Oppetere.* Virgilii versus sunt ex Æn. I, 93 sqq. *Ruhk.*

3. *Decius*, pater et filius pro exercitu et populo Romano diis manibus se devoverant. *Ruhk.*

4. *Conceptis solemnibus.* Formulam devovendi *concepta solemnia* vocat Noster, filio propter patrem jam familiaria, præeunte Pontifice maximo. Liv. VIII, 9; X, 26. Cf. Heusinger ad Cic. Off. I, 18, 9, qui loca classica veterum de hac re collegit. *Ruhk.*

5. *Litaret*, i. e. deos devotione sua sollemni propitiaret. *Ruhk.* — Mori certus, sed ex salute publica mori optans. Nonius Marcellus : « Sacrificare, est veniam petere, litare est propitiare, et votum impetrare. » *L.*

6. *Omnibus virtutibus.* Nam stoico scito, nexæ eæ inter se sunt. Vide me Manuduct. III, Dissert. IV. *Lips.*

7. *Fortasse una*, etc. Sic recte Arg.

Digitized by Google

det, quod effugere non possis, quam fortissime ferre: illic est constantia; quæ dejici loco non potest, et propositum nulla vi extorquente dimittit: illic est individuus
12 ille comitatus virtutum. Quidquid[1] honeste fit, una Virtus facit, sed ex consilii sententia[2]; quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab una fieri videtur, optabile est.

Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse, quæ per voluptatem et otium veniunt? quæ excipiuntur foribus ornatis[3]? Est quædam tristis voluptas[4]: bona sunt quædam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium
13 venerantiumque celebrantur. Ita tu non putas Regulum optasse, ut ad Pœnos perveniret? Indue magni viri animum, et ab opinionibus vulgi secede paulisper; cape, quantam debes, Virtutis pulcherrimæ ac magnificentissimæ speciem, quæ nobis non thure, nec sertis[5], sed sudore et sanguine colenda est! Aspice M. Catonem, sacro illi pectori purissimas manus admoventem, et vulnera parum
14 demissa laxantem! Utrum tandem illi dicturus es: Vellem, quæ velles[6]! et, Moleste fero! an: Feliciter, quod

b. Par. *b. d.* et codd. Grut. Vulgo, *utitur fortasse, cum una*, etc. *S.*

1. *Quidquid.... sententia.* Bene vertit *Lagrange: Toutes les actions honnêtes sont exécutées par une seule vertu, mais de l'avis de toutes.—Ex consilii sententia.* Quasi, antequam aliquid agatur, omnes inter se virtutes consulant, quid agendum sit.

2. *Ex consilii sententia.* Vulgo *de cons. sent.* a Mureto, non male, sed invitis libris omnibus. *S.*

3. *Foribus ornatis*, quæ in re læta lauru et lucernis solent obduci. Lipsii Elect. I, cap. 3. *Ruhk.*

4. *Est quædam tristis voluptas: bona sunt quædam vota.* Sic optime Arg. *b.* Et vocab. *bona*, quod abest vulgo, agnoscunt libri omnes. *S.*

5. *Non thure, nec sertis.* Corrupte ed. *R. non vere, nec sertis:* duo priora verba (quæ desunt vulgo) primus abjecit Erasmus, quum tamen recte in ed. Ven. *non thure* legeretur, quod ipsum etiam exhibet ms. Arg. *b.* In alia discedunt ed. *A.* et ms. *c.* in quibus *non sertis et floribus. Schw.*

6. *Vellem quæ velles.* Lectio est mss. Defendit eam Muretus IX, 8. Varr. Lectt. Erasmus ex melioribus codd. eruisse Grutero videbatur: *Nollem, quæ velles.*—Cui boni et secun-

Digitized by Google

agis! Hoc loco mihi Demetrius[1] noster occurrit, qui vitam securam et sine ullis fortunæ occursionibus[2] *mare mortuum* vocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cujus denuntiatione et incursu firmitatem animi tui tentes, sed in otio inconcusso jacere, non est tranquillitas; malacia[3] est. Attalus[4] Stoicus dicere solebat: « Malo me fortuna in castris suis, quam in deliciis habeat. Torqueor; sed fortiter: bene est! Occidor; sed fortiter; bene est! » Audi Epicurum[5], dicet: Et dulce est. Ego tam honestæ rei ac severæ nunquam molle nomen[6] imponam. Uror, sed invictus. Quidni optabile sit, non quod urit me ignis, sed quod non vincit? Nihil est Virtute præstantius; nihil pulchrius: et bonum est, et optabile, quidquid ex hujus geritur imperio. Vale.

di aliquid obtigerat, ei ominis causa gratulabundi dicere solebant, *Feliciter* aut *Feliciter quod agas*, quum significarent, cupere se, eum perpetuo eadem felicitate uti. Juvenal. Sat. V, 119. Lipsius laudat Sueton. Claud. c. 7. Domit. c. 13. Contra, cui male et adversus animi sententiam erat, eum alloquentes dicebant: *Vellem quæ velles* i. vellem tibi ita esset, ut tu quoque velles. Plautus in Mostellar. III, 2, 51. Horat. Serm. I, 9, 5. Plaut. Amphitruon. Prolog. 39. Hæc fere Muretus in Var. Lectt. IX, 8, p. 258, ed. Wolf. *Ruhk.*

1. *Demetrius* cf. ad Ep. LXII. *R.*

2. *Occursionibus.* Vulgo *incursionib.* ab Erasmo; commode, sed *occurs.* dedere mss. Arg. Par. et Palat. cum ed. *R.* quod in *occasionibus* corruptum in ed. *A.* et ms. Col. *Schw.*

3. *Malacia* recte edd. ex Erasmi emend. pro mendoso *malicia*, quod dabant vett. libri. *Schw.*—*Malacia*, μαλακία, quæ in mari dicitur, quum stat sine ventis et fere sine motu. Laudat Gruter. Schottum ad Aurel. Vict. de vir. ill. (c. 22, p. 126 sqq. ed. Arnzen.) ubi mollities maris vocatur. *Ruhk.*

4. *Attalus.* Cf. Ep. IX, 5 not. *R.*

5. *Epicurum.* Cf. Epist. LXVI, 17 not. *Ruhk.*

6. *Molle nomen.* Ut est illud *dulce* Epicuri. Nam hoc etiam pati voluptatem vocabat.

Digitized by Google

EPISTOLA LXVIII.

OTIUM COMMENDAT, ET QUALE ESSE DEBEAT, DOCET.

Assentitur amico, qui sese otium electurum scripserat : esse enim stoicum, modo sit cum Philosophia junctum, et ab omni jactatione et ostentatione remotum. Itaque hortatur, ne nimis, sed bene lateat, atque de usu otii egregia quædam adjungit : tecum loquaris et de te apud te male existimes. Denique hoc otium concludit, super aliorum negotia esse, quoniam magnæ reipublicæ, mundo, servit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Consilio tuo accedo : absconde te in otio; sed et ipsum otium absconde. Hoc te facturum, Stoicorum[1], etiamsi non præcepto, at exemplo licet scias : sed ex præcepto quoque facies; et tibi[2], quum voles, approbabis[3]. Nec ad omnem rempublicam mittimus, nec semper, nec sine ullo fine[4] : præterea, quum Sapienti rempublicam ipso dignam dedimus, id est, mundum, non est extra rempublicam, etiam si secesserit. Imo fortasse, relicto uno angulo, in majora atque ampliora transit; et, cælo im-

1. *Stoicorum.* Totum hoc argumentum ex professo tractavit Noster in libello de Brevit. c. 18 sqq. et de Otio aut secessu sapientis, ad quod fragmentum cf. Arg. *Ruhk.*

2. *Et tibi* dedere libri veteres; non *id tibi*, quod est ex Mureti ing. *S.*

3. *Approbabis.* Commodum videri poterat *approbabo*, quod est ab eodem Mureto : sed in *approbabis* consentiunt libri, nec id male. Idem valet *tibi approbabis*, ac *tibi persuadebis, verum et rectum esse intelliges. Schw.*

4. *Nec ad.... fine.* Noster de Otio Sap. c. 30 sqq. c. 32, 17. « Negant nostri sapientem ad quamlibet Rempublicam accessurum. Nec tamen omni tempore, nec nulla quiete interposita, hoc fiet. » *Ruhk.*

Digitized by Google

positus, intelligit, quum sellam aut tribunal [1] ascenderet, quam humili loco sederit. Depono hoc apud te, nunquam plus agere Sapientem, quam quum in conspectum ejus divina atque humana [2] venerunt.

Nunc ad illud revertor, quod suadere tibi cœperam, ut otium tuum ignotum sit. Non est, quod inscribas tibi 3
Philosophiam atque otium [3] : aliud proposito tuo nomen impone; valetudinem, et imbecillitatem vocato, et desidiam. Gloriari otio, iners ambitio est. Animalia quædam, ne inveniri possint, vestigia sua circa ipsum cubile confundunt : idem tibi faciendum est; alioqui non deerunt, qui persequantur. Multi [4] aperta transeunt, condita et abstrusa rimantur; furem signata sollicitant. Vile vide- 4
tur, quidquid patet; aperta effractarius [5] præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque; in

1. *Quum sellam* curulem, *aut tribunal* in magistratu. Elegans Themistii Epigramma in semetipsum, a Juliano Cæsare ad Consulatum evectum et a sapientiæ studio abductum, laudat ex Mureto Lipsius. Invenies in Anal. Brunk. T. III. Cf. de eo Fabric. Bibl. Græc. Vol. VIII, p. 5, et Wernsdorf. ad Himer. p. 31. *Ruhk.*

2. *Divina atque humana* i. ea omnia, quibus sapientia continetur. Cic. Tusc. V, 3. Divinas autem res s. theologiam naturalem Physica, res humanas dialecticen et doctrinam de moribus complexas esse vel ex Ernesti clav. Cic. voc. *Divinus* notum est. *R.*

3. *Philosophiam atque otium : aliud proposito tuo*, etc. Probavi hoc, quod ex ms. Pal. sec. laudavit Gruterus. Vulgo *Philosophiam : atque etiam aliud*, etc. cum plerisque mss. tis; ubi *atque etiam* accipi poterat pro *immo etiam*. Pincianus veterem laudavit scripturam, *atqui aliud* etc. quæ quidem nusquam alibi reperta est. *Schw.* — *Non est, quod inscribas tibi philosophiam*. Cave tibi otioso imponas nomen philosophi. Ne in otium recedas sub prætextu philosophiæ. Sic nomen libris s. monumentis proprie inscribitur : h. l. *inscribere* est i. q. assumere, arrogare. Laudat Lipsius similia in Epp. V, XIV, XVIII, CIII, et illud quod Socrates olim Antistheni, Cynicæ sectæ auctori, qui pallium tritum et scissum obvertebat atque ostendebat, Ὁρῶ σοῦ, ἔφη, διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν, Video, dixit, per pallium tuam vanitatem. Diog. Laert. VI, 8. *R.*

4. *Multi*, οἱ πολλοί, vulgus et imperiti, turba. Pertinent huc egregiæ Epicteti in Enchirid. c. 22 (H. Wolf. 29.) *Ruhk.*

5. *Effractarius*. Qui obserata frangit et reserat. Sidonius *effractorem* vocat: Scrinia tua manus effractorum arguta populabitur : Isidorus : *Aper-*

Digitized by Google

secreta irrumpere cupit. Optimum itaque est, non jactare otium suum : jactandi autem genus est, nimis latere, et a conspectu hominum secedere. Ille Tarentum [1] se abdidit; ille Neapoli inclusus est; ille multis annis non transiit domus suæ limen. Convocat turbam, quisquis otio suo aliquam fabulam [2] imposuit.

Quum secesseris, non est agendum hoc, ut de te homines loquantur, sed ut ipse loquaris tecum. Quid autem loqueris? quod homines de aliis libentissime faciunt; de te apud te male existima : assuesces [3] et dicere verum, et audire. Id autem maxime tracta, quod in te esse infirmissimum senties. Nota habet sui quisque corporis vitia : itaque alius vomitu levat stomachum [4]; alius frequenti cibo fulcit; alius interposito jejunio corpus exhaurit et purgat. Hi, quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abstinent : in cætera negligentes, huic, a quo sæpe infestantur, occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariæ [5] partes, quibus adhibenda curatio est. Quid in otio facio? Ulcus meum curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum, lividam manum, aut contracti cruris

tularius, *effractor*. Glosse Συρτανοίκης.

1. *Tarentum.... Neapoli.* Illa loca delicata et amœna petebantur a peregrinantibus, aut secessum quærentibus. Cf. Noster de Tranq. Anim. II, 11 et 12, ubi verba : *et tecta vel antiquæ satis opulenta turbæ* quæ Pinciani exemplaribus duobus desunt, at in Gruterianis codd. mendose repræsentantur, fœde interpolata sunt. Dum meliora codd. dederint, ope Lipsii in Elector. I, 10, sic restituam locum, quem tamen non persanatum puto : *et tecta Veliæ; Antiique saxis opulenta turba.* De *Veliis* conf. Horat. Epp. I, 15, 1, qui et I Carm. 35, 1, *gratum Antium* laudat, cum Strabon. V, 3, 5, p. 158. Lips. (p. 232, Casaub.) *Ruhk.*

2. *Fabulam imposuit.* I. rumorem facit, nomen imponit singulare. *R.*

3. *Assuesces* recte ed. *A.* cum mss. Arg. *b. c.* et Juret. Vulgo *assuesce. Schw.*

4. *Itaque alius vomitu levat stomachum* etc. Juxta Horatius Ep. lib. I, 2. « Nam cur Quæ lædunt oculum festinas demere, si quid Est, animum, differs curandi tempus in annum. »

5. *Causariæ partes.* Causarii in militia, qui causam commeatus aut

Digitized by Google

aridos nervos, permitteres mihi uno loco jacere, et fovere morbum meum : majus malum est hoc, quod non possum tibi ostendere. In pectore tumor [1], collectio, et vomica est. Nolo laudes, nolo dicas : O magnum virum ! contempsit omnia, et damnatis humanæ vitæ furoribus fugit! Nihil damnavi, nisi me. Non est, quod proficiendi 8
causa venire ad me velis. Erras, qui hinc aliquid auxilii speras : non medicus, sed æger hic habitat. Malo illa, quum discesseris, dicas : Ego istum beatum hominem putabam, et eruditum ; erexeram aures : destitutus [2] sum, nihil vidi, nihil audivi, quod concupiscerem, ad quod reverterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo, quam invideas.

Otium, inquis, Seneca, commendas mihi ? ad Epicu- 9
reas [3] voces dilaberis! — Otium tibi commendo, in quo majora agas et pulchriora, quam quæ reliquisti. [4] Pulsare superbas potentiorum fores, digerere [5] in litteram senes orbos, plurimum in foro posse, invidiosa potentia ac brevis est, et, si verum æstimes, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedit; ille stipendiis militaribus, et

vacationis valetudinem allegant. Inde causarii pro ægris aut affectis, itemque *in causa esse* pro morbo. Nos in Militia, et Mercurialis lib. 6. Variar. c. 1. Restitui Senecæ hanc vocem Consol. ad Marc. c. 11. *Lips.* — Cf. et ad III de Ira, cap. 10. *Ruhk.*

1. *In pectore tumor. In pectore tuo* dabant edd. vett. cum msstis. *Tuo* abjecit Mur. Nos in *tumor* ex conject. mutavimus. *Schw.*

2. *Destitutus sum.* Subaudi, exspectatione mea.

3. *Epicureas.* Noster de Otio sap. c. 30, 3. « Duæ maximæ in hac re dissident sectæ Epicureorum et Stoicorum : sed utraque ad otium diversa via mittit. Epicurus ait : Non accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid intervenerit. Zenon ait : Accedet ad rempublicam, nisi si quid impedierit. » Cf. ibi not. *Ruhk.*

4. *Pulsare... fores*, ut mos clientum erat. *Ruhk.*

5. *Digerere... orbos.* Heredipetarum erat, qui notarent litterarum ordine senes divites orbos, quorum opes maxima obsequiorum diversitate captarent. Cf. Gataker. ad M. Antonin. p. 256, 257, et Burmann. ad Petron. p. 538. *Ruhk.* — De Benef. VI, cap. XXXIII : « Quid tu istos libros, quos

Digitized by Google

quæsita per hæc dignitate[1]; ille clientum turba. [Cujus
10 turbæ par esse non possum[2], plus habet gratiæ.] Est tanti[3] ab hominibus vinci, dum a me fortuna vincatur? Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi! utinam de vita beata non in conspectu mortis ageremus! Sed nunc quoque moramur[4]? Multa enim, quæ supervacua esse et inimica[5] crediturі fuimus[6] rationi,
11 nunc experientiæ credimus. Quod facere solent, qui serius exeunt[7] et volunt tempus celeritate reparare, calcar addamus! Hæc ætas optime facit ad hæc studia; jam despumavit[8]; jam vitia primo fervore adolescentiæ indomita

vix nomenclatorum aut memoria aut manus complectitur, amicorum existimas esse? Non sunt isti amici, qui magno agmine januam pulsant.»

1. *Dignitate* vel equestri vel senatoria. Nam et qui primum pilum duxerant, Equites fiebant, et qui tribunatu militum functi, Senatores. Vide supra Ep. XLVII, 4. *L.*

2. *Cujus turbæ par esse non possum, plus habet gratiæ.* Verba ista in vett. libris omnibus (rursusque in ed. Ruhk.) post *vincatur* ponuntur; alieno haud dubie loco. Equidem proxime post ista, *ille clientum turba*, collocanda cum Pinciano putavi, ad quæ haud dubie referuntur: sed quum suspecta mihi essent, et aliunde invecta viderentur, uncis inclusi; quos si quis abjectos maluerit, ne id quidem invitus patiar. Eamdem nobiscum sedem illis tribuerat Muretus (et post hunc alii editores); sed valde mutata ex ingenio, in hunc modum: *hujus turbæ par esse non possum, hujus gratiæ. Schw.* — Int. Ille plus habet gratiæ, cujus turba clientium longe superat numerum clientium meorum.

3. *Est tanti* (non, ut vulgo, *Tanti est*) significanter dedit ms. Arg. *b.* cum ed. *R. Est tanti*, idem fere valet ac *operæ pretium est*, vel, *non recuso. Schw.*

4. *Sed nunc quoque moramur?* Sic Pal. sec. et Col. *Non moramur* edd. vett. cum mss. Arg. *b. c.* quod teneri poterat eadem fere sententia; *non moramur?* i. e. *nonne moramur?* Vulgo *non moremur*, ab Erasm. et hoc commode, si modo addicerent libri. Sic *Properemus!* ait, LXXI. *Schw.* — Int. Num etiamnunc morabimur atque utile tempus teremus, cum senes simus?

5. *Inimica* recte edd. vett. cum msstis, quod et tacite reposuit Ruhk. postquam *mimica* inde a Mureto editum esset, quod et in ed. Matth. repetitum. *Schw.*

6. *Crediturі fuimus rationi.* Int. Multa enim, quæ inimica et supervacua credere, ratione admonente, debuissemus, nec credidimus; nunc credimus experti.

7. *Exeunt.* Perperam *exerunt* Arg. *b.* qui forsan *exierunt* debuerat. *S.*

8. *Despumavit* recte edd. a Mur. ex Pinciani conject. Conf. Alexidis fragm. apud Athen. II, 4, p. 139. *S.*

Digitized by Google

lassavit; non multum superest, ut exstinguat. — Et quando, inquis, tibi proderit istud, quod in exitu discis, aut in quam rem? — In hanc, ut exeam melior[1]! Non est tamen quod existimes, ullam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, quam quæ se multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia, domuit; quæ ad salutaria, mitigatis affectibus, venit. Hoc est hujus boni[2] tempus: quisquis senex ad sapientiam pervenit, annis[3] pervenit. Vale.

— Ruhkopfius edidit *disputavit*: sic, inquit, Erasmus, editio vetus et codd. Grut. Bona lectio est. Non amplius disputando tempus terendum est, sed nunc, hac senectute, in conspectu mortis positi, experimentis ad bonam mentem pergere debemus. *R.* — Attamen idem laudat Pinciani conjecturam ut ingeniosi viri.

1. *Ut exeam melior.* Ad vocem Solonis, qui moriturus audire aliquid adhuc cupidus, et *Quo fine* interrogatus, ut *doctior*, inquit, moriar. *L.*

2. *Hujus boni.* Int. bonæ mentis, ideoque felicitatis quæ ex bona mente nascitur.

3. *Annis pervenit.* Suspecta mihi hæc scriptura, nec satisfecit Lipsii interpretatio: neque tamen melius aliquid occurrit. In *annis* nil mutant libri: pro *pervenit*, est *pervenitur* in ed. *R.* et mss. Arg. *b.* Par. *d.* et Col. Conjectare poteras *prævenitur*. *Schw.* — *Annis pervenit.* Intell. Beneficio annorum ad hoc pervenit; ætati hoc debet. *Lips.*

EPISTOLA LXIX.

SAPIENTIÆ NOCERE FREQUENTES PEREGRINATIONES.

Ne loca mutet, hortatur, sed magis quiescat corpore, ut et animum continere possit, et emendare, ideoque affectibus liberare. Id potius agendum esse, monet, ut assidua vigilia et intentione se ad perfectum adducat, atque adeo morti se præparet.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

MUTARE[1] te loca, et in alium de alio transilire, nolo.

1. *Mutare... nolo.* Hoc migrationis studium sæpe reprehenditur in iis, qui sibi non constant, et locorum mutatione illam animi tranquillita-

Digitized by Google

Primum, quia tam frequens migratio instabilis animi est. Coalescere[1] otio non potest, nisi desiit circumspicere et errare. Ut animum possis continere, primum corporis tui fugam siste: deinde plurimum remedia continuata proficiunt; interrumpenda non est quies et vitæ prioris oblivio[2]. Sine dediscere[3] oculos tuos; sine aures assuescere sanioribus verbis. Quoties processeris, in ipso transitu aliqua, quæ renovent cupiditates tuas, tibi
2 occurrent. Quemadmodum ei, qui amorem exuere[4] conatur, evitanda est omnis admonitio dilecti corporis (nihil enim facilius quam amor recrudescit): ita, qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagravit, et oculos et aures ab his, quæ reliquit, avertat. Cito rebellat affectus[5]: quocumque se verterit,
3 pretium aliquod præsens occupationis suæ aspiciet. Nullum[6] sine auctoramento malum est. Avaritia pecuniam promittit; luxuria multas ac varias voluptates; ambitio

tem comparare volunt, quæ ab animo ipso manare debet. Cf. Senec. de Tranq. An. c. XI, 11 sqq. Gataker ad M. Antonin. IV, 3, p. 122. *Ruhk.*

1. *Coalescere otio non potest, nisi desiit.* Sic Pal. tert. editioque vetus, a quibus haud multum abludunt rel. codd. Grut. et Erasm. Antea: *coal. otio n. potes, nisi desinas. Coalescere* habent omnes codd., quanquam *coolescere* scribendum esse Lambinus ad Lucret. VI, 1066, egregie docuit, analogia adstipulante. Vide Schneider. in Indic. ad Scriptt. R. R. *Ruhk.*

2. *Ut... oblivio.* Si alia mox alia sequantur, hac corporis instabilitate, omnis experimentorum et cogitationum priorum fructus et utilitas evanescant necesse est. *Ruhk.*

3. *Sine dediscere oculos tuos:* int. Sine oculi tui dediscant, id est, obliviscantur ea, vel quæ iis placebant, vel quibus ii percellebantur.

4. *Amorem exuere* sincera lectio est, quam perperam mutatam vides in codd. nonnullis e. c. Norimberg. in ed. Lipsii, Gronovii aliisque in: *amorem exurere.* Eximas Ciceroni N. D. III, 3, idem vitium. Is enim haud dubie scripserat: *mihi quidem ex animo exui non potest, esse deos*, ubi nunc habetur: *exuri.* Sic Cic. de Fin. V, 12, dixit: *hominem ex homine exuens. Ruhk.*

5. *Affectus.* Ibi affectus generaliter dicitur pro omnibus cupiditatibus, sive avaritia, luxuria, ambitione, ut infra explicat.

6. *Nullum sine auctoramento malum est.* I. e. sine mercede et pretio, quod antea dixit. *L.*—Voluntariorum gladiatorum, liberorum quoque, qui

Digitized by Google

purpuram et plausum, et ex hoc potentiam et quidquid potentia potest. Mercede te vitia sollicitant : hic tibi gratis vivendum est[1]. Vix effici toto sæculo potest, ut vitia, tam longa licentia tumida, subigantur et jugum accipiant; nedum[2], si tam breve tempus intervallo discidimus[3]. Unam- 4
quamlibet rem vix ad perfectum perducit assidua vigilia et intentio. Si me quidem velis audire, hoc meditare : exerce te, ut mortem et excipias, et, si ita res suadebit, arcessas. Interest nihil, illa ad nos veniat, an ad illam nos. Illud imperitissimi cujusque verbum falsum esse ipse tibi persuade : « Bella res est, mori sua [4]morte. » Illud præterea tecum licet cogites[5] : Nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore : nam quod relinquis, alienum est. Vale.

pretio sua sponte se addicebant in servitutem, imprimis ad gladium, ideoque auctores libertatis amittendæ fiebant, fuit auctoramentum, indeque *auctorati* dicti. Cf. Lipsii Saturnalia II, 5, et quem Ernesti in Clav. Cic. laudat, Salmas. de mod. Usur. p. 851 sqq. *Ruhk.*

1. *Hic tibi gratis vivendum est* : int. Si virtutem sequeris, non illa tibi pretium quoddam externum dabit : vertit *Lagrange : La vertu veut être servie gratuitement.*

2. *Nedum*, etc. Intell. Nedum subigantur si, etc.

3. *Discidimus* (non *discindimus*) dedere meliores libri omnes : mendose nonnulli *discedimus*. Tum *intervallo* placuit, quod erat in ed. Lips. et Gron. ex Palat. sec. et Opsop. *Per intervalla* ex ed. Er. et Mur. revocavit Ruhk. in nullo quidem vet. lib. repertum : nam alii *ex intervallo* dabant, alii *intervallum*, alii *per intervallum. Schw.*

4. *Mori sua morte.* Ita Sueton. Jul. c. 88, de Julianis percussoribus : *Neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Sua*, i. e. sibi debita, ex naturæ communi, lege, quam manu non facis. Opponitur mors βιοθάνατος, violenta. *Lipsius.*

5. *Illud præterea tecum licet cogites.* Horum verborum versionem *Lagrange* uncis inclusit, quasi spuria essent; revera sine ullo sensus detrimento ea tolli posse fatemur.

Digitized by Google

EPISTOLA LXX.

DE MORTE ULTRO APPETENDA.

Narrat amico se Pompeios vidisse et in admonitum præteriti temporis adductum esse. Sic transit ad mortem, publicum s. communem generis humani finem, non cum scopulo ad quem adhærescimus, sed cum portu nunquam recusando comparandam. Omnis quidem vita eo adducit, sed non semper exspectanda mors est. Nam sapienti propositum est et bene vivere, et bene mori, itaque emittere se potest, attamen in vita quoque permanere usque ad mortem naturalem, si ita visum fuerit. Exemplo sunt Socrates Drususque Libo. Sed enim temere hoc consilium nunquam ineundum est. Qui autem vim afferendam vitæ suæ negant, hi omnem hominis libertatem jugulant, ideoque exitus ex miseria occludunt hominibus, qui ut plurimum id ne cogitant quidem, aliquando et sibi ex hoc corpusculo esse exeundum, atque nonnisi magnis viris hoc robur emittendi se esse. Quem errorem convincit exemplis Germani cujusdam, aliorumque, qui ad ludos bestiariorum missi se ipsi interfecerint.

Sæpius jam de hac re Noster exposuit. Nec nostris temporibus defuere, qui in hanc rem inquirerent. In quibus celeberrimus haud dubie est Jo. Jac. *Rousseau*, cujus sententiam in Nova Heloisa expositam habemus. Non sine laude de Suicidio, quod vocant, egit elegantissimus G. E. Groddeck, cujus commentatio ab Ordine Theolog. Gottingensium anno Chr. 1785, præmio ornabatur: qui cum multis aliis, in quibus Troschelius eminet, præcipuam Christi præceptorum rationem habuit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Post longum intervallum Pompeios tuos[1] vidi: in conspectum adolescentiæ meæ reductus sum. Quidquid illic juvenis feceram, videbar mihi facere adhuc posse,

1. *Pompeios tuos*, i. e. tibi caros. Sic Ep. XLIX, 1, Pompeii quoque nominantur, et Ep. LIII, 1, Parthenope, s. Neapolis. Fortasse possidebat ibi villas Lucilius, quæ est Lipsii conjectura. *Ruhk.*

Digitized by Google

et paulo ante fecisse. Prænavigavimus[1], Lucili, vitam; et, quemadmodum in mari, ut ait Virgilius noster,

..... Terræque urbesque recedunt[2];

sic, in hoc cursu rapidissimi temporis, primum pueri- 2
tiam abscondimus[3], deinde adolescentiam, deinde quidquid est illud inter juvenem et senem medium, in utriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis optimos annos: novissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum putamus[4], dementissimi: portus est[5], aliquando petendus, nunquam recusandus; in quem si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet, quam qui cito navigavit. Alium enim, 3
ut scis, venti segnes ludunt ac detinent, et tranquillitatis lentissimæ tædio lassant; alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem evenire nobis puta: alios vita velocissime adduxit quo veniendum erat etiam cunctantibus, alios maceravit et coxit[6]: quæ, ut scis, non semper reti-

1. *Prænavigavimus* recte ed. *R.* et mss. Arg. *b.* Pal. sec. et Col. *Prænavigamus* vulgo. Conf. not. ad similem locum Epist. LI. *Schw.*

2. *Recedunt.* Virgilius Æn. III, 72. *Ruhk.*

3. *Abscondimus.* Nauticum verbum hoc Virgilius quoque: «Protinus aerias Phæacum abscondimus arces.»

4. *Scopulum esse illum putamus, dementissimi?* Sic in libris scriptis invenit Modius Gruterusque et Seneca dignius est altero: *S. e. i. p.? Clementissimus portus est.* Probarunt illud Muretus, Lipsius et Gronovius. *Ruhk.*

5. *Portus est.* Vitam cum mari conferri, et in eo agitatione, crebrum. Quies autem et portus in morte. Vide Senec. Cons. ad Polyb., c. 28, 3. *L.*— Conf. Gataker. ad M. Anton. III, 3, ἐπίδης, ἔπλευσας, κατήχθης, ἔκδηθι. *R.*

6. *Maceravit et coxit.* I. e. alios detinuit præparans eos operose et maturans. Metaphora hæc desumpta est e tinctorum officina. Sic Noster Nat. Qu. I, 3. «Interest, quamdiu macerata sit (purpura), crassius medicamentum, an aquatius traxerit, sæpius mersa sit et excocta, an semel tincta.» Ep. LXXI, 30. Nihil autem tritius esse apud veteres illa vocum de tinctura solemnium translatione ad animum formandum et indurandum, docent post Casaubon. ad Persii Sat. II, 74, p. 224 sqq. Gataker ad M. Anton. III, 4, p. 95, et Ruhnken. ad Tim. p. 76, ed. II, quibus eleganter usus est Boettiger ad Horat. III, Carm. 5, 28, pag. 57 sqq. *Ruhk.*

Digitized by Google

nenda est; non enim vivere bonum est [1], sed bene vivere. Itaque Sapiens vivit quantum debet, non quantum potest. 4 Videbit, ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus: cogitat semper, qualis vita, non quanta sit. Si multa occurrunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se [2]: nec hoc tantum in necessitate ultima facit; sed, quum primum illi cœperit [3] suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illo die [4] desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem, an accipiat; tardius fiat, an citius: non tanquam de magno detri- 5 mento timet. Nemo multum ex stillicidio [5] potest perdere. Citius mori, an tardius, ad rem non pertinet: bene mori [6], an male, ad rem pertinet. Bene autem mori, est effugere male vivendi periculum. Itaque effeminatissimam vocem illius Rhodii [7] existimo, qui, quum in caveam conjectus esset a tyranno, et tanquam ferum ali-

1. *Non enim vivere bonum est.* Plutarchus Consol. ad. Apollon.: « Modus enim vitæ, honestum, non temporis longinquitas est »; itemque antea: « Non esse longissimam vitam, optimam; sed honestissimam. Neque enim qui plurimum cithara cecinit, aut oravit, aut navem gubernavit, sed qui optime, commendatur.» Adde Epist. XCIII. *Lips.*

2. *Emittit se*: ἐξάγει ἑαυτὸν, (Diog. Laert. VII, 130 Menag.) tanquam ex custodia et vinculis. Est vocabulum stoicum. Ep. XXIV, 18, etc. *Ruhk.*

3. *Cœperit* e superioribus editt. adhæsit. Rectius *cœpit* scribetur cum mss. Arg. *b.* Par. *b. d. Schw.*

4. *Illo die.* Vocem *die*, a Mureto adjectam, ignorant veteres libri omnes. Et nudum *illo* placuit Grutero, non satis equidem video quo sensu: nam *illo* valet *illuc*. Facile autem ante *desinendum* intercidere vocula *die* potuerat. Vide vero ne rectius sit *illi*, quod dabat Pal. sec. *Schw.* — *Die.* Hæc quidem vox deest ap. Erasm. et editionem veterem et quinque codd. Grut. qui probat. Bene, ait; *illo* enim locum designat, non tempus. Enimvero non de loco, sed de tempore loquitur Noster, et cum Mureto, Lipsio Gronovioque tueor. *Ruhk.*

5. *Ex stillicidio.* Aptissima imago. Vita velut guttatim per dies et horas fluit: et mox desinit: quid mali, inquit, si paullo citius?

6. *Bene mori* et supra *bene vivere.* Mascule hæc jam Epicurus ap. Diog. Laert. X, 126, expresserat. Vitam ibi vocat μελετὴν τοῦ καλῶς ζῆν καὶ τοῦ καλῶς ἀποθνήσκειν, meditationem bene i. honeste vivendi et moriendi. *R.*

7. *Rhodii* Telesphori a Lysimacho in caveam conjecti et pessime habiti.

Digitized by Google

quod animal aleretur, suadenti cuidam ut abstineret cibo: « Omnia, inquit, homini, dum vivit, speranda sunt. » Ut sit hoc verum, non omni pretio vita emenda est. Quæ- 6
dam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non veniam. Ego cogitem, in eo, qui vivit, omnia posse fortunam, potius quam cogitem, in eo qui scit mori nihil posse fortunam?

Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit, et destinatum sibi supplicium sciet[1], non commodabit pœnæ suæ manum. Stultitia est, timore mortis mori[2]. Venit qui occidat: exspecta! Quid occupas? quare suscipis 7
alienæ crudelitatis procurationem? utrum invides carnifici tuo, an parcis? Socrates[3] potuit abstinentia finire vitam, et inedia potius, quam veneno, mori; triginta tamen dies in carcere et in exspectatione mortis exegit; non hoc animo[4], tanquam omnia fieri possent[5], tanquam multas spes tam longum tempus reciperet; sed ut præberet se legibus, ut fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultius, quam mortem con- 8

Cf. Senec. de Ira III, 17 fin. et Plutarch. de Exsilio T. X, p. 383 sq. Hutten. *Ruhk.*

1. *Sciet.* Subaudi *sapiens.*

2. *Timore mortis mori.* Supra Ep. XXIV, 22, ex Epicuro similia attulit, ubi cf. not. Eamdem sententiam præter alios Arcesilaus ap. Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 359, T. VII Hutt. et Lucretius III, 79. «Et sæpe usque adeo mortis formidine vitæ Percipit humanos odium lucisque videndæ, Ut sibi consciscant mœrenti pectore letum, Obliti fontem curarum hunc esse timorem. » *Ruhk.*—Lucanus his consonat: « Multos in summa pericula misit Venturi timor ipse mali. » Et jam laudatus Martialis: « Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori? »

3. *Socrates.* Notum est, eum post damnationem triginta dies in carcere exegisse, quia Delia festa, quotannis celebrari solita, intervenerant. Xenoph. Memorab. Socrat. IV, 8, 2 not. Epictet. IV Diss. Arrian. I, 159 sq. Egregie hæc exposuit Meiners *Gesch. des Wiss.* Vol. II, p. 496 sqq. *R.*

4. *Hoc animo.* Non opus est ut cum Grutero legamus: *hoc Rhodii animo*, etsi ad illa Rhodii Telesphori § 5 extr. spectant. *Ruhk.*

5. *Fieri possent.* Subaudi: quæ eum jacentem ad supplicium erigerent et ad vitam reducerent.

Digitized by Google

temnere, venenum timere? Scribonia[1], gravis femina, amita Drusi Libonis[2] fuit, adolescentis tam stolidi, quam nobilis, majora sperantis, quam aut illo[3] sæculo quisquam sperare poterat, aut ipse ullo. Quum æger a senatu in lectica relatus esset, non sane frequentibus[4] exsequiis (omnes enim necessarii[5] deseruerant impie, jam non reum, sed funus), habere cœpit consilium, utrum consciscceret sibi mortem, an exspectaret. Cui Scribonia:
9 Quid te, inquit, delectat alienum negotium agere[6]? Non persuasit illi[7], manus sibi attulit, nec sine causa: nam, post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si vivit, alienum negotium agit.

Non possis itaque de re in universum pronuntiare, quum mortem vis externa denuntiat, occupanda sit, an exspectanda: multa enim sunt, quæ in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera

1. *Scribonia* quæ quondam Augusti conjux fuerat. Tacit. Annal. II, 27, qui tamen hanc rem non attigit. Conjuratio *Drusi Libonis* in Tiberium a. U. C. 769, ibidem exponitur. *Ruhk.*

2. *Libonis... stolidi* sincera lectio est, quam restituit Torrentius ad Sueton. Tib. 25. Nam antea male legebatur *solidi* in codd. ap. Erasmum al. *Ruhk.*

3. *Illo... ullo.* Tantum aberat, ut *illo* Tiberiano, ut ne *ullo* quidem sæculo vel liberrimo auderet hoc, quia ingenio ad eminendum carebat. *Ruhk.*

4. *Exsequiis* ubique in codd. et edd. exstat. Recte. Est acumen Seneca dignum. *Obsequiis* P. Fabro Semestr. I, c. 20, conjectanti remittamus. — *Frequentibus exsequiis*, quibus ut jam mortuus deducebatur. *Ruhk.*

5. *Omnes enim necessarii*, affinitate, amicitia, officiis conjuncti adeo eum deseruerunt, ut nemo ipsi vocem adversum pericula, advocationem præbere vellet, et Libo sine patrono in curiam introire cogeretur. Tacit. l. l. *Ruhk.*

6. *Cui.... agere?* Scilicet, vitam adimendo, quod est carnificis. Minime locum intellexit Ruhkopf. qui sic interpretatur: «Persuasit ei, ut mortem sibi consciscceret: hoc sequentia docent, in quibus Seneca factum στοικῶς probans, ait *alienum* etiam *negotium agere*, qui *alteri* vivunt, et animam in ejus manu positam trahunt, recte observante Lipsio.»

7. *Non persuasit illi.* Præter rationem *Non* in *Num* mutavit Ruhk. ex Gruteri conject. Sensus patet: Drusus Libo, spreto Scriboniæ consilio, mortem oppetiit, cogitans sane illum

Digitized by Google

simplex et facilis est, quidni huic injicienda sit manus? Quemadmodum navim eligam, navigaturus, et domum, habitaturus; ita mortis genus[1], qua sim exiturus e vita. Præterea quemadmodum non utique melior est longior vita, sic pejor utique mors longior. In nulla re magis, quam in morte, morem animo gerere debemus: exeat, qua impetum cepit: sive ferrum appetit, sive laqueum, sive aliquam potionem venas occupantem, pergat, et vincula servitutis abrumpat! Vitam et aliis approbare quisque debet, mortem sibi[2]. Optima est, quæ placet.

Stulte hæc cogitantur[3]: Aliquis dicet, me parum fortiter fecisse; aliquis, nimis temere; aliquis, fuisse aliquod genus mortis animosius. — Vis tu cogitare, id in manibus esse consilium, ad quod fama non [4]pertinet?

non minus, quam is qui ipse fungitur carnificis officio, alienum negotium agere, qui vitam suam servat ut ab inimico eripiatur, qui eo fine vivere vult ut inimico jubente moriatur. Nec ulli dubitari licebit quin ea sit Senecæ sententia, si observaverit ex hac narratione hoc colligi ab auctore, sc. ex utraque parte multa stare argumenta quibus probari possit seu occupandam esse mortem, seu non occupandam. Nostram interpretationem recepit *Lagrange* in Gallica versione.

1. *Ita mortis genus.* Sic commode ed. *R.*, non (ut vulgo) *ita mortem utique.* Nec tamen inficior posse etiam duo illa verba, *mortis genus*, ex scholio invecta esse, pro uno vocab. *mortem*. Adjicit eadem ed. *R.* verbum *eligam*; quod equidem, ut e scholio repetitum, prætermisi: sed nihil tamen magnopere vetabat, quo minus servaretur. Mox *qua sim* (non *qua sum*) recte ed. Ven. Mendose *quasi* ed. *R.* Alii vulgo *qua sum*. Omnia ista, *ita mortem... exiturus*, desunt ms. Arg. *b.* Post verba, *e vita*, *meliorem* adjecerat Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* quod ignorant alii vett. libri, recteque delevit Lipsius, ut e scholio invectum; revocavit autem Ruhk. *Schw.*

2. *Vitam... sibi.* Int. quemque ita vivere debere ut sua vita vel cæteris approbari possit; nullam autem habendam esse alieni judicii rationem, quum mortis genus eligendum sit. Inde vertit *Lagrange*: *Chacun doit compte aux autres de sa vie: mais, pour sa mort, il n'en doit compte qu'à lui-même.*

3. *Stulte hæc cogitantur: Aliquis dicet.* Int. Qui moriendi quoddam genus elegit stultitia laborat, si sibi ista objicit: At aliquis dicet, etc.

4. *Ad quod fama non pertinet?* Nec enim ipse eam auditurus es; atque eo sensu non pertinet: pertinet tamen, si post te etiam de ea curas.

Digitized by Google

Hoc unum intuere, ut te fortunæ quam celerrime eripias : alioqui aderunt, qui de facto tuo male existiment.
12 Invenies etiam professos sapientiam[1], qui vim afferendam vitæ suæ negent, et nefas judicent, ipsum interemptorem sui fieri : exspectandum esse exitum, quem natura decrevit. Hoc qui dicit non videt se libertatis viam cludere. Nil melius æterna lex fecit[2], quam quod unum
13 introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego exspectem vel morbi crudelitatem vel hominis, quum possim per media exire tormenta, et adversa discutere? Hoc est unum, cur de vita non possumus queri : neminem tenet. Bono loco res humanæ sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est[3]. Placet? vive! Non placet? licet eo reverti unde venisti[4]! Ut dolorem capitis levares, sanguinem sæpe misisti; ad extenuandum corpus vena percutitur :
14 non opus est vasto vulnere dividere præcordia; scalpello aperitur[5] ad illam magnam libertatem via, et puncto securitas constat.

Quid ergo est, quod nos facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat, quandoque sibi ex hoc domicilio exeun-
15 dum. Sic veteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo, etiam inter injurias, detinet. Vis adversus hoc corpus liber esse? Tanquam migraturus habita! pro-

Lips. — Sensus est : De omni mortis genere, quod eliges, homines male existimabunt. De fama itaque cave sis sollicitus. *Ruhk.*

1. *Professos sapientiam*, Socratis omniumque Socraticorum, ideoque et Academicorum et Peripateticorum sententia hæc fuit, exspectandum esse exitum, quem natura decrevit. *R.*

2. *Nil melius... fecit.* Haud dissimile illud Tragici, in divina Thebaide : « Ubique mors est : optime hoc cavit Deus : Eripere vitam nemo non homini potest, At nemo mortem. »

3. *Nemo nisi vitio suo miser est.* Quidni enim, dicebant Stoici, emisit se, quum tam multi exitus ex hac miseria sint? *Ruhk.*

4. *Unde venisti.* Ad Deum, cujus pars est animus. *Ruhk.*

5. *Scalpello aperitur.* Secta nimirum vena : quæ crebra via mortis Senecæ ævo, et ipsius Senecæ fuit. *Lipsius.*

Digitized by Google

pone tibi, quandoque hoc contubernio carendum! fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis veniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est: alia enim exercentur[1] fortasse in supervacuum. Adversus paupertatem præparatus est animus? permansere divitiæ. Ad contemptum nos doloris armavimus? nunquam a nobis exiget[2] hujus virtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis. Ut fortiter amissorum pateremur desideria, præcepimus nobis? omnes quos amabamus, superstites fortuna servavit. Hujus unius rei usum[3] qui exigat dies, veniet.

Non est quod existimes, magnis tantum viris hoc robur 16
fuisse, quo servitutis humanæ claustra perrumperent. Non est quod judices, hoc fieri, nisi a Catone[4], non posse, qui, quam ferro non emiserat animam, manu extraxit; quum vilissimæ sortis homines ingenti impetu in tutum evaserint: quumque commodo[5] mori non licuisset, nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obvia quæque rapuerunt, et, quæ natura non erant noxia, vi sua tela fecerunt. Nuper, in ludo bestiariorum[6], unus 17

1. *Exercentur* recte tenent libri omnes. Temere *exercent* ed. Erasm. quod neminem movere debebat. *S.* — His Schweigh. Ruhkopfium reprehendit qui lectionem Erasm. non damnandam esse dixerat.

2. *Exiget*. Sic omnes codd. et edd. Attamen Pinc. conj. *exegit* propter præterita sequentia *permansere*, etc. Haud dubie ingeniose! Sed vulgata quoque bona est. *Ruhk.*

3. *Hujus unius rei usum*: Int. præparati ad mortem animi.

4. *A Catone*. Verbo monemus, quod v. c. ex Plutarchi vita Catonis Utiensis abunde constat, eum vulnus ferro sibi illatum, quod Buta deligaverat, rescidisse manu. Sed res notissima est. *Ruhk.*

5. *Commodo* vulgata et ubique probata lectio est. P. Faber Semestr. I, 4, emend. *cumque suo modo mori*. Male. Nam iis qui adservabantur, non licuit commode mori. Cf. Gronov. ad Liv. 26, 32. *Ruhk.*

6. *In ludo bestiariorum*. Sic dicebantur ii qui ad id damnati erant ut bestiis, in amphitheatro cum iis pugnaturi, objicerentur; aut qui auctorati erant. *Ruhk.*

Digitized by Google

e Germanis[1], quum ad matutina[2] spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus; nullum aliud illi dabatur sine custode secretum : ibi lignum id, quod ad emundanda obscœna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit, et vi præclusis faucibus spiritum elisit. — Hoc fuit[3] morti contumeliam facere! — Ita prorsus. —
18 Parum munde, et parum decenter! — Quid est stultius, quam fastidiose mori? O virum fortem! o dignum, cui fati daretur electio! quam fortiter ille gladio usus esset! quam animose in profundam se altitudinem maris aut abscisæ[4] rupis immisisset! Undique destitutus, invenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum[5] : ut scias, ad moriendum nihil aliud in mora esse, quam
19 velle. Existimetur de facto hominis acerrimi, ut cuique visum erit; dum hoc constet præferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissimæ. Quoniam cœpi sordidis uti exemplis, perseverabo : plus enim a se quisque exiget, si viderit, hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones, Scipionesque, et alios, quos audire cum admiratione consuevimus, supra imitationem positos putamus; jam ego istam virtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario, quam in ducibus belli civilis, os-
20 tendam. Quum adveheretur nuper inter custodias qui-

1. *Unus e Germanis*, qui bello captus aut emptus ex Gallia, aut Rhætia Vindeliciave Romam missus erat. Sic Daci bello capti cum Suevis in ludis pugnare cogebantur. Dio Cass. LI, 22. Flor. IV, 11. *Ruhk.*

2. *Matutina spectacula*. Confer. supra Epist. VII. Similia autem exempla habes et in Symmacho lib. 2, Epist. CLVI. *Lipsius.*

3. *Hoc fuit.... ita prorsus*. Bene vertit *Lagrange : C'était outrager la mort, j'en conviens.* Sensus est simplex : hoc mortis genus esse fœdum et contumeliosum; ut sententia acutior fieret, obscurior facta est.

4. *Abscisæ* scripsi cum ed. *A.* et mss. *b. c.* Cf. Criticos ad Liv. XXXI, 34, 4, XLIV, 5, 5. *Schw.*

5. *Mortem sibi deberet et telum*. Exspectabam *daret, pararet*, aut aliquid tale : sed nil mutant libri. *Schw.* —Int. ex sqq. : Mortem sibi non tantum imperavit, sed invenit.

Digitized by Google

dam ad matutinum spectaculum missus [1], tanquam somno premente nutaret, caput usque eo demisit, donec [2]radiis insereret, et tamdiu se in sedili suo tenuit, donec cervicem circumactu rotæ frangeret: eodem vehiculo, quo ad pœnam ferebatur, pœnam effugit.

Nihil obstat erumpere et exire cupienti. In [3]aperto nos natura custodit: cui permittit necessitas sua, circumspiciat exitum mollem; cui ad manum plura sunt, per quæ sese asserat, is delectum agat, et, qua potissimum liberetur, consideret; cui difficilis occasio est, is proximam quamque pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit nova. Non deerit ad mortem ingenium, cui non defuerit animus. Vides, quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille vir magnus est, qui mortem sibi non tantum imperavit, sed invenit. Ex eodem tibi munere [4] plura exempla promisi. Secundo naumachiæ [5] spectaculo unus e barbaris lanceam, quam in adversarios acceperat, totam jugulo suo mersit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium jamdudum effugio? quare ego mortem armatus exspecto? Tanto

21

22

1. *Missus.* Suspicabar aliquando *Mysus*, ut supra *Germanus*. *L.*—Nec spernas hanc conjecturam, si de Ciceronis loco pro Flacco c. 27, cogitaveris, ubi Mysorum ultimus habetur. Totam vero Asiam mancipia præbuisse Romanis, utique Phrygiam, Cappadociam et omnes regiones circa Pontum est notissimum. Cf. Heynii Opuscul. Acad. Vol. IV, p. 120 sqq. Quædam huc spectantia dedit Hemsterhus. ad Lucian. To. I, p. 379 sqq. *Ruhk.*—At Schw.: non sollicitari debuit hoc verbum.—*Missus*, aliunde, a præside Provinciæ. Sed vid. Var. Lect. *Ruhk.*

2. *Radiis*, rotæ, quam altiorem nostris cogites. *Ruhk.*

3. *In aperto... custodit.* Quasi dicat: liberi sumus, et natura in aperto non in clauso nos habet. Vitæ nos alligavit, sed vinculis, quæ quum voles, et ut voles, rumpas. *L.*

4. *Ex eod. tibi munere.* Int. sumpta ex illis qui munere servili et abjectissimo funguntur. Inde infra exclamat: *Quid ergo? quod animi perditi*, etc.

5. *Naumachiæ.* In circo maximo

Digitized by Google

hoc speciosius spectaculum fuit, quanto honestius mori
23 discunt homines, quam occidere. Quid ergo? quod animi perditi noxiosique habent, non habebunt illi, quos adversus hos casus instruxit longa meditatio, et magistra rerum omnium Ratio? Illa nos docet, fati varios esse accessus[1], finem eumdem: nihil autem interesse, unde incipiat, quod venit eodem[2]. Illa monet ut, si licet, moriaris sine dolore[3]; sin autem non, quemadmodum potes, et, quidquid obvenerit ad vim afferendam tibi, invadas. Injuriosum est rapto vivere; at contra pulcherrimum, mori rapto. Vale.

præsertim hæ pugnæ navales a naumachiariis i. mancipiis vel damnatis ad hæc certamina, habebantur. Vetus erat in circo maximo. Suet. Tib. 7. Augustus lacum huic quidem pugnæ destinatum ad Tiberim effodi jussit. Suet. Aug. 43. Tib. 72. Bis dedit naumachiam Nero, ait Lipsius: secundam naumachiam intelligit. Possis et ad diem spectaculi secundum referre. *Ruhk.*

1. *Fati varios esse accessus.* Int. multos esse aditus quibus ad mortem pervenire licet.

2. *Quod venit eodem. Illa monet* etc. Vulgo: *quod venit. Eadem illa.* Sed *Eodem illa* opportune dabat ed. *R.* et ms. Arg. *b.* ubi non nisi in distinctione peccabatur orationis. *Schw.*

3. *Moriaris sine dolore; sin autem non, quemadmodum potes:* In mss. Arg. *b.* Par. *b. d.* desunt ista, *sine dolore, sin autem non:* hæc ipsa autem verba, adjectis etiam nonnullis, nempe *sin autem non potest, fac quemadm.* dedere ed. *R.* et *A.* cum mss. Arg. *c.* et Par. *a.* et sic vulgo edd. omnes. Ego duo verba *potest* et *fac* primum uncis incluseram, dein vero recta ableganda judicavi, utpote nec satis apta reliquæ structuræ orationis, et e scholio haud dubie invecta. Præterea vero suspicor, ista etiam, *sine dolore*, non ab auctoris manu esse, sed eorum loco aliud quidpiam olim hic scriptum fuisse; quod in errorem induxerit librarios, ut verba quædam h. l. prætermitterent. Suspicor itaque sic fere scripsisse Senecam: *ut, si licet, moriaris quemadmodum placet: sin autem non, quemadmodum potes. Schw.* — *Sin autem non.* Supple *licet.*

Digitized by Google

EPISTOLA LXXI.

UNUM BONUM, HONESTUM : OMNIA BONA PARIA ESSE.

Lucilio de rebus singulis subinde consulenti suadet Seneca, quoniam sæpe propter longinquitatem consilia non justo tempore ad eum perferantur, ut non alios sed se ipsum consulat, ideoque ad summum bonum et propositum totius vitæ respiciat, tanquam ad regulam certam nullumque errorem admittentem. Proinde hortatur, ut sapiens fiat. Etenim eo ipso sapientem distingui a proficiente et sapientiæ studioso, quin a stulto, ut ille ad unam normam totam suam vitam redigat hac ipsa virtute et sapientia, notum Stoæ decretum est. Illud autem summum bonum declarat, ut Stoicus, esse unum bonum quod honestum, cætera, i. e. externa esse falsa et adulterina bona, nisi virtus honestaverit. Jam quum omnia bona ab animo et virtute pendent, virtus autem perfecta i. judicium verum et immotum, neque major, neque minor fieri potest, sequitur, omnia bona esse paria, nec malam fortunam a bona differre, si utrumque ab honesto proficiscatur. Dilatat hoc Catonis exemplo. Qua occasione Academicos refutat, qui gradus beatitatis faciunt: hanc enim non magis quam honestum intendi posse. Itaque in equuleo et tormentis beatissimo esse licet sapienti. Nam bona ista aut mala non efficit materia sed virtus. Quæ si multis dura et difficilia videntur, id infirmitati eorum, ex qua de virtute ferunt sententiam, tribuendum est. Neque tamen hoc ita intelligendum est, quasi omnem humanam naturam deponat sapiens. Nam quum ex duabus partibus constet, irrationali et rationali, negari nequit, in eum omne id cadere, quod in omnes homines cadit, ideoque et tremet sapiens, et dolebit, et expallescet: hi enim omnes corporis sensus sunt. Sed rationalis ejus pars non istis ad querelas dejicitur, nec ad confessionem servitutis adducitur, nec virtutem ut omni vi carens damnabit. Vincit virtute fortunam. Si qui tamen professi sapientiam levissimis minis terreantur, reputandum est, hos non veros sapientes sed proficientes fuisse. Itaque operam demus, ut tota mente ad pulcherrima ista, ad virtutem istam perfectam properemus. — Conf. Argum. Epist. LXVI, et Epist. LXXIV.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Subinde me de rebus singulis consulis, oblitus vasto nos mari dividi[1]. Quum magna pars consilii sit in tem-

1. *Vasto n. m. div.* nimirum infero s. Tyrrheno, inter Siciliam et Italiam, ita ut responsa post tempus perveniant, ob locorum intervallum. *R.*

Digitized by Google

pore[1], necesse est evenire ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, quum jam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur: res nostræ[2] feruntur, imo volvuntur. Ergo consilium sub die nasci debet: et hoc quoque tardum est nimis; sub[3] manu, quod aiunt, nascatur! Quemadmodum autem inveniatur,
2 ostendam. Quoties, quid fugiendum sit, aut quid petendum voles scire, ad summum Bonum et propositum totius vitæ tuæ respice: illi enim consentire debet quidquid agimus. Non disponet singula, nisi cui jam vitæ suæ summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi jam constet quid velit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus vitæ om-
3 nes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire[4] debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere; et tunc dirigere ac moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat nullus suus[5] ventus est. Necesse est multum in vita nostra casus possit, quia vivimus casu. Quibusdam au-
4 tem evenit, ut, quædam scire se, nesciant. Quemadmodum quærimus sæpe eos, cum quibus stamus; ita plerumque finem summi Boni ignoramus appositum[6]. Nec multis verbis, nec circuitu longo, quod sit summum Bonum, colligas[7]; digito, ut ita dicam, demonstrandum

1. *Sit in tempore*, h. e. ab opportuno tempore pendant. *Ruhk.*

2. *Res nostræ*, humanæ, τὰ τῆς τύχης, quæ non sunt in nostra potestate et fluminis ritu feruntur, quin rapidiore cursu abeunt, ideoque aliæ ex aliis fiunt. *Ruhk.*

3. *Sub manu*, i. e. statim. Lipsius confert Sueton. Aug. 49. Quo celerius ac sub manu annunciari posset. Vid. ibi Casaub. Græcis etiam eodem sensu familiare est: ὑπὸ χεῖρα. Cf. Wyttenbach. ad. Plutarch. S. V. N. p. 15. *Ruhk.*

4. *Scire debet.... telum.* Laudat Lipsius Aristotel. I Ethic. Nicomach. c. 2, ubi similia sunt. *Ruhk.*

5. *Suus*: bonus, secundus.

6. *Appositum.* Quocum stamus, vicinum. *Ruhk.*

7. *Quod sit summum Bonum, colligas. Quod*, pro vulgato *quid*, de-

Digitized by Google

est, nec in multa spargendum[1]. Quid enim ad rem pertinet, in particulas illud diducere[2]? quum possis dicere: « Summum Bonum est, quod honestum est; » et, quod magis admireris : « Unum Bonum est, quod honestum est; » cætera[3] falsa et adultera[4] bona sunt. Hoc si persuaseris tibi, et virtutem adamaveris[5] (amare enim parum est), quidquid illa contigerit, id tibi, qualecumque aliis videbitur, faustum felixque erit; et torqueri, si modo jacueris ipso torquente securior; et ægrotare, si non maledixeris fortunæ, si non cesseris morbo. Omnia denique, quæ cæteris videntur mala, et mansuescent, et in bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat, nihil esse bonum, nisi honestum; et omnia incommoda suo jure bona vocabuntur, quæ modo virtus honestaverit. Multis[6] videmur majora promittere, quam recipit humana conditio. Non immerito : ad corpus enim respiciunt[7]. Revertantur ad animum! jam hominem Deo metientur.

Erige te, Lucili, virorum optime, et relinque istum

derunt edd. vett. cum nostis. Dein *colligis* dabant iidem libri veteres : *colliges* vulgo edd. ex Mureti ing.; *colligas* ex conject. correxi, quod etiam in ora editionis Th. de Juges notatum. *Schw.*

1. *Nec in multa spargendum.* Quia uno in loco situm est.

2. *Quid enim ad rem... diducere.* Bene vertit *Lagrange : Qu'est-il besoin de tant de divisions et de subdivisions ?*

3. *Cætera* dicit adiaphora, indifferentia. Non sunt bona : si tamen a nonnullis ita vocantur, falsa et adulterina sunt. *Ruhk.*

4. *Adultera*, et postea *hoc* ex vett. libr. correxi. Vulgo *adulterina*, et *hæc. Schw.*

5. *Adamaveris*, vides hic discrimen verborum plerumque a veteribus observatum. Spectat autem ad amorem, quem rationalem vocare possis, judicio et ratione maxime natum et ad sola bona relatum. *Ruhk.*

6. *Multis videmur m. promittere.* Scilicet quum dicimus dolorem ipsum fieri bonum posse.—Crebra fuit hæc Stoicorum reprehensio. Cf. Sen. de Const. Sap. c. 3, 1 not. *Ruhk.*

7. *Ad corpus enim respiciunt.* Nempe, si corpus solum respicis, nunquam illi bonum dolor fieri poterit.

Digitized by Google

ludum litterarium [1] philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant; qui animum minuta docendo demittunt [2] et conterunt : fies similis [3] illis, qui invenerunt ista, non qui docent, et id agunt, ut Philo-
7 sophia potius difficilis, quam magna, videatur. [4] Socrates, qui totam Philosophiam revocavit ad mores, et [5] *hanc summam* dixit esse *sapientiam, bona malaque distinguere*. Sequere, inquam, illos [6], si quid apud te habeo aucto-

1. *Ludum litterarium.* Unum ex elegantissimis Senecæ dictis enervant magni viri Faber (ad lib. I, de Just. et Jure) et Gruterus *litterariorum*, Lipsius *litteralium* rescribendo. Non enim ludus hic ludibrium significat, sed scholam. Et in hoc urbanitas quod jungit non jungenda : quasi diceret : *Grammaticen philosophorum. Gronov.* Cf. not. sq. — *Relinque istum ludum litterarium.... conterunt.* Reprehendit præsertim Stoicos, quod ad syllabarum distinctionem et conjunctiones ac præpositionum proprietates descendendo et Grammaticis Geometrisque invidendo (Ep. LXXXVIII, 36), ingenio nimium exercito, animum relinquebant inexercitum, et illa vere magna atque animum emendatura aut omittebant, aut nimis differebant. Ita philosophiam professi videbantur *ludum litterarium* scholam exercere, verba aucupantes et de phrasibus solliciti. Qui vel Lucianum legerit, hanc rerum faciem veram fatebitur. Nimios autem in Dialectica, ad quam et Grammaticen retulerunt, fuisse Stoicos, nota res est. Cf. Brucker. Hist. crit. Phil. Vol. I, p. 904 sq. *Ruhk.*

2. *Demittunt* plurimi codd. præstant, probatum a Lipsio et Gron. Alii : *dimittunt*, *diminuunt*. *Ruhk.*

3. *Fies similis.* Scribe *fias simil.* quod vel invitis libris reponendum erat : sed accedit auctoritas veteris cod. a P. Fabro laudati apud Opsop. cui suffragatur ms. Pal. sec. *Schw.* —Servari tamen post *fies* si intellexeris : Relinque ludum, etc., et sic fies ; i. e. si reliqueris, fies.

4. *Socrates.... distinguere.* Locus nobilissimus Ciceronis Tusc. V, 4. (cf. Davis. ibi p. 193 et 348) apponi meretur : Socrates autem primus philosophiam devocavit e cœlo et in urbibus collocavit, et in domos etiam introduxit, et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quærere. Cf. Meiners I, l. II, p. 385 sqq. *R.*

5. *Et hanc... dixit.* I. e. Dixit quoque. Vid. not. seq. fin.

6. *Sequere, inquam, illos.* Vulgo scribebatur : *sequere, inquit, illos*, etc. Ruhkop. delevit, *inquit* : eum ipsum audiamus : Ubique in codd. et edd. vett. hæc verba *seq. ill. s. q. a. t. h. a.* posita sunt demum post illa : *bona malaque distinguere.* Atenim Muretus temere transpositis his verbis, nulla tamen ejus transpositionis causa, ne mentione quidem allata, collocavit post *videatur* et infarsit post *beatus* voculam *inquit* : omnia ex ingenio! Enimvero nulla causa est, cur veterem scripturam relinquamus. Ex iis enim *qui invenerunt ista*, præcipue nominat Socratem additque

Digitized by Google

ritatis, ut sis beatus; et te alicui stultum videri sine. Quisquis volet, tibi contumeliam faciat et injuriam: tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit Virtus. Si vis, inquam [1], beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc nemo præstabit, nisi qui omnia 8
bona exæquaverit [2], quia nec bonum sine honesto est, et honestum in omnibus par est.

Quid ergo? nihil interest inter præturam Catonis, et repulsam [3]? nihil interest, utrum Pharsalica acie Cato vincatur, an vincat? hoc ejus bonum, quo victis partibus non potest vinci, par erat illi bono, quo victor rediret in patriam, et componeret pacem? — Quidni par sit? 9

bene: *Sequere itaque illos.* Erasmus tamen post *sequere* habet *inquit*. *R.* — Schweigh. in textu dederat: Socrates.... *distinguere*: « sequere, inquit, illos.... videri sine. » Quisquis.... « Si vis, inquit, beatus esse...aliquis.» quasi hæc essent Socratis verba. Sed in notis sententiam in melius mutavit. Intelligo, inquit, paulo melius a Ruhkopfio curatum esse eumdem locum, eo quod verbum *inquit*, post *sequere* prætermisit: quod verbum, licet in vett. libris omnibus extet, tamen utique aut delendum aut potius cum Pinciano in *inquam* mutandum censeo; utpote temere invectum aut mutatum ab homine, qui in superiori oratione desiderasset verbum tertiæ personæ, quod ad nominativum *Socrates* referretur, nec animadvertisset nihil in præcedente periodo deesse, si quidem particula *et* post *revocavit ad mores* (quam abjectam maluerat idem Pincianus) intelligatur non esse copula, quæ ista jungat *revocavit et dixit*, sed ex frequentissimo Senecæ usu pro *etiam* esse positam. Deinde vero rursus Pinciano assentior, alterum verbum *inquit* (post *si vis*), pariter in *inquam* esse mutandum, quum perperam ad similitudinem prioris fuisset inflexum. Itaque totum locum sic rescriptum vult ut nos edidimus. Sic nonnisi illa verba Socratis fuerint, *hanc summam esse sapientiam, bona malaque distinguere.* — Particulæ *et*, quæ legitur ante *hanc summam dixit*, etc., hæc vis erit, *Socrates etiam* (scilicet, non minus quam Stoici) dixit, *hanc summam esse*, etc. *Schw.*

1. *Inquam* pro vulgato *inquit* Schw. proponit. Vid. not. super. — Ruhk. qui servavit *inquit* subaudiendum monet aliquis, ut Græc. φησί. Vide Upton. ad Epictet. Diss. Arrian. I, 4, 9. Præstat tamen Socratem hic intelligere cum Grutero. *Ruhk.*

2. *Omnia bona exæquaverit*, sive in læta sive in tristi materie ea sint. De hoc supra Epist. LXVI, diffuse. *L.*

3. *Quid ergo? nihil... repulsam?* Bis Cato spe excidit honorum: primum repulsam præturæ, deinde et consulatus passus est. Hanc tam æquo animo tulit, ut eodem die in

Digitized by Google

Eadem enim Virtute et mala fortuna vincitur, et ordinatur bona: virtus autem non potest major aut minor fieri; unius staturæ est. — Sed Cn. Pompeius [1] amittet exercitum; sed illud pulcherrimum reipublicæ [2] prætextum, optimates, et, prima acies Pompeianarum partium, Senatus ferens arma, uno prœlio profligabuntur; et tam magni ruina imperii in totum dissiliet orbem: aliqua pars ejus in Ægypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet; ne hoc quidem miseræ reipublicæ continget, semel ruere! — Omnia licet fiant! Jubam in regno suo non
10 locorum notitia adjuvet, non popularium pro rege suo virtus obstinatissima; Uticensium quoque fides, malis fracta, deficiat, et Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat; olim provisum est, ne quid Cato detrimenti caperet. — Victus est tamen! — Et hoc numera inter repulsas Catonis: tam magno animo feret, aliquid
11 sibi ad victoriam, quam ad præturam, obstitisse. Quo die repulsus est, lusit; qua nocte periturus fuit, legit [3]: eodem loco habuit, prætura et vita excidere [4]; omnia, quæ acciderent, ferenda esse persuaserat sibi. Quidni ille mutationem reipublicæ forti et æquo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non

Campo Martio pila luderet. Cf. Plut. in Cato min. p. 783 ed. Frcf. *Ruhk.*

1. *Sed Cn. Pompeius... semel ruere.* Quæ de Cn. Pompeio ejusque partium fato narrantur, omnia nota sunt ex Plutarchi Pompeio, Catone et Jul. Cæsare. *Ruhk.*

2. *Illud pulcherrimum reip. prætextum.* Sic Erasmus, omnes libri scripti et editi. Muretus tamen: *ille pulcherrimus reip. prætextus*, merito a Grutero et Gronovio repulsus. — *Reipublicæ prætextum* i. ornamentum et decus, ex eo, quod prætexta magistratus ornabat. Sic Epictet. Diss. Arrian. I, 2, 18, πορφύρα: vide ibi Upton. p. 32 ed. Schweighæus. add. III, 1, 23. *Ruhk.*

3. *Qua nocte... legit*, Platonis Phædonem s. de immortalitate animi dialogum. *Ruhk.*

4. *Excidere.* Sic nonnulli codd. Grut. inque iis cod. Col. Recte sic jam emendaverat Grut. Nam prætura *excedere*, quæ erat vulgata, non poterat eam ambiens, sed *excidere*, ἐκπίπτειν, ab ea repulsus. Prætulit et Lipsius. *Ruhk.* — *Excidere* tenet

Digitized by Google

cœlum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis Deo agente ducatur. Non semper tenebit[1] hunc ordinem; sed illum ex hoc cursu aliquis dies dejiciet. Certis eunt 12
cuncta temporibus; nasci debent, crescere, exstingui. Quæcumque supra nos videa currere, et hæc, quibus immixti[2] atque impositi sumus veluti solidissimis, carpentur ac desinent[3]. Nulli non senectus sua est : inæqualibus ista spatiis eodem natura dimittit. Quidquid est, non erit : nec peribit, sed resolvetur[4]. Nobis solvi, perire est. Proxima enim intuemur : ad ulteriora non 13
prospicit mens hebes, et quæ se corpori addixit; alioqui fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in vitam mortemque per vices ire, et composita dissolvi, dissoluta componi; in hoc opere æternam artem cuncta temperantis Dei verti. Itaque, ut [5]Cato, quum ævum animo percurrerit, dicet : « Omne humanum genus, quodque est, quodque erit, morte damnatum est : omnes, quæ usquam rerum potiuntur, urbes[6], quæque 14

quoque Schw. Et sic ed. *R. Excedere* ed. Erasm. et sqq. cum ed. *A.* et mss. *b. c.* et al.

1. *Non semper tenebit.* Refert Muretus ad id, quod Plato etiam scribit in Politico. « Solem et sidera non eodem semper motu, sed alio alias ferri; atque adeo ubi nunc occidit sol, inde ortum olim esse. » Non refuto. Simplicius tamen arbitror ad stoicam ἐκπύρωσιν, sive *conflagrationem* referre, quum omnia confusa peribunt. Similis sententiæ sunt, quæ Consol. ad Polyb. cap. XXI, legas. *Lips.* — Vide Tiedemann. *Syst. der st. Phil.* II, p. 102.

2. *Immixti* edd. vett. cum mssis. *Innixi* vulgo ab Erasm. quod si scripsisset Seneca, non adjecturus erat *atque impositi*. *Schw.*

3. *Quæcumque...carpentur ac desinent.* Eamdem splendide expressit sententiam nostræ ætatis poeta *Baour-Lormian*, *Hymne au Soleil* :

Mais peut-être, ô Soleil, tu n'as qu'une saison ;
Peut-être succombant sous le fardeau des âges,
Un jour tu subiras notre commun destin ;
Tu seras insensible à la voix du matin,
Et tu t'endormiras au milieu des nuages.

4. *Quidquid... resolvetur.* In prima principia, ignem et materiam. *L.* — Cf. Cic. N D. II, 46. Senec. Cons. ad Marc. c. 26, 5 not. *Ruhk.*

5. *Ut Cato.* Sic rursus vett. libri omnes, *R. A. b. c.* Par. *a. b. d.* Opsop. et Grut. Deerat *ut* edd. inde ab Erasm. — Nescio an e *Catonis Originibus* ducta sint verba, hic a Seneca laudata. *Schw.*

6. *Quæ...rerum potiunt., urbes*, etc.

Digitized by Google

alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliquando quæretur[1], et vario exitii genere tollentur : alias destruent bella[2]; alias desidia paxque ad inertiam versa consumet[3], et, magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos repentina maris inundatio[4] abscondet, aut in subitam cavernam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo, quare indigner aut doleam, si exiguo momento publica fata præcedo? » Magnus animus Deo pareat, et, quidquid lex universi jubet, sine cunctatione patiatur. Aut in meliorem emittitur vitam, lucidius tranquillliusque inter divina[5] mansurus; aut certe, sine ullo futurus incommodo, suæ naturæ remiscebitur, et revertetur in totum. Non est ergo M. Catonis[6] majus bonum honesta vita, quam mors honesta; quoniam non intenditur[7] Virtus. « Idem[8] esse, dicebat Socrates, ve-

Tota sententia est : tam urbes quæ imperant, ut apud veteres Roma, aut Carthago; et quæ imperantur, ut Corinthus, Syracusæ, Athenæ, quæ tamen illis ipsis imperantibus decus et lumen afferunt. Nam clarum et magnificum est scilicet, tam magnis imperare. *Lipsius.*

1. *Ubi fuerint, aliquando quæretur.* Sic nunc ambigitur quo in loco quondam fuerint Ninus et Babylon; nec inter doctos constat quo loco constiterit Troja : ut ait Lucanus : « ipsæ periere ruinæ »; ipsiusque Carthaginis sedes in incerto est.

2. *Alias destruent bella.* Sic, præter Trojam argivis ignibus deletam, Persepolim, Tyrum, Thebas Alexander magnus funditus abolevit, Romani Carthaginem; Saguntumque et Numantia per flammas a suis civibus accensas corruerunt.

3. *Alias... consumet :* talis fuit exitus Babylonis, si credimus historiæ.

4. *Repentina maris inundatio.* Id quoque Stoicum, Cataclysmo mundi partes perire aut inverti. Vide Physiol. lib. II. Diss. XX. *Lips.*

5. *Inter divina* i. e. inter aut juxta sidera. *Lipsius.* — Vide Stoic. Physiol. III, 11. Stoicos hac de re fluctuasse supra jam monuimus. Conf. Senec. Consol. ad Marc. cap. XIX, § 4. Gataker. ad M. Antonin. lib. IV, cap. 19, p. 139 sq. *Ruhk.*

6. *M. Catonis* (int. vita). Rectius fuerit *Marco Catoni*, quod sic exserte scribitur in ed. *R.* Et ante hæc verba commode in eadem ed. *R.* inserta leguntur ista, *mi Lucili. Schw.*

7. *Non intenditur.* Int. Non hic minor, illic major est. *Lagrange* bene : *La vertu n'est pas susceptible de degrés.*

8. *Idem.... virtutem.* Eo sensu, quod virtus sit scientia : omnis autem scientia veritas est. Cf. Meiners II, p. 425 sq. *Ruhk.*

Digitized by Google

ritatem et virtutem : » quomodo illa non crescit, sic nec virtus quidem; habet numeros suos, plena est.

Non est itaque, quod mireris paria esse Bona, et quæ ex proposito sumenda sunt, et quæ si ita res tulit. Nam si hanc [1] inæqualitatem receperis, et fortiter torqueri [2] in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis : et 17 infelicem Socratem dices in carcere; infelicem Catonem, vulnera sua animosius, quam fecerat, retractantem; calamitosissimum omnium Regulum [3], fidei pœnas etiam hostibus servatæ pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem, ausus est : negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum. Academici [4] veteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum, nec ad plenum : quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum Bonum est, supra se gradum non habet; 18 si modo illi Virtus inest, si illam adversa non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis. Manet autem : virtutem enim intelligo animosam et excelsam, quam incitat quidquid infestat. Hunc animum, quem sæpe induunt generosæ indolis juvenes, quos alicujus honestæ rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto Sapientia infundet et tradet : persuadebit, unum Bonum esse, quod honestum; hoc nec remitti, 19 nec intendi posse; non magis, quam regulam, qua rectum

1. *Nam si hanc... malis :* vid. Ep. LXVII, 6. *Ruhk.*

2. *Fort. torqueri.* Si parvum bonum esse dixeris fortiter cruciatus tolerare.

3. *Regulum.* Explicat hæc Ciceronis de Off. I, 13, locus nobilis. Regulus primo bello Punico captus a Pœnis quum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetque se rediturum : primum ut venit, captivos non reddendos in senatu censuit : deinde quum retineretur a propinquis et amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. Cf. ad III de Provid. § 5 not. *Ruhk.* — Confer etiam Horat. od. III, 5.

4. *Academici veteres..... plenum :*

Digitized by Google

probari solet, flectes[1]. Quidquid ex illa mutaveris, injuria est recti. Idem ergo de Virtute dicemus : et hæc recta est; flexuram non recipit : rigidari quidem potest[2], amplius intendi non potest. Hæc de omnibus rebus judicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri; nec, quæ ab illa quidem fiunt, alia aliis rectiora sunt; huic enim necesse est respondeant : ita paria sunt.

Quid ergo? inquis : jacere in convivio, et torqueri, paria sunt? — Hoc mirum videtur tibi? Illud licet magis admireris : jacere in convivio, malum est; torqueri in equuleo, bonum est; si illud turpiter, hoc honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia, sed Virtus : hæc ubicumque apparuit, omnia ejusdem mensuræ ac pretii sunt. In oculos nunc mihi manus intentat[3] ille, qui omnium animum æstimat ex suo, quod dicam paria bona esse, adversa fortiter portantis, et prospera honeste judicantis; quod dicam paria bona esse, ejus qui triumphat, et ejus qui ante currum vehitur invictus animo. Non putant enim fieri, quidquid facere non possunt; ex infir-

Vid. ad Ep. XXXI, 6 et cf. Cic. Tusc. V, 7–13. *Ruhk.*

1. *Probari solet, flectes. Quidquid* etc. Sic veteres libri ad unum omnes. Sua auctoritate Erasmus ediderat, *probari solet : quam si flectas, quidquid*, etc. quod tenuere alii editores. *Schw.*

2. *Rigidari quidem potest.* Sic percommode ed. *R.* id est, durari, firmari potest, ne facile curvari possit; sed (si modo recta est) magis recta fieri non potest. Eamdem script. servant mss. Arg. *b. c.* Par. *a. b. d. Grut.* nisi quod omittant h. l. verbum *potest;* et sic ed. Er. et Gron. Ruhkopfio placuit *rigida est*, quod ex Pinciani libris nonnullis arripuerat Mur. *S.*—Ruhk. dat : *rigida est; amplius*, etc. Cum Mureto, inquit, hanc script. nonnullorum codd. mss. ap. Pinc. præfero alteri, quam pleraque exemplaria servant : *rigidari quidem a. i. n. p.* quam Grut. et Gron. tuentur. Sententia auctoris postulat lectionem, quam reposui. *Rigidari* esset, Grutero et Gron. explicantibus, rigidior s. rectior fieri. Enimvero Virtus, ait Noster, est summum bonum, ideoque nec supra se gradum habet : itaque rectior fieri nequit. Pauciora hic exemplaria et ea saniora, quia menti auctoris conveniunt, sequi malui, quam plurimas edd. et membranas Nostrum manifesto depravantes. *R.*

3. *In oculos... manus intentat.* Sci-

Digitized by Google

mitate sua de Virtute ferunt sententiam. Quid [1] miraris, si uri, vulnerari, occidi, alligari [2] juvat, aliquando etiam libet? Luxurioso frugalitas pœna est; pigro supplicii loco labor est; delicatis miseria est industria [3]; desidioso studere torqueri est: eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli sumus, dura atque intoleranda credimus, obliti, quam multis tormentum sit vino carere, aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi et enerves. Magno animo de rebus magnis judicandum est; alioqui videbitur illarum vitium esse quod nostrum est. Sic quædam [4] rectissima, quum in aquam demissa sunt, speciem curvi præfractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert: animus noster ad vera perspicienda caligat. Da mihi [5] adolescentem incorruptum, et ingenio vegetum; dicet [6] fortunatiorem sibi 22 23

licet per minas atque ex indignatione.

1. *Quid miraris* etc. *Quid* eumdem hic sensum occupare videtur ac *cur*. Sensus est: ideo tibi mirandum videtur a quibusdam voluptatem in tormentis inveniri, quod vides ea etiam, quæ nihil secum doloris afferunt, a plerisque ut supplicia vitari: tanta est hominum mollities. In ed. Lips. punctum interrogationis ponitur post *juvat*. Quam lectionem *Lagrange* secutus est, quum vertit: *Êtes-vous étonné d'entendre dire que ce soit un bien d'être brûlé, blessé, massacré, enchaîné? C'est quelquefois même un plaisir*. Qua interpretatione nobis omnis ordo et connexio sententiarum permixta et turbata videtur.

2. *Alligari* deportatus esse in insulam cum custodia. Cf. Ep. XXIV, 16 not. Spectat eo hæc Epist. XXVI, 9: « una est catena, quæ nos alligatos tenet. » *Ruhk.*

3. *Delicatis miseria est industria.* Conticuit Schw. in notis de hac lectione quam tamen in sola illius editione reperimus. Ruhkopfius: *delicatis miseria est continentia, indoctis industria.* Hanc lectionem invenit Grut. in quibusdam mss. et Lipsius in suo. Haud dubie præferenda est vulgatæ: *delicatus miseretur industrii. Ruhk.*

4. *Sic quædam..... reddunt.* Idem observaverat Nat. Qu. I, 3: « Remus integer in tenui aqua fracti speciem reddit. » *Ruhk.*

5. *Da mihi.... extat.* Paria in libro de Provid. c. 2. *Ruhk.*

6. *Dicet fortunatiorem..... extat.* Vertit *Lagrange* perinde ac si scriptum habuisset *quam qui supra fortunam extat: Il dira qu'il trouve plus fortuné l'homme qui porte sans fléchir tout le faix de l'adversité, que celui qui se trouve élevé au-dessus de la fortune.* At nulla nostrarum edi-

Digitized by Google

videri, qui omnia rerum adversarum onera rigida cervice
24 sustollit[1], qui supra fortunam extat. Non mirum est, in tranquillitate non concuti : illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur; ibi stare, ubi omnes jacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis, quæ adversa appellamus, mali? hoc, ut opinor, succidere mentem, et incurvari, et succumbere ; quorum nihil sapienti viro potest evenire. Stat rectus sub quolibet pondere[2] ; nulla illum res minorem facit; nihil illi eorum, quæ ferenda
25 sunt, displicet. Nam, quidquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur. Vires suas novit; scit se esse oneri ferendo[3].

Non educo[4] Sapientem ex hominum numero; nec dolores ab illo, sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente, submoveo. Memini ex duabus illum partibus esse compositum : altera est irrationalis; hæc mordetur, uritur, dolet[5] : altera rationalis; hæc inconcussas opiniones
26 habet, intrepida est, et indomita. In hac positum est sum-

tionum hanc lectionem habet : præterea *supra fortunam extare* semper ad animum refertur, qui tela fortunæ contemnit, quem illa non potest evertere, nec concutere; nullus alius admitti potest sensus : nam nemo unquam bona sua terrestria in eo loco posuit, ubi a fortuna lacessi non possint et detrudi.

1. *Sustollit* edd. ab Erasm. cum ed. *A*. *Substollat* ed. *R*. et ms. *b*. *Sustollat* ed Ven. et mss. Grut. lidem tamen *extat* vel *exstat* in indicativo tenent. Verissimum fortasse fuerit *sustulit*, quod habet ms. *c*. et ed. Mur. *Schw*.

2. *Stat rectus sub quolibet pondere*. Sic Horat. de Sapiente Carm. III, 3, 7 et 8. « Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. » *R*.

3. *Scit se esse oneri ferendo*.... Subaudi *non imparem;* nisi prætuleris *natum*.

4. *Non educo... summoveo*. Sæpissime hanc ἀπαθείας descriptionem dedit noster e. c. de Provid. cap. 2, de Ira lib. I, cap. 3, 16. Cf. Lipsii Manud. III, 7, et Meiners *philos. Schriften*, Vol. II, ubi de apathia stoica egregie egit. *Ruhk*.

5. *Hæc mordetur.... dolet*. Profitetur auctor se dissentire iis qui dolorem se non sentire quidem prædicabant : mirabili prorsus animi arrogantia ; inter quos sæpe in exemplum adducitur stoicus Posidonius podagra laborans, nec ullum in illa malum esse exclamans.

Digitized by Google

mum illud hominis bonum : antequam impleatur [1], incerta mentis volutatio est; quum vero perfectum est, immota illa stabilitas est. Itaque inchoatus [2], et ad summa procedens, cultorque virtutis, etiam si appropinquat perfecto bono, sed ei nondum summam manum imposuit; ibi interim cessabit, et remittet aliquid ex intentione mentis : nondum enim incerta transgressus est; etiam nunc ver- 27
satur in lubrico. Beatus vero, et virtutis exactæ, tunc se maxime amat, quum fortissime expertus est; et metuenda cæteris, si alicujus honesti officii pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur, multoque audire mavult : « Tanto melior [3], quam tanto felicior [4]. »

Venio nunc illo, quo me vocat exspectatio tua. Ne ex- 28
tra rerum naturam vagari virtus nostra videatur, et tremet [5] Sapiens, et dolebit, et expallescet; hi enim omnes corporis sensus sunt. Ubi ergo calamitas [6]? ubi illud malum verum est? Illic scilicet, si ista animum detrahunt, si ad confessionem servitutis adducunt, si illi pœnitentiam sui faciunt [7]. Sapiens quidem vincit virtute fortu- 29
nam; at multi professi Sapientiam levissimis nonnunquam minis exterriti sunt! Hoc loco vitium nostrum

1. *Antequam impleatur.* Pronomen *quod*, vulgo præmissum ab Erasmo, ignorant vett. libri omnes. Addunt autem iidem paulo infra voculam *et*, quam ante verba *ad summa* adjecimus. *Schw.*

2. *Inchoatus.* Est ille proficiens et τυπούμενος, cœptus formari et doceri, nondum doctus. Explicat noster infra § 33. *Ruhk.*

3. *Tanto melior.* Sic Epist. XXXI : « Tanto melior, surge et inspira. » De Tranquillitate cap. ult: « Dicamus tanto fortior, tanto felicior.» Quinctilianus: « unde illa laudatio, tanto melior, nec ego intellexi.» Est igitur acclamandi laudandique formula. *Lips.*

4. *Quam tanto felicior.* Sic commode ed. Mur. suffragantibus codd. Opsop. Alii vulgo, *quam felicior*, ab Erasmo; sed *quanto fel.* ed. *R.* cum ms. *b.* et Pal. 2. *Schw.*

5. *Tremet. Tremebit* ed. *R.* cum ms. Arg. *b.* et Par. *b. d. Timebit* Par. *a. Schw.*

6. *Ubi ergo calamitas?* Sic edd. vett. cum melioribus msstis. Vulgo *Ubi ergo est origo calamitatis. S.*

7. *Pœnitentiam sui faciunt.* Brutum exempli causa affert Lipsius.

Digitized by Google

est, qui, quod dicitur de Sapiente, exigimus et a Proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quæ laudo, nondum persuadeo; etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem aut tam exercitata, ut ad omnes casus procurrerent. Quemadmodum lana [1] quosdam colores semel ducit, quosdam, nisi sæpius macerata et recocta, non perbibit: sic alias disciplinas ingenia, quum accepere, protinus præstant; hæc, nisi alte descendit, et diu sedit, et animum non coloravit [2], sed infecit, nihil ex his, quæ promiserat, præstat. Cito hoc potest tradi, et paucissimis verbis, « Unum Bonum esse Virtutem, nullum certe sine Virtute; et ipsam Virtutem in parte nostri meliore, id est, rationali, positam. » Quid erit hæc Virtus? judicium verum et immotum; ab hoc enim impetus venient mentis; ab hoc omnes species, quæ impetum movent, redigentur ad liquidum. Huic judicio consentaneum erit, omnia, quæ virtute contacta sunt, et bona judicare, et inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt; sed in totum non sunt bona. His [3] pretium quidem erit aliquod, cæterum dignitas non erit; magnis inter se intervallis distabunt; alia majora, alia minora erunt. Et in ipsis Sapientiam sectantibus magna discrimina esse, fateamur necesse est. Alius jam in tantum profecit, ut

Quum enim audisset Cassium esse defunctum, virtutem ut verba accusavit, sibique manus violentas intulit. *Ruhk.*

1. *Quemadmodum lana... perbibit.* Fucum, unde hodieque Lacca musica s. musiva conficitur, qui substernebatur conchyliis, s. purpuræ in lana tingenda, semel ducit. Cf. ad Consolat. ad Helv. 5, 6 not. Sed purpuram nisi sæpius *macerata* mollita et recocta non trahit. Vide et similem comparationem ad Epist. LXX, 3. *R.*

2. *Et anim. non coloravit, sed infecit.* Voculam *et*, ad sensum necessariam, adjeci ex præscripto edd. vett. et msstorum. *Infecit* non, ut Ruhk. ait, valet *leviter et obiter tinxit*, sed *penitissime tinxit*; et plus est quam *coloravit*. Vide de hac locutione Epp. LIX, et CX. *Schw.*

3. *His... dignitas non erit:* Recorderis linguam Stoæ. Loquitur de indifferentibus rebus: quædam *digna-*

Digitized by Google

contra fortunam audeat attollere oculos [1], sed non pertinaciter; cedunt enim nimio splendore præstricti: alius in tantum, ut possit cum illa conferre vultum; si jam pervenit ad summum, et fiduciæ plenus est. Imperfecta 34
necesse est labent, et modo prodeant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire et niti perseveraverint: si quidquam ex studio et fideli intentione laxaverint, retro eundum est. Nemo profectum ibi invenit, ubi reliquerat [2].

Instemus itaque, et perseveremus! Plus quam profligavimus, restat; sed magna pars est profectus, velle proficere. Hujus rei conscius mihi sum: volo, et tota mente 35
volo. Te quoque instinctum esse, et magno ad pulcherrima properare impetu, video. Properemus! ita demum vita beneficium erit; alioqui mora est, et quidem turpis inter fœda versantibus. Id agamus, ut nostrum omne tempus sit: non erit autem, nisi prius nos nostri esse cœperimus. Quando continget contemnere utramque for- 36
tunam [3]? quando continget omnibus oppressis affectibus, et sub arbitrium adductis, hanc vocem emittere: *Vici!* — Quem vicerim, quæris? — Non Persas, nec extrema

tionem, æstimationem, ἀξίαν, habent (producta, προηγμένα), quædam ea carent (remota, ἀποπροηγμένα), quædam sunt neutra, media, τὰ οὐδετέρως ἔχοντα. Diog. Laert. VII, 104 sq. Menag. *Ruhk.*

1. *Audeat attollere oculos.* Hæc simili modo expressit Plutarchus de Tranq. An. Tom. X, p. 31 Hutt. ἀγνοοῦντες ὅσον ἐστὶ πρὸς ἀλυπίαν ἀγαθὸν, τὸ μελετᾶν καὶ δύνασθαι πρὸς τὴν τύχην ἀνεωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν: quem locum debeo Bentleio, qui in præclara nota ad Horat. I Carm. 3, 18, τὰ *tollere, attollere oculos* eorum esse, qui minas et terrores impavide contemnunt, exemplis adstruxit, Senecæ locis et hoc ipso opportune admotis. Quædam huc spectantia dedit Interpres ad Epict. Diss. Arr. III, 24, 76, p. 782. *R.*

2. *Nemo profectum ibi invenit, ubi reliquerat.* Qui paulum desciscit a studio virtutis persequendæ, se jam pejorem reperit quum interruptum opus recipit, quia inter cessationem excidunt animo quædam ex iis quæ didicerat.

3. *Utramque fortunam.* Secundam et adversam.

Digitized by Google

Medorum [1], nec si quid ultra Dahas [2] bellicosum jacet; sed avaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit. Vale.

1. *Medorum. Indorum* Par. *d. S.* 2. *Dahas.* Haud multum refert, *Dahas* an *Dacos* legas: exstat utrumque in codd. Attamen *Dahas*, qui cum Massagetis aliisque interioris Asiæ populis tributarii quondam Persis, dein Alexandro M. facti sunt, potiorem hic habere locum patet, quam *Dacos* ad Danubium, ubi nunc Moldavia et Wallachia est, inhabitantes. Extrema Medorum sunt ipsi Dahæ. *Ruhk.*

EPISTOLA LXXII.

OMNIA ESSE RELINQUENDA AD AMPLEXANDAM PHILOSOPHIAM.

Excusat se apud Lucilium, quod petitionem ejus multum operæ et diligentiæ in discutiendo poscentem ad liquidum deducere non possit. Differendam hanc rem esse in tempus quietius. Qua occasione dilationis queritur, boni studium a nobis differri, quum tamen non otiosis, sed omnibus aliis negotiis neglectis philosophiæ assidendum sit. Nihil incidere posse, quod sapientem impediat, quum sint, quæ proficientem abstrahant. Quænam illum sapientem, cujus summum bonum jam fixum est et immutabile, turbare possent! Nam externa sunt levia et summam tantum cutem stringunt. Aliter res se habet in proficiente, qui nisi attendit, gravatur: a quo illa externa avide exspectantur, quibus comparatis, semper spes novorum fortunæ beneficiorum crescit: sed sapiens illorum non indiget: secure accipit quæ obveniunt, semper lætitia maxima fruitur.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quod quæris a me, liquebat mihi, quum rem ediscerem, per se [1]: sed diu non retentavi memoriam

1. *Quum rem ediscerem, per se.* Sic percommode ed. Ven. cum ed. *A* et ms. *c.* nisi quod in his duobus vitiose *educerem* scribitur. Poterat etiam vulgatum ferri, *sic rem edidiceram*, quod a Pinciano (non ab Erasmo) acceperat Lipsius, et consentiunt mss. Arg. *b.* et Par. *b.* nisi quod vitiose hi *edidicerem* habent: sed in parenthesi ponenda erant hæc verba, et dein

Digitized by Google

meam [1]; itaque non facile me sequitur. Quod evenit libris situ cohærentibus [2], hoc evenisse mihi sentio; explicandus est animus, et, quæcumque apud illum deposita sunt, subinde excuti debent, ut parata sint quoties usus exegerit. Ergo hoc in præsentia differamus; multum enim operæ, multum diligentiæ poscit. Quum primum lon-

addenda ista, *per se*, quæ libri omnes agnoscunt. *Si remeditarer*, pro nostris *quum rem ediscerem*, ex Lipsii conjectura parum necessaria edidit Ruhk. *Schw.*—Nunc audiamus Ruhk. Hanc, inquit, lectionem *si remeditarer, per se* Lipsio adjutore prætuli, quam Seneca dignissimam puto. Si mihi, ait, longior nunc esset mora retractandi ea, quæ a me quæris, liquerent per se, i. e. ultro. Sed differenda sunt in aliud tempus commodius. Erasmus: *si rem edicerem per se*, notatumque ad marginem: alias *ediscerem*. Sic quoque est in cod. Col. ap. Gruterum. Unum exemplar Pinciani *sic rem edidisceram*, *sed diu*, unde nonnullæ edd. fecerunt: *sic rem edidiceram*, mente auctoris repugnante. Alii ap. Grut. *si rem ædificarem per se. Sed non retentavi.* « Fecerim, inquit Lipsius (qui dat *sic rem edidiceram*), *Liquebat mihi scire, modo edissèrere* (vel *edicere*) *possem. Sed diu*, etc. Addit Lipsius: Quid? imo aliter: *liquebat mihi, si remeditari possem*; et rem attigi. *Remeditari*, ut reminisci. » Equidem puto, librariis voc. *remeditari* ansam præbuisse ad scripturam corrumpendam. *Ruhk.*—Idem Ruhk. interpretatur *si remeditarer*, etc. dicens: Haud dubie propter malam valetudinem, cujus restaurandæ causa Baiarum thermis usus erat, et hoc ipso tempore, quo hanc et plurimas hasce epistolas scriberet, in illis amœnis Campaniæ locis commorabatur velut in secessu. Hinc lucem accipiunt, quæ mox sequuntur: *Quum primum longiorem eodem loco speravero moram. Ruhk.*

1. *Sed diu non retentavi memoriam meam.* Pro vulgato *retentavi*, Schw. dat *recentavi*, dicens: Vulgo *non retentavi* edd. et mssti; quod speciosum erat, ac teneri etiam poterat. Sed scrupulum mihi injecerat, quod, quum constanter alias *temptare*, non *tentare*, scribatur in libris nostris (quemadmodum et hic *retemptavi* scribitur in ed. *A.* et in ms. *c.*) nunc hoc uno loco a constantissimo alioquin more discessum sit in vetustiore ms. Arg. *b.* et in ed. *R.* Itaque quoniam persimiles sæpe in vetustis libris sunt literæ *t* et *c*, persuaseram mihi, *recentavi* hic scribi debuisse; quod ipsum verbum aptissimum huic loco esse videbatur. *S.* — Præterea quod *recentavi* in nullo ms. reperitur, ideo rejiciendum videtur, quod rarissimum est, et *retentavi* seu *retractavi*, quæ in mss. et edd. leguntur, bene latina sunt et facile intelliguntur.

2. *Libris situ cohærentibus.* Libri veterum vel papyro vel pergamena charta scribi soliti, cohærescere debebant diu non usurpati, quoniam convolvebantur, ideoque indurescere debebant, nec sine labore explicari poterant. Monstrarunt hæc v. c. codices illi Herculanenses. *Ruhk.*

Digitized by Google

giorem eodem loco speravero moram, tunc istud in manus
2 sumam. Quædam enim sunt, quæ possis et in cisio [1] scribere; quædam lectum [2], et otium, et secretum desiderant. Nihilominus his quoque occupatis diebus [3] agatur aliquid, et quidem totis : nunquam enim non succedent occupationes novæ; serimus illas : itaque ex una exeunt plures; deinde ipsi nobis dilationem damus. « Quum hoc peregero, toto animo incumbam [4]; et, si hanc rem molestam
3 composuero, studio [5] me dabo. » — Non, quum vacaveris, philosophandum est : omnia alia negligenda sunt, ut huic assideamus; cui nullum tempus satis magnum est, etiam si a pueritia usque ad longissimos humani ævi terminos vita producatur [6]. Non multum refert, utrum omittas philosophiam, an intermittas : non enim, ubi interrupta est, manet; sed, eorum more [7], quæ intenta dissiliunt [8], usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit.

4 Resistendum est occupationibus, nec explicandæ [9], sed

1. *In cisio.* A Pinciani sagacitate est, quum libri fere habeant : *incisio.* Minus placet *in circo*, quod quidam codd. dant. Locus Sueton. in vita Octav. 45, huc allatus a Grut. et Lipsio parum prodest. *Cisium* autem est genus vehiculi gestatorii. Quædam, ait, per iter aut gestationem etiam scribi. *Ruhk.*

2. *Lectum* sc. lucubratorium. Sic Horat. Serm. I, 4, 133 : « Neque enim quum lectulus aut me Porticus excepit, desum mihi. » *Ruhk.*—Ovidius : « Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis, Nec consuete, meum, lectule, corpus habes. » Plinius lib. V Epist. « Visus est sibi jacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis. »

3. *Occupatis diebus... totis.* Erat in commentariis aliisque libris philosophicis componendis quammaxime occupatus. Cf. Ep. XXXIX init. *Ruhk.*

4. *Incumbam* subaudi *philosophiæ.*

5. *Studio* philosophiæ. *Ruhk.*

6. *Producatur* ed. *R.* et ms. Col. *Producitur* Arg. *b.* Par. *a. b. d.* Vulgo *protenditur. Schæ.*

7. *Eorum more, quæ intenta dissiliunt, usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit.* Sic omnes fere codd. et edd. Erasmus d. habent : *continuatione sua. Ruhk.*

8. *Intenta dissiliunt*, ut funes. *R.* — Ut arcus qui, quum manus qui tendebatur se remisit, ad priorem statum revertitur.

9. *Nec explicandæ*, i. e. non disponendæ per tempora et digerendæ sunt. *Lipsius.*

Digitized by Google

summovendæ sunt. Tempus [1] quidem nullum parum est idoneum studio salutari : atqui multi inter illa non student, propter quæ studendum est [2]. — Incidet quod impediat; — non equidem eum, cujus animus in omni negotio lætus atque alacer est : imperfectis adhuc interscinditur lætitia; Sapientis vero contexitur gaudium, nulla rumpitur causa, nulla fortuna; semper et ubique tranquillum est. Non enim ex alieno pendet, nec favorem fortunæ, aut hominis, exspectat. Domestica illi felicitas est : exiret ex animo, si intraret; ibi nascitur. Aliquando extrinsecus, quo admoneatur mortalitatis, intervenit; sed id leve, et quod summam cutem stringat. Aliquo, inquam, incommodo afflatur [3] : maximum ejus bonum est fixum. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda; velut in corpore interdum robusto solidoque eruptiones quædam pustularum et ulcuscula, nullum in alto malum est. Hoc, inquam, interest inter consummatæ sapientiæ [4] virum, et alium procedentis, quod inter sanum, et ex morbo gravi ac diutino emergentem, cui sanitatis loco est levior accessio [5]. Hic, nisi attendit, subinde gravatur, et in eadem revolvitur : Sapiens recidere [6] non

1 6 7

1. *Tempus quidem.* Ruhk. scribit : « tempus... salutari. » Quasi esset objectio, et explicat : quanquam omne tempus idoneum est huic studio, objiciat aliquis. Enimvero, respondet, non philosophantur inter illa negotia, et quæcumque eos impediunt, quia adhuc proficientes sunt : quod multo aliter se habet in Sapiente, qui semper in gaudio est, ex dogmate stoico. *Ruhk.* — Sententiarum divisio, qualem noster textus præbet, paulisper differt ab ea quam proposuit Ruhk., sensu tamen parum mutato.

2. *Inter illa... propter quæ studendum est.* Intellige inter officia ambitionis, luxuriam, etc. quæ animum enervant ac dejiciunt, efficiuntque ut philosophiæ remedio indigeat.

3. *Afflatur : maximum ejus bonum est fixum.* Ruhk. edidit : *afflatur maximus is. illud bonum est fixum.* Sic, inquit, Eras. et ed. vetus. At Lipsius nostram lectionem habet.

4. *Consummatæ sapientiæ.* Iterum hic discrimina perfecti sapientis et inchoati, de quibus sæpe jam vidimus. Vid. Lips. Manuduct. II, 9. *R.*

5. *Accessio* febris. *Ruhk.*

6. *Sapiens recidere..... amplius.*

Digitized by Google

8 potest, ne incidere quidem amplius. Corpori enim ad tempus bona valetudo est; quam medicus, etiam si reddidit, non præstat: sæpe ad eumdem [1], qui advocaverat, excitatur. [Sapientis animus [2]] semel in totum sanatus [est.] Dicam quomodo intelligas sanum: si se ipse contentus est; si confidit sibi; si scit, omnia vota mortalium, omnia beneficia quæ dantur petunturque, nullum in
9 beata vita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest, id imperfectum est; cui aliquid abscedere potest, id imperpetuum est [3]: cujus perpetua futura lætitia est, is suo gaudeat. Omnia autem, quibus vulgus inhiat, ultro citroque fluunt: nihil dat fortuna mancipio [4]; sed [5] hæc quoque fortuita tunc delectant, quum illa Ratio temperavit ac miscuit. Hæc est quæ etiam externa commendet, quorum avidis [6] usus ingratus est.

Argutatur, ait Lipsius, in vocibus venuste: neque recidere in eumdem morbum, nec incidere in alium. *R.*

1. *Sæpe ad eumdem, qui advocaverat, excitatur.* Sic cum Lipsio correxi. Vulgo *quem advocav.* edd. et mssti: quod ex usu Senecæ defendi posse existimavit Ruhk. ego vero nullo pacto ferendum judicavi. *Schw.* — Muretus temere fecit; *quem excitaverat, advocatur.* Gronovius *avocaverat* ex uno Palat. aut *adjuverat.* Legit Ruhk. *Sæpe ad eumdem quem advocaverat, excitatur:* i. sæpe quem adjuverat, convenire jubetur, ut opem ferat. Verbum *advocare* hoc Senecæ ævo ponitur eodem sensu, quo *adjuvare* collocant. Senec. de Brevit. vit. c. 2, *4. Ruhk.*

2. *Sapientis animus.... est.* Vulgo legebatur: *animus semel in totum sanatur:* ubi quum vocab. *animus* abesset edd. vett. et mssti, a Mureto ex ing. adjectum, equidem mea de conjectura *Sapientis animus* scripsi, sed incerta verba uncis inclusi. Teneri poterat *sanatur;* sed quum *sanatus* dedisset ms. *c.*, suspicatus eram scriptum olim fuisse *sanatus est.* Conjecturas autem istas nemini velim obtrusas. *Schw.*

3. *Cui aliquid abscedere potest, id imperpetuum est.* Ruhk. edidit *cui quid a. p. i. i. e.* e cod. Col. Grutero, Lipsio et Gronovio probantibus. Alias: *cui quid absc. non potest.* Muretus: *c. q. a. n. p. id perpetuum est. Ruhk.*

4. *Nihil dat fort. mancipio.* Similiter Lucret. III, 984. «Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.» *R.*

5. *Sed hæc... miscuit.* Plane Stoico dignum est illud Horatii III Carm. 29, 49 sq. «Fortuna sævo læta negotio ut Ludum insolentem ludere pertinax Transmutat incertos honores Nunc mihi nunc alii benigna. Laudo manentem etc.» *Ruhk.*

6. *Avidis* dant vett. libri omnes,

Digitized by Google

Solebat Attalus [1] hac imagine uti : « Vidisti aliquando 10
canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem ? quidquid excepit, protinus integrum devorat, et semper ad spem futuri hiat. Idem evenit nobis : quidquid expectantibus fortuna projecit, id sine ulla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti et attenti [2]. » Hoc Sapienti non evenit; plenus est : etiam si 11
quid obvenit, secure excipit, ac reponit; lætitia fruitur maxima, continua, sua. Habet aliquis bonam voluntatem, habet profectum, sed cui multum desit a summo ? hic deprimitur alternis, et extollitur, ac modo in cælum allevatur, modo defertur ad terram. Impeditis [3] ac rudibus nullus præcipitationis finis est; in Epicureum [4] illud chaos decidunt inane, sine termino. Est adhuc genus [5] tertium, 12
eorum qui sapientiæ alludunt [6] : quam non quidem contigerunt, in conspectu tamen, et (ut ita dicam) sub ictu habent [7] : hi non concutiuntur; ne defluunt quidem : non-

nisi quod vitiose habent *audis* nonnulli. Temere *avidus* edd. inde ab Erasmo. *Schw.*

1. *Attalus*, vide de eo ad Epist. IX, § 5. *Ruhk.*

2. *Attenti*. Muretus hoc habet ab aliquot mss. Pinciani. Erasm., edit. vetus et nonnulli codd. ap. Grut. *attoniti* : quod Lucani V, 476 versu (*Cæsaris attonitum miscenda ad prælia mentem Ferre moras scelerum partes jussere relictæ*) defendi fortasse possit. Gruterus tamen damnat. *Ruhk.*

3. *Impeditis*. Commodum videri poterat *imperitis*, vulgatum ex ed. *R.* quum præsertim adjiciatur *ac rudibus* : sed *impeditis* dedere ed. *A.* cum mss. Arg. *b. c.* Par. *b. d.* et Grut. Intelliguntur autem *occupationibus impediti. Schw.*

4. *Epicureum*. Quod a Democrito desumptum defendisse Epicurum constat. Conf. Lucret. I, 378, 968. Diog. Laert. X, 41. *Ruhk.*

5. *Genus tertium*. Idem discrimen fecit noster Epist. LXXV, 6 sq. ubi tres proficientium classes constituit, et paulo accuratius rem definit. *R.*

6. *Sapientiæ alludunt*, i. e. eam *attingunt* sicut fluctus *alludere* dicuntur littori; quo et pertinet quod mox ait, *sub ictu habent*. Itaque perperam dein edebatur *non quidem attigerunt*; ubi recte Ruhk. *contigerunt* posuit cum msstis Pinc. et Grut. quibus accedit ed. *R.* et mss. Arg. *b. c.* et Par. *b. d.* Plus enim est *contigerunt*, quam *attigerunt. Schw.*

7. *Sub ictu habent*, i. e. prope sunt : metaphora vel a sagittariis, vel a gladiatoribus sumpta, qui in eo sunt, ut

Digitized by Google

dum in sicco, jam in portu sunt. Ergo, quum tam magna sint inter summos imosque discrimina; quum medios quoque sequatur fructus suus, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi; non debemus occupationibus indulgere. Excludendæ sunt : si semel intraverint, in locum suum alias substituent. Principiis illarum obstemus! Melius non incipient, quam desinent. Vale.

scopum feriant. Cf. de Benef. II, 29. Consol. ad Marc. 9, 2, etc. *Ruhk.*— Adde hoc Lucani: « Quod nolles stare sub ictu Fortunæ, quo mundus erat Romanaque fata, Conjux sola fuit. » Ad Pompeium dicit, qui solam Corneliam conjugem extra belli tumultus habuit.

EPISTOLA LXXIII.

IMMERITO PHILOSOPHOS SEDITIOSÆ MENTIS ARGUI.

Errorem eorum, qui philosophos esse contumaces existiment, refutat. Etenim veri philosophi amant potius magistratus ac reges, iisque parent, quia iis securitatem publicam debent. E contrario ambitione ducti in hanc reprehensionem cadunt : hi enim semper appetunt, invident, perpetuo inquieti et sæpe irati : philosophi autem amant auctores hujus boni, quoniam tranquillo otio frui licet : imputant quoque iis hoc beneficium, etsi pluribus contingat, philosophia ipsa hunc gratum animum docente, imprimis erga eos, qui hoc otium præstant. Quod ut maximi faciat, hortatur Lucilium, et ad virtutem i. e. Deum assurgat.

Sæpissime observare licet, si rerum memoriam nobiscum reputamus, eo nomine reprehensos esse philosophos et philosophiam, quod mala inde et calamitates manarent ad rempublicam concutiendam, quin adeo evertendam : adeoque sapientes vel publice accusatos et male habitos, vel haud semel e civitate in exilium ejectos esse. Cujus quidem rei plures fuerunt causæ, quæ tamen omnes commode vel ab imprudentia philosophorum, vel ab ignorantia magistratuum, vel a malevolentia eorum qui sapientiores seque impedientes quominus rerum potirentur, summovere cuperent, deduci possunt. Et antiqui et nostri temporis historia satis multa et ea tristia exempla præ-

Digitized by Google

stat, inde ab Anaxagora usque ad Fichtium. (In Gallia præsertim, tum in proxime elapsa, tum in præsenti ætate, multa occurrunt exempla quæ afferre facile esset, nisi omnibus litterarum studiosis satis nota essent.)

Ex hac autem epistola magnam rerum mutationem Romæ abhinc quinquaginta ferme annis factam videmus. Nam quum Augustus et litterarum studiis animos a republica capessenda removere studeret, ideoque iis tractandis faveret; Neronis contra tempore istam malevolorum et imperitorum exprobrationem in philosophos concitatam intelligimus, quam Seneca dignam judicaret, ut refelleret. Enimvero mox tantopere recruduit ista calumnia, ut adeo Vespasianus, quod merito mireris, philosophos præter unum Musonium omnes Roma expelleret. Cf. egregiam Heynii disputationem, *Litterarum bonarum studia perperam proscripta*, Opusc. acad. Vol. IV, p. 416 sqq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Errare mihi[1] videntur, qui existimant, Philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, et contemptores magistratuum ac regum, eorumve, per quos publica administrantur. E contrario enim, nulli adversus illos gratiores sunt; nec immerito: nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi, quibus altum[2] ad propositum bene vivendi confert securitas publica, necesse est auctorem hujus boni ut parentem colant; multo quidem magis, quam illi inquieti et in

1. *Errare mihi... administrantur.* Sæpe hæc criminatio prolata est in philosophos, indeque maxima persecutionum pars orta est, quibus philosophia et philosophi premebantur. Sic Socratem eo nomine accusabant concitasse juvenes ad contemnendam rempublicam. Xenoph. Memor. I, 2, 9. Stoicos in eamdem reprehensionem incurrisse videmus tum ex hoc loco, tum e II de Clem. 5, 2. Ubi vid. not. Idem refellit Epictetus, (quem sub Domitiano cum cæteris philosophis Roma expulsum esse constat), Diss. I, 29, 9. Vos ergo philosophi docetis contemnere reges? add. Diss. IV, 7, 33. *Ruhk.*

2. *Quibus altum ad propositum bene vivendi confert* etc. Sic recte mss. Arg. *b.* Par *b. d.* et Pal. 1, et 4 (nec multum abeunt Pal. 2, et 3.) Sic item cod. Erf. apud Gron. nisi quod ad *altum* etiam vocab. *otium* adjicit. Ab ista scriptura varie deinde aberratum est. *Quibus altum ad pr. b. v. aditum confert* ed *R. Quibus ad pr. b. v. aditum confert* ed. Er. et seqq. cum ed. *R.* et ms. Arg. *c.* et Par. *a. Quibus aptum ad pr. b. v. aditum confert* ed. Ruhk. cum ms. Col. *S.* — Schw. post *altum* supplet otium, quod minime necesse est, si referas vocem *altum* ad *propositum*, quasi esset *ad nobile propositum*, etc.

Digitized by Google

2 medio positi [1], qui multa principibus debent, sed multa et imputant [2]; quibus nunquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest, ut cupiditates illorum, quæ crescunt dum implentur, exsatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat, oblitus accepti est; nec ullum habet malum cupi-
3 ditas majus, quam quod ingrata est. Adjice nunc, [3] quod nemo eorum, qui in republica versantur, quos vincat, sed a quibus vincatur, aspicit; et illis non tam jucundum est, multos post se videre, quam grave, aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio; non respicit. Nec ambitio tantum instabilis est, verum cupiditas omnis;
4 quia incipit semper a fine [4]. At ille vir sincerus ac purus, qui reliquit et curiam, et forum, et omnem administrationem reipublicæ, ut ad ampliora secederet, diligit eos, per quos hoc ei facere tuto licet, solumque [5] illis gratuitum testimonium [6] reddit, et magnam rem nescientibus debet [7]. Quemadmodum præceptores suos veneratur ac suspicit, quorum beneficio illis inviis exiit [8]: sic et [9] hos,

1. *In medio positi*: i. e. non seducti et a turba remoti, ut philosophi. *L.*

2. *Sed multa et imputant*: postulant multa a principibus pro ministeriis et officiis, quæ iis exhibent. *R.*

3. *Adjice nunc, quod.* His similia aut gemina vide II de Benef. 27, et III de Ira c. 30 et 31. *Lipsius.*

4. *Incipit semper a fine.* Finis unius, est initium alterius. Hoc cupitum habeo? aliud cupio, et fit series infinita.

5. *Solumque* vett. libri omnes. Vulgo *solusque* a Mur. *Schw.*

6 *Gratuitum testimonium.* Mercede ulla, aut privato beneficio non emptum.

7. *Et magnam rem nescientibus debet.* Bene vertit *Lagrange*: *Et il leur a de grandes obligations sans qu'ils s'en doutent.*

8. *Illis inviis exiit.* Sic Erasm. et editio vetus: conveniunt mss. Sensus expeditus est: Stulti, ait Lipsius, semper extra viam et errabundi. In recto et alto Sapiens. Qui invia loca, s. stultitiam relinquunt, sapientiæ appropinquant. Muretus e conj. dederat: *illis se vitiis exuit.* Gruterus locum fractum habet, quem non redintegrat: inclinat tamen in hanc, quam Lipsio et Gronovio probantibus, recepimus lectionem. *Ruhk.*

9. *Sic et hos* recte ed. Matth. Inepte vulgo *sic et his*, scil quod responderet præcedenti *illis*. *Sic et in his* ed. *R.* quæ paulo ante, divisis vocibus, *illis in viis* habebat. *Ruhk.*

Digitized by Google

sub quorum tutela positus exercet artes bonas [1]. — Verum 5
alios quoque rex viribus suis protegit. — Quis negat? Sed
quemadmodum Neptuno plus debere se judicat, ex his
qui eadem tranquillitate usi sunt, qui plura et pretiosiora
illo mari vexit; et animosius a mercatore, quam a vectore,
solvitur votum; et ex ipsis mercatoribus effusius gratus
est, qui odores ac purpuras, et auro pensanda [2] portabat,
quam qui vilissima quæque, et saburræ loco futura,
congesserat : sic hujus pacis beneficium, ad omnes per-
tinentis, altius ad eos pervenit, qui illa bene utuntur.
Multi enim sunt ex his togatis, quibus pax operosior
bello est [3]. An idem existimas pro pace debere eos, qui 6
illam ebrietati aut libidini impendunt, aut aliis vitiis,
quæ vel bello rumpenda sunt [4] ? Nisi forte tam iniquum
putas esse Sapientem, ut nihil viritim se debere pro com-
munibus bonis judicet. Soli lunæque plurimum debeo, et
non uni mihi oriuntur; anno, temperantique annum Deo,
privatim obligatus sum; quamvis nihil in meum honorem
descripta sint. Stulta avaritia mortalium [5] possessionem 7
proprietatemque discernit, nec quidquam suum credit
esse, quod publicum est; at ille Sapiens nihil judicat
suum magis, quam cujus illi cum humano genere con-

1. *Artes bonas* i. Philosophiam. Optimæ, ingenuæ, liberales a Cic. et aliis vocantur. Sapientia ars est, ait noster Ep. XXIX, 2. Persius V, 104 : « Tibi recto vivere talo Ars dedit. »

2. *Qui odores ac purpuras et auro pensanda.* Thus, myrrha, costum, nardum aliosque odores pretiosos, (Plin. XII, 12.) *purpuras*, imprimis Tyrias, (cf. *Heeren Ideen* II, p. 598 sqq.) et gemmas, uniones etc. quæ idem cum auro pretium habent. Hæc omnia ex portubus Asiæ Africæque Romam advehi solita esse constat. *R.*

3. *Quibus pax operosior bello est.* Quia ea pace abutuntur, ut pessimis se dent operis et se turpibus voluptatibus ingurgitent.

4. *Quæ vel bello rumpenda sunt.* Int. Bellum ipsum tali pace melius foret, quia has saltem libidines rumperet.

5. *Stulta avaritia mortalium.* Spectant ad paradoxon illud stoicum : Omnia sapientis. Cf. Lipsii Manud. III, 11. Virtutes ideoque et pax atque

Digitized by Google

sortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos : suum efficit [1], etiam quod ex minima portione commune est.

8 Adjice nunc, quod magna et vera bona non sic dividuntur, ut exiguum in singulos cadat : ad unumquemque tota perveniunt. Ex congiario [2] tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est ; epulum et visceratio, et si quid aliud capitur manu, discedit in partes : at hæc individua bona, pax, et libertas, tam omnium tota quam 9 singulorum sunt. Cogitat itaque Sapiens, per quem sibi horum usus fructusque contingat ; per quem non ad arma illum, nec ad servandas vigilias, nec ad tuenda mœnia et multiplex belli tributum, publica necessitas vocet : agitque gubernatori suo gratias. Hoc docet Philosophia præcipue, bene debere beneficia, bene solvere : inter- 10 dum autem solutio est ipsa confessio [3]. Confitebitur ergo, multum se debere ei, cujus administratione ac providen-

libertas quum sola bona viderentur Stoicis, cætera omnia autem indifferentia, sequitur, sapientem solum divitem esse : quippe qui, si quidem velit, animo et contemplatione istis cæteris quæ pro bonis habentur, solus recte uti possit, eorumque ad veram felicitatem non indigeat. Ergo omnia sapientis sunt, non occupatione, sed animo, nec ex difficili tuenda. Vide Cic. Parad. VI, 1 ; de Fin. III, 22. Senec. de Benef. VII, 3 et 4. *Ruhk.*

1. *Suum efficit.* Vulgo omnes, nullo sensu, *socium efficit* ; quomodo et primum fuerat in ms. Arg. *b.* sed ab antiqua manu correctum *suum*, quod unice verum judicavi. *Schw.*

2. *Ex congiario... partes :* Dona, e. c. oleum et pecunia, qua congius olei emi poterat inter populum urbanum distribui solita, et *epula visceratioque* publica, quum princeps aut magistratus daret. In epulis autem et sacrificiis publicis etiam caro et talia partibus distributa : quod Plutarchus, Lipsio citante, argumentum priscæ frugalitatis habet, Quæst. conviv. II, cap. ult. Tom. XI, p. 97. Hutt. In Senec. Epist. IX, 10, de visceratione privata sermo est, quum ex sacrificio aut tali causa caro uberior esset nec soli consumenda. Cf. Ernesti Clav. Cic. *Congiarium* et *Visceratio. Ruhk.*

3. *Solutio est ipsa confessio.* Beneficium solvit interdum qui illud confessus est : privatus enim nullum principi referre potest beneficium : sed satis ille pro accepto beneficio se gratum ostenderit, si principem pro merito laudaverit.

Digitized by Google

tia contingit illi pingue otium, et arbitrium sui temporis, et imperturbata publicis occupationibus quies.

> O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit!
> Namque erit ille mihi semper Deus [1].

Si illa [2] quoque otia multum auctori suo debent, quorum munus hoc maximum est :

> Ille meas errare boves (ut cernis) et ipsum
> Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti :

quanti æstimamus hoc otium, quod inter Deos [3] agitur, quod Deos facit? 11

Ita dico, Lucili; et te in cælum compendiario voco. Solebat Sextius [4] dicere, « Jovem plus non posse [5], quam bonum virum. » Plura Jupiter habet, quæ præstet hominibus; sed inter duos bonos non est melior, qui locupletior : non magis, quam inter duos, quibus par scientia regendi gubernaculum est, meliorem dixeris, cui majus speciosiusque navigium est. Jupiter quo antecedit virum bonum? Diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris æstimat, quod virtutes ejus spatio breviore cluduntur. Quemadmodum ex duobus Sapientibus, qui senior decessit, non est beatior eo, cujus intra pauciores annos terminata virtus est; sic Deus non vincit Sapientem felicitate, etiam si vincit ætate. Non est virtus major, quæ 12

1. *Deus.* Virgilii versus sunt notissimi Eclog. I, 6, 7, 9. 10. *Ruhk.*

2. *Si illa*, etc. Int. si multa debere se principi arbitratur ille, qui fruitur illo otio cujus munus hoc m. e. etc.

3. *Quod inter Deos agitur.* I. quo Dei fruuntur, quod Deos facit : quia illud otium maxima pars est divinæ felicitatis.

4. *Sextius.* Agitur hic de Q. Sextio, illustri apud Romanos viro, qui Pythagoream philosophiam amplexus est, sectamque austeritate sua insignem condidit, alioquin stoicis disciplinis valde consentientem; sed quæ, ut officiis publicis careret sapiens, præcipiebat : imo illi sectæ major erat austeritas, quam ut diu florere posset; itaque brevi exstincta est. (E. *Lagrange* nota versum.) — Vide de eo ad Ep. LIX, 6.

5. *Jovem plus non posse*, etc. Otio philosophico sapientem, quinetiam proficientes lubentissime frui, et Deo

Digitized by Google

13 longior. Jupiter omnia habet; sed nempe aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi omnibus causa est[1]: Sapiens tam æquo animo omnia apud alios videt contemnitque, quam Jupiter; et hoc se magis suspicit, quod Jupiter uti illis non potest, Sapiens non vult. Credamus itaque Sextio, monstranti pulcherrimum iter et clamanti: « Hac itur ad astra! hac, secundum frugalitatem; hac, secundum temperantiam; hac, secundum fortitudinem! » Non sunt Dii fastidiosi, non invidi; admittunt, et ascendentibus manum porrigunt. Miraris, hominem ad Deos ire? Deus ad homines venit; imo, quod propius est, in homines venit[2]. Nulla sine Deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt; quæ si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt; et paria his, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris, necat, ac deinde creat[3] purgamenta[4] pro frugibus. Vale.

similes, atque adeo deos fieri dogma Stoicum erat. Cf. Sen. de Provid. I. De Constant. Sap. c. 8. Epist. XXXI, 7; LIII, 11; LIX, 18. Dei socii sumus et membra. Paradoxon hoc e dogmate illorum de origine animorum manasse ibidem monuimus, et unice ad sapientem pertinere, quo tamen potentiorem et diutius bonum esse Jovem concedebant. Melius modestiusque antiquiores Stoici de hac re judicabant, v. c. Archytas, Stobæi Serm. I, p. 29 ed. Schow. *Ruhk.* — De hoc loco vana, ridenda, exclamat Lipsius.

1. *Quod utendi omnibus causa est.* Int. Eo sensu Jupiter iis omnibus utitur, quod ipse cæteris dat utendi potestatem.

2. *In homines venit.* Nam recta ratio in nobis, ut volunt, ipsa Dei est. Hæc Christiano dogmati mire similia sunt.

3. *Creat* plurimorum librorum scriptt. et edd. est. Alii dant: *curat.* Sed *creat* præferas i. producit. Ut enim cultor *curare* dicatur, tamen non cadit in humum. Conf. modo Indicem ad Scriptores de Re Rustica. *Ruhk.*

4. *Creat purgamenta*: id est pro bonis frugibus creat, gignit malas herbas, quibus postea solum expurgare cultor laborat.

Digitized by Google

EPISTOLA LXXIV.

NIHIL BONUM ESSE, NISI HONESTUM.

Amicum de summo bono parum stoice cogitantem refutaturus repetit ea, quæ Epist. LXVI, al. jam tractaverat, unum bonum esse, quod honestum sit. Qui enim alia ideoque fortuita, quæ non sunt in potestate nostra, pro bonis habet, e. c. honores, vitam, is in fortunæ veniat necesse est potestatem, et in continuo vivat timore atque perturbatione. Itaque hanc imaginem proponat animo suadet, ludos facere fortunam, neque sinere, ut gaudio imperturbato fruamur. — Iterandum est, ait Lipsius, o pulchra, o honesta! qui mentem talem habes, fruere.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Epistola tua delectavit me, et marcentem excitavit; memoriam quoque meam, quæ jam mihi segnis ac lenta est, evocavit[1]. Quidni tu, mi Lucili, maximum putes instrumentum beatæ vitæ hanc persuasionem, « unum Bonum esse, quod Honestum est? » Nam, qui[2] alia bona judicat, in fortunæ venit potestatem, alieni arbitrii fit: qui omne bonum honesto circumscripsit[3], intra se felix est[4]. Hic amissis liberis mœstus, hic sollicitus ægris, hic turpibus et aliquam passis infamiam tristis; illum videbis alienæ uxoris amore cruciari, illum suæ[5]: non deerit,

1. *Memoriam.... evocavit.* Simile quid conquestus erat Ep. LXXII, 1. *R.*

2. *Nam, qui alia* etc. Ante hæc vulgo (inde ab ed. Er. cum ed. *A.* et ms. *c.*) ponebantur ista, *Qui omne bonum... intra se felix est*, quæ rectius post ponuntur in ed. *R.* et in mss. Arg. *b.* Paris. Ops. et Grut. *S.*

3. *Circumscripsit*, definivit. Cic. pro Sext. 45: sed genus universum brevi circumscribi et definiri potest. *R.*

4. *Intra se felix est.* Caput primum Epicteti in Pugillari: « Quæ sunt, alia in nobis, alia non in nobis. » Et addit illa in potestate nostra esse libera, et liberum efficere, id est beatum. Beatitas igitur intra, nec extra quærenda est. *Lipsius.*

5. *Suæ*, quod suam uxorem, quamvis indignam, nimis diligit. Mæce-

Digitized by Google

quem repulsa distorqueat; erunt, quos ipse honor vexet. Illa vero maxima[1] ex omni mortalium populo turba miserorum, quam exspectatio mortis exagitat undique im-
3 pendens: nihil enim est, unde[2] non subeat. Itaque, ut in hostili regione versantibus, huc et illuc circumspiciendum est, et ad omnem strepitum circumagenda cervix. Nisi hic timor e pectore ejectus est, palpitantibus præcordiis vivitur. Occurrent acti in exsilium, et evoluti bonis[3]; occurrent, quod genus egestatis gravissimum
4 est, in divitiis inopes[4]; occurrent naufragi, similiave naufragis passi, quos aut popularis ira[5], aut invidia, perniciosum optimis[6] telum, inopinantes securosque disjecit, procellæ more, quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere, aut fulminis subiti[7], ad cujus ictum etiam vicina tremuerunt[8]. Nam ut illic[9], quisquis ab igne propior stetit, percusso similis obstupuit; sic in his per aliquam vim accidentibus, unum calamitas opprimit, cæteros metus, paremque[10] passis tristitiam facit, pati posse.

nas hanc sortem expertus est. *Lips.*

1. *Illa vero maxima ex omni.* Ruhk. *i. v. maxima est ex o. Est*, inquit, tuentur Erasmus, editio vetus et Muretus.

2. *Nihil enim est, unde*, etc. Ubique mors est. Ab homine, fera, domo, tegula, arbore, aqua, vento, aura: et quid excipiam? non ipsum te, quia eam times. Potes et manus tibi afferre. *Lipsius.*

3. *Evoluti bonis*, i. e. spoliati. Sic Tacitus Annal. XIII, 15, de Britannico: « Constanter exorsus est carmen, quo evolutum eum sede patria rebusque suis significabatur. » *Ruhk.*

4. *In divitiis inopes:* propter avaritiam. Est Horatii Carm. III, 16, 28. *Magnas inter opes inops:* cf. ibi Bentl. qui nostri loci memor fuit. *R.*

5. *Popularis ira.* Dic verum, Seneca, et pro tuo ævo: principis ira, aut odium. *Lipsius.*

6. *Optimis* sensu proprio. Apud Ciceronem sæpe boni et optimi sunt ii, qui a partibus nobilium stant, χρηστοὶ, χρήσιμοι. *Ruhk.*

7. *Fulminis subiti.* Similia occurrunt ap. Nostrum I de Clem. 8, 4: « Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium motu. » *Ruhk.*

8. *Tremuerunt* ἀορίστως positum, ut sæpe apud Nostrum, pro *tremere solent. Ruhk.*

9. *Illic:* int. in fulmine subito.

10. *Paremque... posse*, i. e. et metus, ne pati possint illa, in eamdem eos tristitiam conjicit, qua affliguntur ii,

Digitized by Google

Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant. 5
Quemadmodum aves etiam inanis fundæ sonus territat; ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad crepitum.

Non potest ergo quisquam beatus esse, qui huic se opinioni[1] credidit; non enim beatum est, nisi quod intrepidum: inter suspecta male vivitur. Quisquis se multum fortuitis dedit, ingentem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem fecit: una hæc via est ad tuta vadenti, et externa[2] despicere, et honesto contentum esse. Nam qui 6 aliquid Virtute melius putat, aut ullum præter illam Bonum, ad hæc quæ a fortuna sparguntur, sinum expandit, et sollicitus missilia[3] ejus exspectat. Hanc[4] imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam, et in hunc mortalium cœtum honores, divitias, gratiam[5] excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa sunt; alia 7 infida societate divisa; alia magno detrimento[6] eorum, in quos devenerant, prensa: ex quibus quædam aliud agentibus inciderunt; quædam, quia nimia captabantur[7], amissa, et, dum avide rapiuntur, expulsa[8] sunt. Nulli

qui revera passi sunt. *Ruhk.*—O occulta et vera, exclamat Lipsius! Nihil in tyrannide magis angit, quam quod ab exemplo timemus: et in uno læso, lædi posse videmur, et suspicamur.

1. *Huic se opinioni.* Scilicet, alia esse bona, quam quæ honesta.

2. *Et externa desp.* Abest. *et* Par. *a. b.* commode. *Schw.*

3. *Missilia*, a ludis sumptum, in quibus tesserulæ spargi donorum indices, aut ipsa etiam dona solent. Quia ex alto mittebantur in forte capientes, *missilia* dicta. *Ruhk.*

4. *Hanc imaginem.... fortunam.* Respexit fortasse ad Horat. Carm. III, 29, 50. « Fortuna... ludum insolentem lusere pertinax.» Occurrit quoque ibi. II, 1, 13: « Ludus fortunæ.» Egregi adumbratum habes talem fortunæ ludum ap. Lucian. Nigrin. c. 20, p. 43 sq. To. I. Opp. Bipont. Quædam attulit Schweighæuser ad Polyb., 4, 5. *Ruhk.*

5. *Excutere.* Quasi ex toga.

6. *Magno detrimento:* quod trahunt secum, curas, sollicitudines, aliorum invidiam; et sæpe nos objiciunt honores sicariorum ictibus.

7. *Nimia captabantur* ex conject. correxi. Vulgo *nimis captab. S.*

8. *Expulsa* edd. vett. cum. ms. *c.* et Grut. *Expulsi* mss. Arg. *b.* et Par. *a. b. d. Excussa* vulgo, ex Mureti ingenio. *Schw.*

Digitized by Google

vero, etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti du-
8 ravit in posterum. Itaque prudentissimus quisque [1], quum primum induci videt munuscula, a theatro fugit, et scit magno parva constare. Nemo manum conserit cum recedente, nemo exeuntem ferit; circa præmium rixa [2] est. Idem in his evenit, quæ fortuna desuper jactat. Æstuamus miseri, distringmur, multas habere cupimus ma-
9 nus; modo in illam [3] respicimus: nimis tarde nobis mitti videntur, quæ cupiditates nostras irritant, ad paucos perventura, exspectata omnibus. Ire obviam cadentibus cupimus; gaudemus si quid invasimus, invadendique alios spes vana delusit [4]: vilem prædam magno aliquo in-
10 commodo [5] luimus, aut inde fallimur [6]. Secedamus itaque ab istis ludis, et denus raptoribus locum! illi spectent bona ista pendentia, et ipsi magis pendeant.

Quicumque beatu esse constituit, unum esse Bonum putet, quod honestun est. Nam si ullum aliud existimat, primum male de Providentia judicat; quia multa incommoda justis viris accidunt [7], et quia, quidquid nobis de-

1. *Itaque prudentissimus quisque*, Plebeia enim hæc oblectamenta (missilia puta) aut capturæ: honestiores spernebant. Tuto relinquit thatrum, omnibus in munuscula intentis. *R.*

2. *Circa præmium rixa st.* Duo Palat. inque his Col. et Erasmus. Editio vetus, Pinc., Muretus, el. *circa primum rixa est. Ruhk.*

3. *Modo in illam* codd. Gut. editio vetus et Erasm. at Muretus nescio unde dedit: *modo in hunc, nodo in illum.* Respiciunt autem ad brtunam raptores isti moræ omnis impatientes. *Ruhk.*

4. *Invadendique alios spes vana delusit.* Sic commode ed. *R.* item ed. *A.* et Ven. cum ms. *c.* et Pnc. nisi quod in his omnibus pro *alios* scribitur *aliquos*, quod stilo Senecæ convenientius est. Alii prius verbum, *invadendique*, omittunt: alii scribunt *invidentque alii quos*, etc. sic. ed. Lips. et Gron. Alii, *invidemusque alii, quos* etc. ut ed. Ruhk. *Schw.*— Int. Si alii, spe sua delusi sunt, dum invadere sperarent in eadem quæ ipsi cupiebamus.

5. *Incommodo*, stoica lingua: quæ alias mala dicuntur. Ipse Noster explicat § 17. *Ruhk.*

6. *Aut inde fallimur* corruptum. Fortassis *aviditate fallimur*, aut *avidique*. Tentabam etiam, *aut hiando*. Codd. nihil mutant. *Ruhk.*

7. *Justis viris accidunt.* Quæ si

Digitized by Google

dit [1], breve est et exiguum, si compares mundi totius ævo. Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati divinorum 11
interpretes [2] simus. Querimur quod non semper, quod et pauca nobis, et incerta, et abitura contingant. Inde est quod nec vivere, nec mori volumus : vitæ nos odium tenet, timor mortis. Nutat omne consilium; nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est, quod non pervenimus ad illud bonum immensum et insuperabile, ubi necesse est resistat [3] voluntas nostra, quia ultra summum non est locus. — Quæris [4] quare Virtus nullo egeat? — 12
Præsentibus gaudet; non concupiscit absentia; nihil non illi magnum est, quia satis. Ab hoc discede judicio; non pietas constabit, non fides. Multa utramque præstare cupienti patienda sunt ex his quæ mala vocantur; multa impendenda ex his quibus indulgemus [5] tanquam bonis. Perit fortitudo, quæ periculum facere debet sui : perit 13
magnanimitas, quæ non potest eminere, nisi omnia velut minuta contempserit, quæ pro maximis vulgus optat :

mala essent, non acciderent prorsus immeritis.

1. *Quidquid nobis dedit*, et quod cæteri *bonum* vocant, breve est et exiguum, dum contra verum *bonum* æternum est et perenne.

2. *Ingrati divinorum interpretes :* quia male numinis consilia interpretamur, quum querimur nil nisi incertum datum esse nobis, non attendentes virtutem nobis esse datam quæ nunquam peritura sit : ideoque nos ingratos præbemus, qui accusamus numen illud, cui gratiam referre deberemus.

3. *Ubi.... resistat voluntas;* i. e. sistat; quo comparato, nihil amplius optemus.

4. *Quæris, quare Virtus nullo egeat?* Epicureo hæc quæstio digna est, quippe qui voluptatis et utilitatis causa virtutem et optabilem, et expetendam esse contendebat. Hinc orta est illa Epicureorum et Stoicorum acerrima pugna. Cf. Tiedemann *Syst. der stoisch. Philos.* III, p. 89 sq. Nisi ab hoc judicio abscesseris, pergit Noster, omnes virtutes evanescent; nam ille nec sapientiam, nec virtutem colere potest, qui voluptatem et utilitatem concupiscit : quum omnia ea, quæ mala et pericula vitæ vocantur, nullo pretio subire, ideoque pietatem, fidem, etc. nihili facere debet, quando quidem iis in cursu vitæ amœno et delicato impedietur. Vide Sen. de Vit. Beat. c. 6, 9, 10. *Ruhk.*

5. *Indulgemus.* Vulgo *indigemus*,

Digitized by Google

perit gratia, et relatio gratiæ [1] æstimatur labor, si quidquam pretiosius fide novimus, si non optima spectamus.

Sed, ut illa præteream [2], aut ista bona non sunt quæ vocantur, aut homo felicior Deo est, quoniam quidem
14 quæ parata nobis sunt, non habet in usu Deus; nec enim libido ad illum, nec epularum lautitia, nec opes, nec quidquam ex his hominem inescantibus, et vili voluptate ducentibus, pertinet. Ergo aut credibile est [3], bona Deo deesse; aut hoc ipsum argumentum est [4], bona non esse, quæ Deo desunt. Adjice, quod multa, quæ bona videri volunt, animalibus, quam homini, pleniora contingunt.
15 Illa cibo avidius utuntur; venere non æque fatigantur; virium illis major est et æquabilior firmitas : sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt; fruuntur voluptatibus, quas et magis capiunt, et ex facili, sine ullo pudoris aut pœnitentiæ metu. Considera tu itaque, an id *Bonum* vocandum sit, quo
16 Deus ab homine vincitur. Summum bonum in animo contineamus [5]; obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimam transit, et transfertur ad sensus, qui agiliores sunt

sed omnes mss. nostram lect. tuentur.

1. *Perit gratia, et relatio gratiæ æstimatur labor.* Sic distinxit Grut. e cod. Col. et probat Lipsius. Antea : *Perit gratia et relatio gratiæ. Æstimatur*, etc. *Ruhk.*

2. *Sed ut illa præteream*, etc. Sed est quoque, pergit, contra dignitatem hominis, una voluptate et utilitate duci ad virtutem : et negari nequit, hoc Epicureorum dogmate concesso, Deum et infra hominem et infra animalia detrudi, quippe quæ feliciora Deo et homine sint. *Ruhk.*

3. *Ergo aut credibile est, bona Deo deesse.* Perperam editt. vett. cum msstis, *Ergo aut incredibile est bona Deo deesse :* ex quo vulgatum confecit Muretus, *Ergo aut, quod incredibile est, bona Deo desunt :* nobis vero persuasum erat, perperam *incredib.* pro *credibile* scriptum primum fuisse ab homine, qui vim argumentationis disjunctivæ parum percepisset. *Schw.* — *Credibile est* hic interpretandum est : credendum est.

4. *Aut hoc ipsum argumentum est.* Int. aut, si nullo bono carere Deus potest hoc, ipso probatur ea, quibus Deus caret, bona esse non posse.

5. *Contineamus.* Sic mss. et editio vetus. Hoc est, Gronovio interprete,

Digitized by Google

animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostræ in carne ponenda [1].

Bona illa sunt *vera*, quæ Ratio dat, solida ac sempiterna; quæ cadere non possunt, nec decrescere [2] quidem aut minui: cætera opinione bona sunt; et nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non est. Itaque *commoda* [3] vocentur, et, ut nostra lingua lo- 17
quar, *producta*: cæterum sciamus, mancipia nostra esse, non partes; et sint apud nos, sed ita, ut meminerimus extra nos esse. Etiamsi apud nos sint, inter subjecta numerentur et humilia, propter quæ nemo se attollere debeat. Quid enim stultius quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non hæreant; ut, si abducentur, sine ulla nostri laceratione discedant. Utamur illis, non gloriemur; et utamur parce, 18
tanquam depositis apud nos, et abituris. Quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit: ipsa enim se felicitas [4], nisi temperatur, premit. Si fugacissimis bonis credidit, cito deseritur; et, ut non deseratur [5], affligitur. Paucis deponere felicitatem molliter licuit: cæteri cum his,

intra animum claudamus et arctemus. Antea legebatur *constituamus*. *R.*

1. *Non est summa.... in carne ponenda.* Hæc vox σὰρξ, caro, proprie adhibita est ab Epicureis in efferendo dogmate suo de summo bono. Sic, ut plura omittam, apud Diog. Laert. X, 145. Ἡ μὲν σὰρξ ἀπέλαβε τὰ πέρατα τῆς ἡδονῆς, ἀπείραντον δὲ καὶ ἀπείρου πάθος χρόνον παρεσκεύασεν (e Gassendi emendatione), et X, 124, ἐπεὶ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει. *Ruhk.*— Notanda est hæc vox *caro*, quæ rarissime occurrit apud latinos eodem sensu ac in Novo Testamento usurpata.

2. *Nec decrescere* ed. *R.* et mss. *b.* *Ne decresc.* ed. *A.* et mss. *c.* *Schw.*

3. *Commoda.... producta:* Commoda dicuntur, quia aliquid commodant: Græcis εὔχρηστα. Lipsius, qui laudat Manuductionem suam III, 22. Jam supra quædam de hoc vocis usu stoico notavimus ad Epist. LXVII, § 5. *Ruhk.*

4. *Ipsa enim se felicitas, nisi temperatur, premit.* Bene vertit *Lagrange*: *Le bonheur privé de modération s'étouffe lui-méme.*

5. *Ut non deseratur*, i. e. si maneant opes et potentia, cadunt super ipsum et dejiciunt. *Lips.* — Tacitus:

Digitized by Google

inter quæ eminuere, labuntur; et illos degravant[1] ipsa
19 quæ extulerant. Ideo adhibeatur prudentia, quæ modum illis ac parcimoniam imponat; quoniam quidem licentia opes suas præcipitat atque urget, nec unquam immodica durarunt, nisi illa moderatrix Ratio compescuit. Hoc multarum tibi urbium ostendet eventus, quarum in ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt, et, quidquid virtute partum erat, intemperantia corruit. Adversus hos casus muniendi sumus. Nullus autem contra fortunam inexpu-
20 gnabilis murus est : intus instruamur[2] ! Si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi non potest. — Quod sit hoc instrumentum, scire desideras? — Nihil indignetur sibi accidere; sciatque, illa ipsa, quibus lædi videtur, ad conservationem universi pertinere, et ex his esse, quæ cursum mundi officiumque consummant. Placeat homini quidquid Deo placuit[3] : ob hoc se ipsum suaque miretur, quod non potest vinci, quod mala ipsa sub se tenet; quod ratione, qua valentius nihil est, casum doloremque
21 et injuriam subigit. Ama Rationem : hujus te amor contra durissima armabit. Feras catulorum amor in venabula impingit, feritasque et inconsultus impetus præstat indomitas : juvenilia nonnumquam ingenia cupido gloriæ in contemptum tam ferri, quam ignium, misit; species quosdam atque umbra virtutis in mortem voluntariam trudit.

« Potentia quæ nimia, postremo ruit super ipsum. »

1. *Et illos degravant.* Int. ea quibus freti sese erexerant, quum cecidere, secum eos ipsos trahunt, suisque ruinis onerant : paulo forsan ambitiosius vertit *Lagrange : Et leur piédestal devient leur tombeau.*

2. *Intus instruamur.* Quoniam non prohibere possumus quin, ea quæ fortunæ debemus, fortunæ obnoxia sint, nos intus animum nostrum muniamus, ut, iis amissis, æque fortes et hilares maneamus.

3. *Placeat homini quidquid Deo placuit :* Hic enim finis hominis, Naturam i. e. Deum, sequi. *L.*—M. Anton. II, 3, V, 8. καὶ οὕτως ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, κἂν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου

Digitized by Google

Quanto his omnibus fortior Ratio est, quanto constantior, tanto vehementior per metus ipsos et pericula exibit.

Nihil agitis, inquit[1], quod negatis ullum esse aliud 22
honesto[2] Bonum! non faciet vos hæc munitio tutos a fortuna et immunes. Dicitis enim[3], inter bona esse liberos pios, et bene moratam patriam, et parentes bonos. Horum pericula non potestis spectare securi; perturbabit vos obsidio patriæ, liberorum mors, parentum servitus. — Quid adversus hos[4] pro nobis responderi soleat, ponam; deinde tunc adjiciam, quid præterea respondendum 23
putem. Alia conditio est in his, quæ ablata in locum suum aliquid incommodi substituunt: tanquam bona valetudo vitiata in malam transfertur; acies oculorum exstincta cæcitate nos afficit; non tantum velocitas periit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subiit. Hoc non est periculum in his, quæ paulo ante retulimus. Quare? Si amicum bonum amisi, non est mihi pro illo perfidia patienda; nec, si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas succedit. Deinde non amicorum ille aut libero- 24
rum interitus, sed corporum est. Bonum autem[5] uno modo perit, si in malum transit; quod natura non patitur,

ὑγίειαν καὶ τὴν τοῦ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐχραγίαν· οὐ γὰρ ἂν τοῦτό τι ἴφιρεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνίφερεν. Vid. ibi Gataker, p. 194 seq. *Ruhk.* — Eadem est nostræ Christianæ precis sententia: « Pater noster.... fiat voluntas tua. »

1. *Nihil agitis, inquit*, adversarius, Epicureus. *Ruhk.*

2. *Aliud honesto.* Sic recte ed. Er. cum *A. c.* et Par. *b. d.* quomodo etiam debuerat Arg. *b.* in quo confusum nonnihil. Alii vulgo *aliud ab honesto;* alii, *quam honestum;* utrumque ex scholio. *Schw.*

3. *Dicitis enim ... bonos.* Noster Ep. LXVI, affirmat hoc, et recte, quatenus virtutes iis insunt. *Ruhk.*

4. *Quid adversus hos*, etc. Tota hæc argumentatio hoc sibi vult: nostram virtutem perfectam neque decrescere neque minui his incommodis malisve, amicorum liberorum rel. amissione. Fides enim non in perfidiam, nec pietas in impietatem transire potest. Accedit, quod virtus sibi sola satis est. Nota Stoæ dogmata sunt. *Ruhk.*

5. *Bonum autem... transit.* I. e. Ea sola via qua bonum perire potest, est si ex bono malum factum sit. Dum-

Digitized by Google

quia omnis virtus et opus omne virtutis incorruptum manet. Deinde, etiamsi amici perierunt, etiamsi probati respondentesque voto patris liberi; est quod illorum expleat locum. — Quid sit, quæris? — Quod illos quoque
25 bonos fecerat : Virtus. Hæc nihil [1] vacare patitur loci; totum animum tenet, desiderium omnium tollit; sola satis est : omnium enim bonorum vis et origo in ipsa est. Quid refert, an aqua decurrens intercipiatur atque abeat, si fons, ex quo fluxerat, salvus est? Non dices vitam justiorem salvis liberis, quam amissis, nec ordinatiorem, nec prudentiorem, nec honestiorem : ergo ne meliorem quidem. Non facit collectio amicorum sapientiorem, non facit stultiorem detractio : ergo nec beatiorem, aut miseriorem. Quamdiu virtus salva fuerit, non senties quid abscesserit [2].

26 Quid ergo? non est beatior et amicorum et liberorum turba succinctus? — Quidni non sit? Summum enim bonum nec infringitur, nec augetur; in suo modo permanet, utcumque fortuna se gessit : sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est, eadem mensura summi Boni est, quamvis ætatis diversa sit. Utrum majorem an minorem circulum scribas, ad spatium ejus pertinet, non ad formam : licet alter diu manserit, alterum

modo malum bono non successerit, licet bonum jam non appareat, non tamen abiit : quod quidem paulo acutius ac subtilius forsan videbitur.

1. *Hæc nihil.... loci*, in animo, quoniam totum occupat.

2. *Non senties quid abscesserit.* Absolutissima imperturbatio, apathia, habita fuisse videtur a stoicis virtutis summa perfectio. Epictetus § 8, inquit : « Si amas vas fictile, dic tibi ipse te fictile vas amare; et si forte frangitur, tu non dolebis : si amas filium aut uxorem tuam, dic tibi te amare morti obnoxios; et si moriantur, tu non dolebis. » Atque idem alio loco : « Si vides aliquem amisso filio lugentem, ne illum infelicem arbitreris : nec tamen abnuas lugere cum illo, si necesse est; sed cave ne misericordia intra viscera tua sedeat, ne ipse sis dolore vero afflictus. » Ipse Marcus Aurelius lib. VII, § 43, ait : « Ne lugeas cum lugentibus, nec illo-

Digitized by Google

statim obduxeris, et in eum, in quo scriptus est, pulverem [1] solveris, in eadem uterque forma fuit. Quod rectum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore; non magis produci, quam contrahi potest. Honestam vitam [2] ex centum annorum numero in quantum voles corripe, et in unum diem coge; æque honesta est. Modo latius Virtus funditur: regna, urbes, provincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia; modo arcto fine circumdatur paupertatis, exsilii, orbitatis: non tamen minor est, si ex altiore fastigio in privatum, ex regio in humilem [3] subducitur, ex publico et spatioso jure in angustias domus vel anguli coit. Æque magna est, etiamsi in se recessit, undique exclusa; nihilominus enim magni spiritus est et erecti, exactæ prudentiæ, indeclinabilis justitiæ. Ergo æque beata est: beatum enim illud uno loco positum est, in ipsa mente; stabile, grande, tranquillum; quod 27 28

rum lacrymis commovearis. » Quibus Stoicorum dictis intelligitur eum esse præcipuum Stoicorum finem, ut hominem intra se ipsum contineant, omni societatis vinculo expeditum: quod vero virtutis fini contrarium est: nam virtus, inter homines societati destinatos, ideoque mutua sibi auxilia debentes, conciliari nequit cum imperturbatione. Hæc apathia commoda esse potest imperturbato illi sapienti, sed odio digna est in sociali vita. Si enim fatendum est sæpius animi affectus nobis dolores excitare, æque verum est eum qui non aliena movetur calamitate, nunquam illum fore qui socialibus officiis satisfaciat. (E notis *Lagrange* versum.)

1. *In quo scriptus est, pulverem.* Mathematici veteres non creta in tabula, ut hodie, sed radio in pulvere per mensam s. abacum sparso scribebant (et lineas figurasque ducebant), atque inde Ciceroni (Nat. Deor. II, 18) *pulvis eruditus*. Persius: « Nec qui abaco numeros, et secto in pulvere meras Scit risisse vafer. » Ubi scholiastes: Geometræ consueti sunt in abaco, radio, id est aliquo stylo formas aliquas et mensuras in summo terræ annotare. *L.*—Hinc Archimedes Cic. Tusc. V, 23, dicitur homo a pulvere et radio Sed res notior est, quam ut amplius ei exponendæ immoremur. *Ruhk.*

2. *Honestam vitam.... orbitatis:* Idem paradoxon affert Cic. de Finib. III, 14. *R.* —Totum hoc argumentum pertractavit Lipsius Manud. lib. III. Diss. II.

3. *In privatum... in humilem.* Subaudi *locum*.

Digitized by Google

sine scientia divinorum humanorumque non potest effici.
29 Sequitur illud, quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur Sapiens[1] liberorum amissione, non amicorum; eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam exspectat: non magis hanc timet, quam illam do-
30 let. Virtus enim convenientia constat; omnia opera ejus cum ipsa concordant et congruunt: hæc concordia perit, si animus, quem excelsum esse oportuit, luctu aut desiderio submittitur. Inhonesta est omnis trepidatio, et sollicitudo, et in ullo actu pigritia. Honestum enim securum et expeditum[2] est, interritum est, in procinctu stat. —Quid ergo? non aliquid perturbationi simile patietur? non et color ejus mutabitur, et vultus agitabitur, et artus refrigescent? et quidquid aliud non ex imperio animi,
31 sed inconsulto quodam naturæ impetu geritur?—Fateor: sed manebit illi persuasio eadem, nihil illorum malum esse, nec dignum ad quod mens sana deficiat. Omnia, quæ facienda erunt, audacter facit et prompte. Hoc enim stultitiæ proprium quis non dixerit, ignave et contumaciter facere quæ faciat; et alio corpus impellere, alio animum, distrahique inter diversissimos motus[3]? Jam propter illa ipsa, quibus extollit se miraturque[4], contempta est; et ne

1. *Sapiens.* Sapiens mortem suorum ita fert ut suam, æquo animo; nam virtus sibi constare debet propter convenientiam, ὁμολογίαν Zenonis, ideoque nec trepidare nec sollicita esse, quamquam motus naturales et ipsum sapientem ut hominem ferient, sed numquam ex ista animi constantia dejicient. Cf. Ep. LVII, 3 not. Sapiens enim omnibus perturbationibus caret: Cic. Acad. Qu. IV, 43, sapientis animum numquam nec cupiditate moveri, nec lætitia (i. e. gestientis animi elatione voluptaria, Cic. de Fin. III, 10 fin.) efferri. Similia prioribus habet Epictet. Enchirid. 26, 3, sane quam egregia. *Ruhk.*

2. *Expeditum.* Liberum, nullo affectu impeditum.

3. *Inter diversissimos motus:* quæ propria sunt signa magni atque impotentis doloris, longe prorsus convenientiæ, quam propriam esse virtuti Seneca affirmat, contraria.

4. *Quibus extollit se miraturque.* Nempe quum se dolore suo honestari

Digitized by Google

illa quidem, quibus gloriatur, libenter facit. Si vero ali- 32
quod timetur malum, eo perinde, dum exspectat, quasi venisset urgetur; et, quidquid ne patiatur timet, jam metu patitur. Quemadmodum in corporibus infirmis languorem signa præcurrunt [1]; quædam enim segnitia nervis est, et sine labore ullo lassitudo, et oscitatio, et horror membra percurrens: sic infirmus animus, multo ante, quam opprimatur malis, quatitur; præsumit illa, et ante tempus cadit. Quid autem dementius, quam angi 33
futuris [2], nec se tormento reservare, sed arcessere sibi miserias et admovere, quas differre optimum est, si discutere non possis? Vis scire, futuro neminem [3] [debere] torqueri? Quicumque audierit, post quinquagesimum annum sibi patienda supplicia, non perturbatur, nisi si medium spatium transilierit, et se in illam sæculo post [4] futuram sollicitudinem immiserit. Eodem modo [5] fit, ut animos libenter ægros, et captantes causas doloris, vetera atque

putet, omnesque arbitretur mirari quanto amore dilexerit illos, quos tanto fletu prosequitur.

1. *In corporibus infirmis languorem signa præcurrunt.* Sic recte ed. *A.* et Ven. cum ms. Arg. *c.* et Par. *a.* quæ in aliis vario modo corrupta. Speciosa quidem videri poterat edita inde ab Erasm. scriptura, quæ et in mss. Pal. quarto servata, *in corp. futuri languoris signa. Schw.*

2. *Quid... dementius, quam angi futuris.* Horatius in multis locis similia præcipit, in primis lib. I, Od. XI, ad Leuconoen: « Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi Finem dii dederint.» Et alibi: «Quid sit futurum cras fuge quærere.»

3. *Futuro neminem [debere] torqueri.* Verbum *debere*, ut suspectum, uncis inclusi. Immo vero prorsus deleri debuit, ex inepto scholio natum. *Schw.*

4. *In illam sæculo post futuram.* Ergo *sæculum* hic pro anno *trigesimo* circiter, si vera lectio de *quinquagesimo anno. Lips.*—Lipsii conjectura minime necessaria est, si totum locum sic interpreteris: Qui audierit, etc., minime in præsenti perturbatur, nisi medium spatium, i. e. interpositum intervallum (non, dimidiam partem) mente transiliens, illum dolorem qui non nisi sæculo (i. e. longo post tempore) futurus est, metu anticipet. Quam interpr. confirmant sequentia, in quibus de iis agitur qui se malorum memoria contristent.

5. *Eodem modo.* Int. eadem imbecillitate, stultitia, accidit.

Digitized by Google

obliterata contristent. Et quæ præterierunt, et quæ futura sunt, absunt : neutra sentimus[1]. Non est autem, nisi ex eo quod sentias, dolor. Vale.

1. *Sentimus.* Prava sedulitate, quæ vocem *debere* supra servaverat, factum erat ut *sentiamus* scriberent omnes pro *sentimus*, quod præeunte H. Stephano recte ediderat Muretus, tenuerantque Lipsius et Gronov. quod quidem « sensu prorsus repugnante » ab his admissum judicans Ruhk. denuo *sentiamus* nobis apposuit. Manifeste hoc docet Seneca, *nec præterita, nec futura posse a nobis sentiri*, nisi quatenus mentis cogitatione in illud ipsum tempus, quo præsentia sunt, nos immittimus. *S.*—Sic Schw. cui prorsus assentimur; at Ruhk. *sentiamus*, inquit, omnium codd. et edd. lectio est male a Stephano Prood. II, 3, e conj. in *sentimus* mutata et probata a Mureto, Grutero, Lipsio, Gronovio, sensu prorsus repugnante. Vetera et obliterata contristare solent animos libenter ægros. Atqui futura et præterita pariter absunt : ergo neutra hæc sentiamus, sentire debemus. *R.*

EPISTOLA LXXV.

PHILOSOPHIAM NON VERBA CAPTARE, ANIMOS CURARE.

Amico minus sibi accuratas ab Seneca epistolas mitti questo respondet, epistolas decere illum sermonem illaboratum et facilem, qui est una sedentium et ambulantium : deinde philosophiam verba non captare, nec tamen ingenio aut eloquio renuntiare. Præcipuum est : sit vita ut sermo : quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus. Deinde tentemus progredi, quoniam per gradus ascenditur ad sapientiam. Cum quibusdam tres statuit classes proficientium.

Videmus ex hac epistola, fuisse vel vivo Seneca, qui hunc auctorem reprehenderent, nec Quintilianum (X, 1, 130) unum ejus censorem exstitisse.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Minus tibi accuratas a me epistolas mitti quereris. — Quis enim accurate loquitur, nisi qui vult putide[1] loqui? Qualis sermo meus esset, si una sederemus, aut ambu-

1. *Putide loqui?* affectatum et nimia cura et dilectu operoso elaboratum sermonem intelligit. Mox appellat *arcessitum* et *fictum*, et § 2, *multum... operæ impendi verbis non oportet.* Cic. Or. III, 13, conjungit *putidum* cum *molesto*, de quo vide Ernesti Lex. Technol. Lat. p. 32. *R.*

Digitized by Google

laremus, illaboratus et facilis; tales esse epistolas meas volo, quæ nihil habeant arcessitum, nec fictum. Si fieri posset, quid sentiam, ostendere, quam loqui, mallem. Etiam, si disputarem, nec supploderem [1] pedem, nec manum jactarem, nec attollerem vocem : sed ista oratoribus reliquissem, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornassem, nec abjecissem [2]. Hoc unum plane tibi approbare vellem, omnia me illa sentire quæ dicerem; nec tantum sentire, sed amare. Aliter homines amicam, aliter liberos osculantur; tamen in hoc quoque amplexu, tam sancto et moderato, satis apparet affectus. 2
Non, mehercules, jejuna esse [3] et arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur; neque enim Philosophia ingenio renuntiat [4], multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Hæc sit propositi nostri summa : quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus; concordet 3
sermo cum vita. Ille promissum suum implevit, qui, et quum videas illum, et quum audias, idem est. Videbimus [5] qualis sit, quantus sit [6] : unus sit [7]. Non delectent

1. *Nec supploderem... vocem :* hæc esse partes vividæ actionis, oratoribus propriæ, facile apparet.

2. *Abjecissem*, triviali dicendi genere expressissem. Cf. Ernesti Lex. Techn. Lat. init. *Ruhk.*

3. *Jejuna esse et arida*, i. e. non omnem sermonis elegantiam et nitorem spernam, nulla quidem oblectationis lectorum ratione habita. Eodem modo *aridam et jejunam narrationem* appellat Quintil. II, 4, 3 et 3, 1, *jejunam* et *aridam tractationem :* quæ loca debeo Ernesti Lex. laud. p. 33 et 201. *Ruhk.*

4. *Neque enim philosophia ingenio renuntiat.* Mens : *ingeniorum velut renuntiat.* Quidam *ingeniorum velut gelu renuntiat.* Quid fuerit non educo. *L.* — *Neque enim... renuntiat* : ad inveniendum orationis ornatum. Hæc erat objectio in Stoicos satis crebra, nec ipsa a Cic. Orat. c. 16, rejecta : in eloquentia non, ut in philosophia, res tantum sed etiam verba penduntur. *Ruhk.*

5. *Videbimus.* Temere *videmus* ed. Bipont. et inde ed. Ruhk. *Schw.*

6. *Sit*, quod aberat post *quantus*, dedere vett. libri. Porro *an unus sit* ed. *R.* sed ignorant *an* alii libri omnes, et subintelligi posse videtur : sed post ista verba commode signabitur interrogatio, *unus sit? Schw.*

7. *Unus sit.* Convenientia sit in vita. Ep. CXX, *magnam rem puta,*

Digitized by Google

verba nostra, sed prosint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito [1] potest, si aut parata est, aut parvo constat; adsit, et res pulcherrimas prosequatur. Sit talis,
4 ut res potius, quam se, ostendat. Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent; hic animi negotium agitur. Non quærit æger medicum eloquentem, [sed sanantem [2]]; sed si ita competit, ut idem ille, qui sanare potest, compte de his, quæ facienda sunt, disserat, boni consulet. Non tamen erit, quare gratuletur sibi, quod inciderit in medicum etiam disertum: hoc enim tale est, quale si peritus gu-
5 bernator etiam formosus est. Quid aures meas [3] scalpis? quid oblectas? aliud agitur: urendus, secandus, abstinendus [4] sum: ad hæc adhibitus es; curare debes morbum veterem, gravem, publicum: tantum negotii habes, quantum in pestilentia medicus. Circa verba occupatus es? jamdudum gaude, si sufficis rebus. Quando multa disces [5]? quando, quæ didiceris, affiges tibi, ita ut excidere non possint? quando illa experieris? Non enim, ut cætera, memoriæ tradidisse satis est; in opere tentanda sunt. Non est Beatus, qui scit illa, sed qui facit.

6 Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim a

unum hominem agere. L.—Jam supra monuimus hac re potissimum sapientem a proficiente s. stulto separari. Observavit quoque Garve (*Uebersicht der vornehmsten Principien der Sittenlehre* p. 71 sq.). *Ruhk.*

1. *Non sollicito.* Int. si nulla tibi opus est cura aut sollicitudine ut eloquens fias, quoniam (ut sequitur), aut parata est eloquentia, aut parvo constat.

2. *Sed sanantem.* Suspecta verba, quæ ex scholio invecta videntur, ignorat ed. *R.* cum mss. Arg. *b.* et Par. *b. d.* et rectius abjicientur. *Schw.*

3. *Scalpis. Scabis R. A. b. c.* Par. *a. b. Schw.*

4. *Abstinendus.* Omnium fere codd. et edd. lectio bona est. Plautus Trin. II, 1, 30, *amor... abstinendus* dixit. Quidam codd. *absrindendus.* Utrumque reprobat Stephanus Ep. XXX, ad Dalecamp. Perperam. *Ruhk.*

5. *Quando multa disces?* Sic edd. ab Erasm. invitis mss. tis, nec per se satis commode. *Quandoque multa disces?* dant *R. A. b. c.* Par. *b.* Vide ne fortasse verum sit, *Quanquam multa disces,* quod offerunt mss. Par. *a. d. Schw.*

Digitized by Google

Sapientia[1] præceps est? — Non, ut existimo: nam qui proficit, in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab illis diducitur[2]; inter ipsos quoque *Proficientes* sunt magna discrimina. In tres classes, ut quibusdam placet, dividuntur. Primi sunt[3], qui Sapientiam nondum habent, sed jam in vicinia ejus constiterunt. Tamen, etiam quod prope est, extra est[4]. — Qui sint hi, quæris? — Qui omnes jam affectus ac vitia posuerunt; quæ erant complectenda, didicerunt: sed illis adhuc inexperta fiducia est; bonum suum nondum in usu habent. Jam tamen in illa, quæ fugerunt, decidere[5] non possunt; jam ibi sunt, unde non est retro lapsus; sed hoc illis de se nondum liquet: quod in quadam epistola[6] scripsisse me memini, *scire se nesciunt*. Jam contigit illis bono suo frui, nondum confidere. Quidam hoc Proficientium genus, de quo locutus sum, ita complectuntur, ut illos dicant jam effugisse morbos animi, affectus nondum, et adhuc in lubrico stare; quia nemo sit extra periculum 7 8

1. *A Sapientia* recte ed. *R.* et ms. *b.* ut voluerat Lips. Similiter *ab sapientia* ed. Gron. Bipont. et Matth. Mendosum *ad sapientiam* revocavit R. *Schw.* — *Statim a sap. præceps est?* Interpretatur Lipsius: Quid igitur? præcipitium est statim ab illa sapientia? non est discrimen inter vicinos, et longinquos?

2. *Diducitur.* Orationem sic distingue: *diducitur. Inter ipsos... discrimina: in tres classes* etc. *Schw.*

3. *Primi sunt.* Hos Chrysippi verbis describi video ap. Stob. Serm. CI. ὁ δ' ἐπ' ἄκρον, φησὶ, προκόπτων ἅπαντα πάντως ἀποδίδωσι τὰ καθήκοντα, καὶ οὐδὲν παραλείπει· τὸν δὲ τούτου βίου οὐκ εἶναί πώ φησιν εὐδαίμονα, ἀλλ' ἐπιγίνεσθαι αὐτῷ τὴν εὐδαιμονίαν, ὅταν αἱ μέσαι πράξεις προσλάβωσι τὸ βέβαιον καὶ ἕξιν καὶ ἰδίαν πῆξίν τινα λάβωσι. I. e. Qui in summo est proficiens, omnia omnino officia præstat, nihilque omittit; tamen hujus vitam ait nondum beatam esse, sed supervenire Beatitudinem et accedere, quum mediæ istæ actiones constantiam et habitum, et firmum fixumque aliquid fuerunt nactæ. *Lipsius.*

4. *Extra est.* Ruhk. edidit *ex ora est* ut Erasm. edit. vetus et codd. Grut.

5. *Decidere.* Codd. Grut. et Erf. sic habere notat Gronov. qui laudat. Ep. XCII, 21. Sic et Erasm. et editio vetus. Antea legebatur *recidere*, minus bene. *Ruhk.*

6. *Quod in quadam epistola.* Respexit Epist. LXXI, 3. Quibusdam autem evenit, ut quædam scire se nesciant. *Ruhk.*

Digitized by Google

malitiæ, nisi qui totam eam excussit : nemo autem illam excussit, nisi qui pro illa Sapientiam assumpsit.

9 Quid inter *morbos animi*[1] intersit et *affectus*, sæpe jam dixi; nunc quoque te admonebo. *Morbi* sunt inveterata vitia, et dura; ut avaritia, ut ambitio nimia : hæc quum semel[2] animum ceperunt, implicuerunt, et perpetua ejus mala esse cœperunt. Ut breviter finiam, *morbus* est judicium in pravo pertinax, tanquam valde expetenda sint, quæ leviter expetenda sunt : vel, si mavis, ita finiamus : 10 nimis imminere leviter petendis, vel ex toto non petendis; aut in magno pretio habere in aliquo habenda, vel in nullo. *Affectus* sunt motus animi improbabiles, subiti et concitati; qui, frequentes neglectique, fecere morbum : sicut distillatio una, nec adhuc in morem adducta, tussim facit; assidua et vetus, phthisin. Itaque, qui plurimum profecere, extra morbos sunt; affectus 11 adhuc sentiunt, perfecto proximi. — Secundum genus est eorum, qui et maxima animi mala et affectus deposuerunt; sed ita, ut non sit illis securitatis suæ certa possessio; possunt enim in eadem relabi. — Tertium illud genus : extra multa et magna vitia est, sed non extra

1. *Inter morbos animi.* Ex perturbationibus s. affectibus, si inveteraverint, oriri docebant Stoici passiones, quæ vel *morbi* (νοσήματα) vel *ægrotationes* (ἀῤῥωστήματα) appellantur. De quibus distinguendis etsi non prorsus conveniunt Cicero, Stobæus et Diogenes Laertius, tamen si propius rem inspexeris, nullum remanet dubium, quin avaritia, ambitio et reliqua inveterata et perpetua vitia ad morbos, ira vero, ebrietas, timiditas aliique in consuetudinem adducti affectus ad ægrotationes, semper cum imbecillitate conjunctas, sed non perpetui, pertineant. Noster tamen ægrotationes hic non nominat, re tamen agnoscit. Cf. quem jam ad Ep. VII, 1, hac in re laudavi, Tiedemann *Syst. d. stoisch. Phil.* III, p. 165 sq. 261 sqq. *Ruhk.*

2. *Hæc quum semel animum ceperunt, implicuerunt* (intell. *illum*), *et perpetua ejus mala esse cœperunt.* Hæc est planissima editionis Rom. Tarv. et Ven. scriptura, quam et in suorum codicum nonnullis Pincianus reperit, ita tamen ut in illis verbum *ceperunt* ante *animum* poneretur, et hoc ipsum percommode. Eamdem

Digitized by Google

omnia [1]; effugit avaritiam, sed iram adhuc sentit; jam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione; jam non concupiscit, sed adhuc timet; et in ipso metu ad quædam satis firmus est, quibusdam cedit; mortem contemnit, dolorem reformidat.

De hoc loco aliquid cogitemus. Bene nobiscum agetur, 12
si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturæ, magnaque et assidua intentione studii, secundus occupatur gradus : sed ne hic quidem contemnendus est color tertius [2]. Cogita, quantum circa te [videas [3]] malorum; adspice quam nullum sit nefas sine exemplo, quantum quotidie nequitia proficiat, quantum publice privatimque peccetur : intelliges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus. — Ego vero, inquis, spero me posse 13
et amplioris ordinis fieri. — Optaverim hoc nobis magis, quam promiserim. Præoccupati sumus; ad virtutem contendimus, inter vitia districti : pudet dicere, honesta colimus quantum vacat [4]. At quam grande præmium nos exspectat, si occupationes nostras, et mala tenacissima, abrumpimus? Non cupiditas, non timor nos pellet; inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem

script. agnoscunt Palatini nonnulli, atque etiam paulo auctiorem, *altius hæc quum semel animum ceperunt, artius implicuerunt.* Nimis concise ed. Er. et sqq. *postquam hæc animum implicuerunt et perpet.* etc. Denique *actu hæc animum implicuerunt* edidit Ruhk. quomodo fere scribitur in Arg. *b.* et Par. *b. d.* nisi quod hi non *actu*, sed *actus* habent, quod ex *artius* corruptum : et restituendum hoc fuerit auctori, *artius implicuerunt. Schw.*

1. *Tertium illud genus :.... extra omnia.* In aliis edd. scribitur *tertium illud genus extra*, eodem sensu.

2. *Color tertius.* Quasi qui in primo gradu collocantur omnino albi atque immaculati sint, dum cæterorum color sensim obscuretur prout in inferiores gradus descendimus.

3. *Videas* agnoscunt quidem *R. A. c.* sed caret ms. *b.* ac videtur ex scholio invectum. *Schw.*

4. *Quantum vacat.* Ab officiis quæ nobis vitia plerumque imponunt : quantum vacat a diversis muneribus quæ impellente avaritia suscepimus, in quæ nos egit præcipites ambitio atque insatiabilis honorum cupiditas.

Digitized by Google

horrebimus, nec Deos[1]; sciemus mortem malum non esse,
14 Deos malos non esse. Tam imbecillum est, quod[2] nocet, quam cui nocetur : optima vi noxia carent. Exspectant nos, si ex hac aliquando fæce in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi, et, expulsis erroribus, absoluta libertas. — Quæris, quæ sit ista? — Non homines timere, non Deos; nec turpia velle, nec nimia; in se ipsum habere maximam potestatem. Inæstimabile bonum est, suum fieri[3]. Vale.

1. *Nec Deos.* Quia, ut infra dicit, non mali sunt, nec ipsi mali sumus; nam si justitiæ sunt amantes Dii, nihil habet vir bonus, et nulla macula inquinatus, quod ab illis reformidet.

2. *Imbecillum... quod nocet.* Timere enim videtur, ideoque vel cavere vel ulcisci.

3. *Suum fieri.* Int. sui potentem, sui dominum : nam non suus est qui huc et illuc distrahitur variis cupiditatibus; earum servus est, nedum sui dominus sit. Pro *suum* quod est in aliis edd., Schweigh. dat *tuum*, nulla allata auctoritate, sensu autem minime mutato.

EPISTOLA LXXVI.

SE QUANQUAM SENEM ADHUC DISCERE. — ITERUM NIL BONUM, NISI HONESTUM, PROBAT.

Ut denuntiet amico, quæ quotidie faciat, narrat se Philosophi Metronactis disciplina uti Neapoli, etiam ideo ut suo exemplo doceat, vel seni esse discendum, in urbe tanto voluptatum ardore flagrante atque tam amœna. Admonet itaque et Lucilium, ut pergat in studio philosophiæ, cujus unius ope ad unum hominis bonum pervenire possit, h. e. honestum, cujus adjungit explicationem in arctum contractam. Constat autem ratione perfecta unum et suum bonum hominis, quæ virtus vocetur ideoque honestum : cujus possessio una laudem, inopia improbationem homini conciliat, etiamsi divitiis aliisque egregiis ejusmodi rebus sit præditus. At illa virtus hominem validiorem, ampliorem, meliorem facit : ideoque regula actionum vitæ est honestum cum sapientia conjunctum, et omni adhæc periculo excluso, ne in stultitiam revolvatur, et reliquis pro nec bonis nec malis habitis. Solum autem bonum est honestum. Breviter percurrit quædam in proxima epistola jam tractata, ad hoc unum hominis bonum spectantia. Laudat denique vim virtutis s. honesti, quam propter ipsam unam, non propter consequentias solas exercen-

Digitized by Google

dam esse docet. — Attigit hanc dissensionem philosophorum de eo quod sit bonum disputantium *Tiedemann System der stoisch. Phil.* III, p. 40 sqq. Cf. J. Stobæi Eclog. II, c. 7, p. 79 ed. Heeren.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

INIMICITIAS mihi denuntias[1], si quidquam ex his, quæ quotidie facio, ignoraveris. Vide quam simpliciter tecum vivam : hæc quoque tibi committam. [2]Philosophum audio; et quidem quintum jam diem habeo[3], ex quo in scholam eo, et ab octava disputantem audio. — Bona, inquis, ætate[4]! — Quidni bona? quid autem stultius est, quam, quia diu non didiceris, non discere? — Quid ergo? idem faciam, quod trossuli[5] et juvenes? — Bene mecum agitur, si hoc unum senectutem meam[6] dedecet. Omnis ætatis homines hæc schola admittit : in hoc senes 2

1. *Inimicitias mihi denuntias.* Int. minaris te mihi inimicum fore, si quidquam vivendi rationis meæ te celavero. — De hoc more, quem majoribus fuisse dicit Tacit. Annal. VI, 29, quoties dirimerent amicitias, interdicendi domo, eumque finem gratiæ ponendi, cf. Lipsii Exc. 2, in Tacit. Annal. II. *Ruhk.*

2. *Philosophum* Metronactem, cujus mortem Epist. XCIII, 1, memorat : quem nonnisi ex hisce Epp. noscimus. Haud dubie fuit is Stoæ assecla, qui *Neapoli*, urbe litterarum amante (Virg. Georg. IV, extr. « studiis florentem ignobilis oti » vocat) et quinquennales ludos, in quibus poetæ, oratores, musici, athletæ certarent, celebrante (cf. VVernsdorf. Exc. IX, Tom. IV, p. 395. Poet. min. lat.), scholam aperuerat philosophicam, quam Seneca *ab octava hora*, i. e. nostra computandi ratione, secunda post meridiem, frequentabat. *R.*

3. *Et quidem quintum jam diem habeo.* Pincianus quum invenisset in nonnullis exemplaribus ms. *equidem quintum*, in suspicionem vocavit omnem lectionem illam, maluitque *et quidem quintus jam dies abiit, ex q.* Præferrem et ipse hæc, nisi quinque Grut. Codd. scripturam vulgatam tuerentur. *Ruhk.*

4. *Bona, inquis, ætate.* Ridentis verba; et juvenis scilicet discis. *L.*

5. *Trossuli :* hoc nomen equites primum designans, tempore jam Gracchorum (circa a. U. C. 630) desciscere cœpit ab honore suo, ut multos puderet trossulos vocari. Hinc jam labante Rep. et deinde sub Imperator. cum dedecore de iis in usu erat hoc nomen, qui cultui externo et deliciis indulgerent, ut cum nostris *élégans, fats* comparari possint. Cf. Plin. XXXIII, 9 bip. et quos Gesner. laudat in Thes. Stephan. h. v. *R.*

6. *Dedecet.* Ruhk. edidit *decet*, « omnium, inquit, codd. ap. Pincian. et Grut. rel. lectio est : i. e. hoc uno senectutis meæ decore acquiesco. Pincianus tamen *dedecet* de ingenio suo

Digitized by Google

eamus [1], ut juvenes sequantur. In theatrum senex ibo, et in circum deferar, et nullum par [2] sine me depugnabit? ad philosophum ire erubescam? *Tamdiu discendum est*, quamdiu nescias; si proverbio [3] credimus, *quamdiu vivas*. Nec ulli [4] hoc rei magis convenit, quam huic : tamdiu discendum est quemadmodum vivas, quamdiu vivas. Ego
3 tamen illic aliquid et doceo. — Quæris, quid doceam? — Etiam seni esse discendum. Pudet autem me generis humani, quoties scholam intravi. Præter ipsum theatrum Neapolitanorum, ut scis, transeundum est Metronactis petentibus [5] domum. Illud quidem farctum [6] est; et ingenti studio, quis sit pythaules [7] bonus, judicatur :

dedit, omnibus insecutis edd. posterioribus. Codd. tamen sequi malui, reduxique itaque veterem lectionem. » — *Lagrange* secutus est lectionem *dedecet* qui vertit : *Plût à Dieu que ce travers, si c'en est un, fût le seul de ma vieillesse!*

1. *In hoc senes eamus, ut juvenes sequantur.* Perperam *senescamus*, et *sequamur*, edd. mssti; quod nuperrime demum in ed. Matthiæ correctum ex Scriverii conject. in hunc modum, *in hanc senes eamus, ut juv. sequantur.* At per se intelligebatur *eamus*, scil. *in scholam* : teneri autem debuit *in hoc*, familiaris Senecæ formula, idem valens ac *propter hoc, hoc consilio. Schw.*

2. *Par* sc. gladiatorum. *Ruhk.*

3. *Proverbio* jam apud Solonem obvio : Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος, ap. Platon. Opp. To. II, p. 32, bip. Plut. Solon. p. 96. E. Frcf. Senesco multa addiscens. Cf. Erasmi Adag. Chil. I. Cent. VIII, LX. *R.*

4. *Nec ulli hoc rei m. c. quam huic.* Int. nec *hoc* scilicet proverbium ulli magis rei convenit quam *huic*, scilicet philosophiæ; et nullius rei studium magis convenit senectuti quam philosophia : nam tamdiu discendum est quemadmodum vivas (quod nos philosophia docet), quamdiu vivas.

5. *Metronactis petentibus.* Ruhk. edidit *Met. petenti* : alii, inquit, *petentis, petentes, petentibus* ap. Grut. Muretumque ex Pinciano.

6. *Illud* (theatrum) *farctum est.* Plenum, stipatum. Schw. omittit *hoc* quod est in vulgat. edd.

7. *Pythaules* correxit Ruhk. Vulgo *pithaules*; sed *pythaules* Arg. *b.* et Pal. 2, *pitaulus* ed. *R. Schw.*—*Pythaules* tibicen, qui proprie in certamine musico pugnam Apollinis cum serpente Pythone canebat, quem Apollinem quarta a natalibus die sagittis interfecisse, ideoque auctorem culturæ loci, oraculi et nominis, quibus illa urbs Pytho, postea Delphi, inclaruit, factum esse, tradidere veteres. Cf. Spanhem. ad Callim. Hy. in Apoll. 101. Translata inde vox est ad illos tibicines, qui in comœdiis tragœdiisque canebant, qui in honorem Deorum tibias inflabant, etc.

Digitized by Google

habet tubicen [1] quoque Græcus et præco [2] concursum. At in illo loco, in quo vir bonus quæritur, in quo vir bonus discitur [3], paucissimi sedent : et hi plerisque videntur nihil boni negotii habere quod agant; inepti et inertes vocantur [4]. — Mihi contingat iste derisus : æquo animo audienda sunt imperitorum convicia, et ad honesta vadenti contemnendus est ipse [5] contemptus. 4

Perge, Lucili, et propera, ne tibi accidat, quod mihi, ut senex discas : imo ideo magis propera, quoniam id nunc aggressus es, quod perdiscere vix senex possis. — Quantum, inquis, proficiam ? — Quantum [6] tentaveris. Quid exspectas ? nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet ultro; honor offeretur; gratia ac dignitas fortasse ingerentur tibi : Virtus in te non incidet : ne levi quidem opera aut parvo labore cognoscitur : sed est tanti [7] laborare, omnia bona semel occupaturo. Unum est enim Bo- 5

Recte autem Pythaules (πυθαύλης) non *pith.* scribi hinc apparet, uti jam Salmas. ad Vopisc. p. 494, et post eum alii docuerunt. Egit de hac αὐλητικῇ elegantissime *Bottiger in attisch. Mus.* I, 2, p. 296 sq. *Ruhk.*

1. *Tubicen* recte editt. vett. et Arg. *b.* Conf. Ep. LXXVIII, § 15. *Schw.* — Ruhk. edidit *tibicen*, quod non satis differt a *pythaule* de quo supra, ut recte dicatur *tibicen quoque.*

2. *Præco* qui nomen et patriam victoris proclamabat. Spectare videntur hæc, judice Fabro Agonist. III, 26, ad Quinquennia, de quibus laudavi Wernsdorf. qui non neglexit Strab. lib. V, cap. 7, p. 197 ed. Lips. *Ruhk.*

3. *In quo vir bonus quæritur, in quo vir bonus discitur :* priora quinque verba Gruterus in omnibus suis V Codd. invenit et in textum reduxit, quem sequor. Erasmus, editio vetus rel. omittunt. *Ruhk.*

4. *At in illo loco... vocantur.* Sæpe noster in hunc sæculi sui genium invehitur, qui severiori bonarum artium ideoque philosophiæ studio neglecto, nihil fere nisi res voluptarias sectaretur, e. c. Ep. LXXX, 2, XCV, 18. Quin adeo Cicero Orat. II, 5. dicere potuit : discum audire quam philosophum malunt. *Inepti* sunt ii quos *pedantorum* nomine insigniveris, memor Cic. Orat. II, 4. Sic philosophi vocantur in Oratione, quæ Ciceroni nuper abjudicata est, post Redit. ad Sen. c. 14. *Ruhk.*

5. *Contemnendus est ipse contemptus* e quatuor Grut. et Modii Codd. dedi. Antea : *iste. Ruhk.*

6. *Quantum tentaveris.* Nam conatui effectus hic respondet, ut Stoicis visum : et velis esse bonus, eris.

7. *Sed est tanti laborare... occupaturo.* Int. sed spes omnia bona simul occupandi sane satis valet ut

Digitized by Google

num, quod honestum; in illis nihil invenies veri, nihil certi, quæcumque famæ placent.

Quare hoc unum sit Bonum, quod honestum, dicam: quoniam me parum exsecutum priore epistola judicas, magisque hanc rem tibi laudatam quam probatam putas: et in arctum[1], quæ dicta sunt, contraham. Omnia suo bono constant: vitem fertilitas commendat et sapor[2] vini, velocitas cervum. — Quare fortia[3] dorso jumenta sint, quæris? — Quia eorum hic unus est usus, sarcinam fer-
6 re. In cane sagacitas[4] prima est, si investigare debet feras; cursus, si consequi; audacia, si mordere et invadere. Id in quoque optimum esse debet[5], cui nascitur, quo censetur[6]. In homine optimum quid est? Ratio: hac antecedit animalia, Deos sequitur[7]. Ratio ergo[8] perfecta, proprium hominis bonum est; cætera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet? et leones. Formosus est? et pavones. Velox est? et equi. Non dico, in his omnibus
7 vincitur. Non quæro, quid in se maximum habeat, sed

ad illam explendam debeas laborare.

1. *Et in arctum.* Sic omnes mss. antea *et ut in a. Ruhk.*

2. *Et sapor vini* recte ms. *b.* nec aliud debuerat ed. *R.* et codd. Grut. in quibus *et sapor vinum.* Vulgo nude, *sapor vinum. Schw.*

3. *Quare fortia* et rel. Vulgatam hanc tueor, nexu orationis postulante: etsi Pinciani et Grut. Codd. una cum editione vet. præferant: *Quam fortia. Ruhk.*

4. *Sagacitas prima est.* Int. eminet supra cæteras ejus dotes.

5. *Optimum esse debet* ed. *R.* cum mss. tis. Vulgo *optimum est*, ab Erasmo. *Schw.*

6. *Censetur* in pretio et æstimatione est. *Ruhk.*

7. *Deos sequitur*, i. e. non multum abest a Deo, pæne similis ei est, uti recte explicat Corte ad Sallust. Bell. Jug. c. 2, 1: adducto Cic. Fin. III, 22, ubi tamen *sequi Deum* alio sensu accipi debet. Cf. ad Ep. LXXIII, 11. *Ruhk.* — Bene, atque etiam belle, ait Lipsius, quia præivit de antecessione, et nunc de sequela. At Claudius Puteanus, inter Galliæ decora, volebat, *Diis æquatur*, pro solita insolentia Stoicorum.

8. *Ratio ergo perfecta.* Lipsius laudat Phocylidem, qui eadem tradit vers. 116 sq. (Brunk. Gnom. Poet. græc., p. 116.) « Sola homini ratio telum est, munimen et unum. » At ignorabat Lipsius, opusculum illud Christiani cujusdam docti fœtum esse. *R.*

Digitized by Google

quid suum [1]. Corpus habet? sed et arbores. Habet impetum ac motum voluntarium? et bestiæ, et vermes. Habet vocem? sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilæ, graviorem tauri, dulciorem mobilioremque luscinii [2]! Quid in homine proprium? Ratio! Hæc, recta et consummata, felicitatem hominis implevit. Ergo, si 8
omnis res, quum bonum suum perfecit, laudabilis est, et ad finem naturæ suæ pervenit; homini autem suum bonum Ratio est: si hanc perfecit, laudabilis est, et finem naturæ suæ attigit [3]. Hæc ratio perfecta *Virtus* vocatur; eademque *Honestum* est. Id itaque unum bonum est in homine, quod unum hominis est; nunc enim non quærimus, quid sit bonum, sed quod sit *hominis bonum*. Si nullum aliud est hominis quam Ratio, hæc erit unum ejus bonum, sed pensandum cum omnibus [4]. Si sit aliquis 9
malus, puto improbabitur; si bonus, puto probabitur: id ergo in homine primum solumque est [5], quo et probatur et improbatur.

Non dubitas, an hoc sit Bonum; dubitas, an solum Bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, divitias, imagines multas [6], frequens atrium, sed malus ex confesso sit; improbabis illum. Item, si quis nihil quidem illorum, quæ retuli, habeat, deficiatur pecunia,

1. *Suum*. Id est, quod sit illi soli proprium nec cum cæteris animalibus commune.

2. *Luscinii* ed. *R.* et meliores mssti; non *luscinæ*. *Schw.* — *Luscinii*. Non advertit Seneca proprium bonum esse hominis vocem articulatam, et organa loquendi: quibus bestiæ reliquæ carent. *Ruhk.*

3. *Attigit* ab Erasmo est. *Tetigit R. A.* et mss. *b. c. Par. Jur. Schw.*

4. *Pensandum cum omnibus* aliis rebus, et hac comparatione instituta videndum, quo bonum constet: sequentia docent, honestum hoc unum esse bonum; nam eo uno et probatur et improbatur homo. *Ruhk.*

5. *Primum solumque est*: reduxi e quinque palatinis et editione vet. Antea: *proprium*. *Ruhk.*

6. *Imagines multas*. Explicant sequentia verba *nobilitato* et *avorum proavorumque serie*: quod sequitur *frequens atrium*, ad *clientum tur-*

Digitized by Google

clientum turba, nobilitate, et avorum proavorumque serie, sed ex confesso bonus sit; probabis illum. Ergo hoc unum est Bonum hominis : qui habet, etiam si aliis destituitur, laudandus est; quod qui non habet, in omnium aliorum copia damnatur ac rejicitur. Quæ conditio rerum, eadem et hominum est. Navis bona[1] dicitur, non, quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argentcum aut aureum rostrum est, nec cujus[2] tutela ebore cælata est, nec quæ fiscis ac opibus regiis pressa est; sed stabilis, et firma, et juncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, et non sentiens ventum[3]. Gladium bonum dices, non, cui auratus est balteus, nec cujus vagina gemmis distinguitur; sed cui et ad secandum subtilis acies est, et mucro munimentum omne rupturus. Regula, non quam formosa, sed quam recta sit, quæri-

bam et salutationes matutinas spectat. Cæterum sententia hæc sæpe ap. veteres occurrit, e. c. Sallust. Bell. Jug. c. 2 init. *Ruhk.*

1. *Navis bona.... cælata est.* Non ea navis bona est, quæ luxuriosissime ornata, encausto, s. coloribus ustis (κηρογραφίᾳ) speciose extrinsecus et intrinsecus picta ad ejus conservationem et ornatum. (Cf. *Bibl. der alten Litt. u. Kunst* IV, p. 99 sq. Gronov. Thes. Antiq. Gr. T. XI, p. 562–72.) Ad eumdem luxum spectat quoque *argenteum... rostrum*, quod ex ære ferrove fiebat. *Ruhk.*

2. *Tutela.* Σῶμα θεοῦ, statua dei tutelaris in puppi navium romanarum. Silius : « Tutelæque Deum fluitant. » Festus, in Europa : « Alii eam a prædonibus raptam, et nave, cujus tutela effigiem tauri habuerit, in eam regionem esse delatam. » Ita hæc legenda vel ex Lactantio, qui de eadem re, lib. I, cap. 11 : « Rapuisse dicitur in aquila catamitum : poeticus color est; sed per religionem (scribe *legionem*) rapuit, cujus insigne Aquila est; aut navis in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam : sicut taurum figuratum, quum rapuit Europam. » *Lipsius.* — Græcis pro tutela παράσημον erat, unde naves appellabantur : vid. Enschede de tutela et insignibus navium, Leidæ 1770. Erat artificiose elaborata et composita; nam τὸ *cælare* h. l. laxiore hac significatione sumendum esse, post Salmasii, Heynii et Velthemii curas, nunc res nota est. *Ruhk.*

3. *Non sentiens ventum*, i. e. quæ priusquam ventum sentiat, jam in cursu est, ut cum Grut. interpretatur Gron. Constantem librorum omnium scripturam recte recepit Ruhk. Vul-

Digitized by Google

tur. Eo quidque[1] laudatur, cui comparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum aret[2], quantum fœneret, a quam multis salutetur, quam pretioso incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat; sed quam bonus sit : bonus autem est, si Ratio explicita[3] et recta est, et ad naturæ suæ voluntatem accommodata. Hæc vocatur *Virtus* : hoc est *Honestum*, et unicum hominis Bonum. Nam quum sola Ratio perficiat hominem, sola Ratio perfecta beatum facit : hoc autem unum hominis[4] Bonum est, quo uno beatus efficitur. 12

Dicimus et illa bona esse, quæ a Virtute profecta contactaque sunt, id est, opera ejus omnia. Sed ideo unum ipsa bonum est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonum est; quidquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est : validiorem autem animum, excelsiorem, et ampliorem, facit Virtus. Nam cætera, quæ cupiditates nostras irritant, deprimunt quoque animum et labefaciunt; et, quum videntur attollere, inflant, ac multa vanitate[5] deludunt. Ergo unum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ 13

gata *consentiens vento* non (quod ait idem Ruhk.) a Pinciano in textum inducta erat; sed ex conjectura Pinciani a Curione primum in contextu posita. Leviora nonnulla prætereo, e mostis a nobis correcta. *Schw.*

1. *Eo q. laud... est.* Int. quæque res laudatur quum eminet ea qualitate, cujus causa comparatur, acquiritur; ea qualitate, quæ illi rei propria est.

2. *Aret*, i. e. quantum agro colendo ex latifundiis suis in diversis terræ orbis partibus commodi et utilitatis percipiat. Cf. Horat. Carm. III, 16, 26; Epod. 4, 13; Serm. I, 1, 51. *R.*

3. *Explicita* vertit *Lagrange : développée.* Int. quæ philosophiæ studio illustrata est, quæ rerum omnium quæ ad justum injustumque pertinent notitiam habet.

4. *Hominis.* Mss. nostris præeuntibus deleri debebat vocabulum illud, quod jam satis ex præcedentibus intelligebatur. *Schw.*

5. *Multa vanitate.* Quia animus, qui sperabat se in illis felicitatem inventurum, quum illa prehendit et amplexus est, voluptatis expertia esse agnoscit, et vana omnino ad comparandam felicitatem.

Digitized by Google

Honesti ac turpis respectu temperantur; ad hæc faciendi
14 et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc[1] dicam. Vir bonus, quod honeste se facturum putaverit, faciet, etiam si laboriosum erit; faciet, etiam si damnosum erit; faciet, etiam si periculosum erit: rursus, quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam afferet, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla [spe[2]] invitabitur. Ergo, si honestum utique secuturus est, turpe utique vitaturus[3], et in omni actu vitæ spectaturus hæc duo, nullum aliud bo-
15 num quam honestum, nec aliud malum quam turpe; si una indepravata[4] virtus est, et sola permanet tenoris sui; unum est bonum Virtus: cui jam accidere, ne sit bonum, non potest; mutationis periculum effugit[5]. Stultitia ad Sapientiam erepit; Sapientia in stultitiam non revolvitur.

Dixi[6], si forte meministi, concupita vulgo et formidata inconsulto impetu plerosque calcasse. Inventus est, qui flammis[7] imponeret manum; cujus risum[8] non interrumperet tortor; qui in funere[9] liberorum lacrimam non

1. *Quid sit hoc.* Int. quæ sit faciendi et non faciendi ratio.

2. *Spe.* Vocab. *spe* ab Er. adjectum est, commode quidem, sed invitis vett. libris (quos novimus) omnibus: itaque uncis inclusi. *Schw.*

3. *Utique vitaturus.* Temere *itaque vit.* ed. Lips. et seqq. *Schw.*

4. *Indepravata:* quæ in pravum non potest converti.

5. *Mutationis periculum effugit. Stultitia ad Sapientiam erepit: Sapientia in stultitiam non revolvitur.* Cum Lipsio præfero hanc Codd. mss. lectionem, quos Modius evolverat: sensu eam postulante. Gruteriani Codd. et editio vetus eamdem præbent, at non *erepit* habent, sed *eripit, erumpit, erigit.* Antea: *mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia in stult. n. rev. R.* — Sententia est stultos mutari posse, et paulatim ac per gradus ad sapientiam venire. Non contra: nam Stoicorum sapiens fixus in bono est. *Lips.*

6. *Dixi.* Sæpe hoc inculcavit, e. c. Ep. 74. *Ruhk.*

7. *Qui flammis.* Mucius Scævola. *Ruhk.*

8. *Cujus risum*, servus, qui in vindictam domini Asdrubalem interfecerat. Valer. Max. III, 3, ext. 7. *R.*

9. *Qui in funere... mitteret:* exempla sex habet Val. Max. V, 10. *R.*

Digitized by Google

mitteret; qui morti intrepidus occurreret : amor, ira, cupiditas, [1]pericula depoposcerunt. Quod[2] potest brevis 16
obstinatio animi, aliquo stimulo excitata, quanto magis Virtus, quæ non ex impetu, nec subito, sed æqualiter valet; cui perpetuum robur est? Sequitur, ut, quæ ab inconsultis sæpe contemnuntur, a sapientibus semper, ea nec bona sint, nec mala[3]. Unum ergo bonum ipsa Virtus est, quæ inter hanc fortunam et illam[4] superba incedit, cum magno utriusque contemptu.

Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse præ- 17
ter honestum; nulla non virtus laborabit : nulla enim obtineri poterit, si quidquam extra se respexerit[5]. Quod si est[6], Rationi repugnat, ex qua virtutes sunt; et veritati, quæ sine ratione non est : quæcumque autem opinio veritati repugnat, falsa est. Virum bonum concedas necesse est summæ pietatis erga Deos esse; itaque, quidquid illi acciderit, æquo animo sustinebit : sciet enim, id accidisse lege divina, qua universa procedunt. Quod 18
si est, unum illi bonum erit, quod honestum : in hoc enim [positum[7]] est et parere Diis, nec excandescere ad subita, nec deplorare sortem suam; sed patienter excipere fatum, et facere imperata. Si enim ullum aliud est Bonum quam honestum, sequetur nos aviditas vitæ, avidi-

1. *Peric. depoposcerunt* omnium est mss. lectio. Vincentius tamen Bellovacensis in Speculo histor. IX, 132 præbet *depulerunt*. Præstat *depoposcerunt* i. e. postularunt, ut illa pericula sibi subeunda essent. *Ruhk.*

2. *Quod potest.* Sic Schweigh. Vulgatæ *Quod si hoc*, eodem sensu.

3. *Sequitur... mala* ideoque indifferentia, ἀδιάφορα. Nec enim a virtute semper proficiscuntur, nec ab illa contacta sunt, nec semper prosunt. Conf. Argum. Epist. LXVI. *Ruhkopf.*

4. *Hanc f. et illam.* Secundam et adversam.

5. *Si quidquam extra se respexerit.* Qui sapientiam comparare conatur, nulli alii rei studere debet; cætera enim, aut inutilia animum huc et illuc distrahent, ejusque profectus impedient, aut nocentia corrumpent.

6. *Quod si est.* Int. si admiseris aliquid bonum esse præter honestum.

7. *Positum est.* Nec satis aptum

Digitized by Google

tas rerum vitam instruentium; quod est intolerabile, infinitum, vagum [1]. Solum ergo Bonum est Honestum; cui modus est [2]. Diximus, hominum futuram feliciorem vitam quam Deorum, si ea bona sunt, quorum nullus Diis
19 usus est; tanquam pecunia, et honores. Adjice nunc, quod, si modo solutæ corporibus animæ manent, felicior illis status restat [3], quam est, dum mersantur in [4] corpore. Atqui, si ista [5] bona sunt, quibus per corpora utimur, emissis erit pejus [6]; quod contra fidem est, feliciores esse

huic loco verbum *positum*, et abest ed. *A.* et mss. *c.* et *b.* Quare ut suspectum notavi. *Schw.*

1. *Vagum* quoniam iis obstacula virtuti exercendæ insunt et veritati officiunt. *Ruhk.*

2. *Cui modus est.* Quia ut semel virtutem comparaveris, jam non crescere potest, nec minui : æqualis est apud omnes qui illa prædita sunt : ideo quoque, ut sæpe dixit Noster, nullus sapiens altero sapiente felicior esse potest, quia æque sapientes sunt.

3. *Felicior illis status restat* (illos manet), *quam est*, etc. Quam spem egregie exprimit Tullius, de Senect. « O præclarum diem, quum ad illum divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, quumque ex hac turba et colluvione discedam ! »

4. *Mersantur in corpore.* Probavi hoc, quod ex Modii membr. et Pal. 2, ediderant Lips. et Gron. quod apte convenit cum eo quod mox subjicitur, *clusas et obsessas. Versantur* ex editt. vett. et aliis msstis revocavit Ruhk. *Schw.* — Ruhk. vero *versantur*, inquit, bona lectio plurimorum Codd. et edd. est. *Mersantur* in nonnullis mss. sola est aberratio haud indocta, quam Modius Ep. XXI. Novantiq. prætulit et satis expolivit. Totus enim disputandi ordo docet, non de illa philosophorum satis nota opinione, quibus corpus pro carcere animæ esset, sermonem esse. *Ruhk.*

5. *Atqui si ista.... obsessas.* Jam inde a Pythagora et Platone hanc opinionem omnibus fere philosophicis sectis communem fuisse de corpore tanquam carcere animæ, satis notum est. Stoicis quoque plerisque dogma fuit, post mortem animam reverti liberam vinculis corporis ad originem suam, ad fontem unde manasset, ad universum s. Deum, cujus pars esse docebatur, et in vita manere felicissima. Vacillasse tamen hac in re Stoicos non magis constat, quam caruisse effectu et successu fructuoso ad vitam bene degendam in iis, quæ de immortalitate animæ præciperent. Atque hoc ex ipsa eorum doctrina de virtute sequebatur, quippe quæ haud diversa a felicitate jam in hac vita consummari posse iis videbatur : ut adeo immortalitate supersedere potuissent. Sperabant tamen, fore ut post mortem viverent. Cf. *Cons Abhandl. für die Gesch. u. das Eigenthüml. der spatern stoisch. Philos.* p. 90, sq. *Ruhk.*

6. *Emissis erit pejus.* Pejor erit animarum conditio corporis vinculo liberatarum : nam istis bonis frui non poterunt, jam amissis corporibus.

Digitized by Google

liberis et in universum datis[1] clusas[2] et obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea, quæ tam homini contingunt quam mutis animalibus, et muta animalia beatam vitam actura : quod fieri nullo modo potest. Omnia pro Honesto patienda sunt; quod non erat faciendum, si esset ullum aliud Bonum, quam Honestum.

Hæc, quamvis latius exsecutus essem priore epistola, constrinxi, et breviter percurri. Nunquam autem vera tibi opinio talis videbitur, nisi animum alleves, et te ipse interroges : si res exegerit, ut pro patria moriaris, et salutem omnium civium tua redimas, an porrecturus sis cervicem, non tantum patienter, sed etiam libenter? Si hoc facturus es, nullum aliud Bonum est : omnia relinquis, ut hoc habeas. Vide, quanta vis Honesti sit. Pro republica morieris, etiam si statim facturus hoc [3]eris, quum scieris tibi esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium, etiam tempore exiguo ac brevi, capitur; et, quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis pertineat, ipsa

1. *Et in universum datis.* Sparsis per universum, redditis huic fonti a quo originem traxerant. Nam Stoici putabant animam cujusque hominis partem esse universi.

2. *Clusas.* Subaudi animas.

3. *Etiam si statim facturus hoc eris.* Sic communi consensu veteres libri, quos novimus, omnes; nisi quod veterem lectionem (nescio quorum codicum) esse Pincianus, ait, *etiam si non statim* etc. quod arripuit Muret. et revocavit Ruhk. contra manifestam Senecæ mentem, quæ proxime sequente disputatione satis declaratur. *Schw.* — Ruhk. suam lectionem *etiamsi non statim* sic explicat : Quoniam scis, honestum s. virtutem hoc abs te postulare, ut pro rep. moriaris, hoc non recusabis facere, etiamsi non statim facturus es. Si res exegerit, libenter facies. *R.* — Hunc contra sensum *Lagrange*, eamdem ac Ruhk. lectionem secutus, protulit : *Admirez le pouvoir de la vertu; vous mourrez pour la république, quand même votre résolution ne s'exécuterait pas sur-le-champ, du moment même où vous serez convaincu qu'il faut le faire.* Neuter sane sensus nec præcedentibus nec sequentibus convenire videtur; dum altera lectio sensum præstat longe aptiorem : significat enim te pro patria moriturum esse, ubi scies pro illa morienduin esse, etiamsi statim mori oporteat,

Digitized by Google

tamen contemplatio futuri operis juvat : et vir fortis ac justus, quum mortis suæ pretia ante se posuit, libertatem patriæ, salutem omnium, pro quibus dependit animam, in summa voluptate est, et periculo suo [1] fruitur.
22 Sed ille quoque, cui etiam hoc gaudium eripitur, quod tractatio operis maximum et ultimum præstat, nihil cunctatus desiliet in mortem, facere recte pieque contentus. Oppone etiam nunc illi multa, quæ dehortentur. Dic : Factum tuum matura sequetur oblivio, et parum grata existimatio civium ; respondebit tibi : Ista omnia extra opus meum sunt; ego ipsum contemplor : hoc esse honestum scio [2]; itaque, quocumque ducit ac vocat, venio.

Hoc ergo unum Bonum est, quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoque et indolis bonæ sentit;
23 cætera levia sunt, mutabilia. Itaque sollicite possidentur : etiam si favente fortuna in unum congesta sunt, dominis suis incumbunt gravia [3], et illos semper premunt, aliquando et elidunt. Nemo ex istis [4], quos purpuratos vi-

id est, etiamsi tibi tempus non relinquatur quo pascas animum contemplatione honesti, et fruaris magno tuo incœpto ; quod patet e sqq.

1. *Periculo suo fruitur.* Juxta Cicero ad Herennium : « Amisit vitam, at non perdidit : re enim vilissima et perparva maximam redemit, dedit vitam, accepit patriam. »

2. *Hoc esse honestum scio.* Nec minus præclarum illud quod apud Ciceronem Milo loquitur : « Fortes et sapientes viros non tam præmia sequi solere recte factorum quam ipsa recte facta.... beatos esse quibus ea res (scilicet pro patria se devovisse) honori fuerit a suis civibus : nec tamen eos miseros qui beneficio cives suos vicerint.

3. *Incumbunt gravia.* Juxta illa præclara nostri *La Fontaine*, *Philémon et Baucis*, init.

Ni l'or ni la grandeur ne nous rendent heureux.
Ces deux divinités n'accordent à nos vœux
Que des biens peu certains, qu'un plaisir peu tranquille, etc.

Atque infra de sapiente :

Il lit, au front de ceux qu'un vain luxe environne,
Que la fortune vend ce qu'on croit qu'elle donne.

4. *Nemo ex istis* etc. Frequens et hæc vitæ comparatio est cum dramate, ut philosophi cum histrione, apud veteres. Jam Socrati hanc tribuunt veteres (Stob. flor. tit. 92.) Aristonique Chio apud Diogen. Laert. VII, 160, ubi cf. Menag. Epictet. Enchirid. 17, ubi vid. Upton. et Schweighæus. Marc. Antonin. et ibi Gataker.

Digitized by Google

des, felix est, non magis, quam ex illis, quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulæ assignant: quum, præsente populo, elati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur, et ad staturam suam redeunt[1]. Nemo istorum, quos divitiæ honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Quare ergo magnus videtur? Cum basi illum 24
sua metiris[2]! Non est Magnus pumilio, licet in monte constiterit; colossus magnitudinem suam servabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem æstimamus eo quod est, sed adjicimus illi et ea[3], quibus adornatus est. Atqui quum voles veram hominis æstimationem inire, et scire qualis sit, nudum inspice. Ponat patrimonium, ponat honores, 25
et alia fortunæ mendacia[4]; corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit; alieno, an suo, magnus. Si rectis[5] oculis gladios micantes videt, et si scit, sua nihil interesse, utrum anima per os[6], an per jugulum exeat; beatum voca: si, quum illi denuntiata sunt cor-

Sed loca veterum de hac comparatione quasi cum pulvisculo jam converrit J.-B. Carpzovius, nuper Helmstadii mortuus, in libello perdocto: Paradoxon stoicum Aristonis Chii: ὅμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν. Sectio II, c. IV. *Ruhk.*

1. *Et ad staturam suam redeunt*: sic poeta Gallicus *J.-B. Rousseau*, *Ode à la Fortune:*

Le masque tombe, l'homme reste,
Et le héros s'évanouit.

2. *Cum basi illum... metiris*, cum cothurno, quo incedit, cum opibus, quibus insistit. *Lips.*

3. *Sed adjicimus illi et ea, quibus adornatus est.* Juxta quod in logica *Port-Royal* legere est de ipsis optimatibus, in eximio cap. de Sophismat.: *Ils incorporent en quelque manière dans leur essence toutes ces qualités de grand, de noble, de riche, de maître, de seigneur, de prince; ils en grossissent leur idée, et ne se représentent jamais à eux-mêmes, sans tous leurs titres, tout leur attirail et tout leur train.*

4. *Fortunæ mendacia.* Quia per hæc facit fortuna ut majores videantur homines, quam sunt reipsa.

5. *Rectis.* Sic Lipsius optime emendavit. Antea legebatur *erectis oculis.* Sed nusquam alias *erecti oculi* de impavido homine in usu sunt, sed *recti.* Cf. Bentleii nota præclara ad Horat. Carm. I, 3, 18, ubi vir magnus nec nostri loci immemor fuit. *Ruhk.*

6. *Utrum... per os, an per jugulum.* Int. utrum placida morte pereas, an violenta.

Digitized by Google

poris tormenta, et quæ casu veniunt, et quæ potentioris injuria; ei vincula, et exsilia, et vanas humanarum formidines mentium securus audit, et dicit:

.... Non ulla laborum,
O virgo, nova mi facies inopinave surgit:
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi [1].

26 « Tu hodie ista denuntias; ego semper denuntiavi mihi, et hominem paravi ad humana. » Præcogitati mali mollis ictus venit. At stultis et fortunæ credentibus omnis videtur nova rerum et inopinata facies: magna autem pars est apud imperitos mali, novitas. Hoc ut scias, ea quæ putaverunt aspera, fortius [2], quum assuevere, patiuntur. Ideo Sapiens assuescit futuris malis; et, quæ alii diu patiendo levia faciunt, hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: Sciebam hoc mihi restare [3]? Sapiens scit, sibi omnia restare; quidquid factum est, dicit: sciebam. Vale.

1. *Peregi.* Versus sunt Virgilii, Æn. VI, 103.

2. *Fortius* dedere vett. libri omnes. excepta una ed. *R.* quam secutus Erasm. deleverat vocem; unde aberat vulgo editis. *Schw.*

3. *Sciebam hoc mihi restare?* Recte tuebatur Pincianus hanc omnium Codd. et edit. ante Muretum lectionem. *Nesciebam* Muretus induxit in textum, sublata interrogationis nota, qui legisset, Pincianum in quorumdam Codd. margine notatum hoc invenisse. *Ruhk.*

Digitized by Google

EPISTOLA LXXVII.

DE CLASSE ALEXANDRINA. — DE MORTE MARCELLINI.

Navium Alexandrinarum, tabellariarum, adventu se non ut reliquos omnes motum, tranquille et apathia quadam omisisse quærere, quid novi ex Ægypto sibi afferrent. Se esse senem, et ad reliquam vitæ partem jam satis sibi esse viatici, præsertim pro illa via, quæ finiri possit, modo fiat honeste. Hoc firmat narratione de Marcellini morte voluntaria, et addit quædam contra metum mortis, quæ rerum natura immutabili nobis imposita in libertatem nos vindicat, uti Laconem illum servum. Proinde vitæ et voluptatis studium nos non tardiores ad moriendum faciat, nec morti nos subtrahat, quæ et ipsa ex vitæ officiis est: modo bona clausula imponatur. Cf. Tiedemanni *System d. stoisch. Phil.* III, 232, sq.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

SUBITO hodie nobis Alexandrinæ naves[1] apparuerunt, quæ præmitti solent et nuntiare secuturæ classis adventum; *tabellarias* vocant. Gratus illarum Campaniæ aspectus est: omnis in pilis[2] Puteolorum turba consistit, et ex ipso genere velorum Alexandrinas, quamvis in magna turba navium, intelligit; solis enim licet siparum[3] inten-

1. *Alexandrinæ naves.* Naves frumentariæ, quæ ex Ægypto frumentum, 80,000,000 modiorum, i. e. circiter 690,544,640 francor. *litres*, (40 million. medimnorum berolinensium. Conf. Heynii opusc. ac. I, p. 261), pro tributo adveherent *Puteolos*, unde Romam portabatur in horrea, ex quibus frumentatione Romæ perpetua instituta, omnibus civibus pauperioribus distribuebatur. Plura habet Lipsius in Electorum lib. I, cap. 8. *Ruhk.*

2. *In pilis. Pilæ*, i. aggeres, χώματα appellat Strab. V, p. 105. ed. Lips. molium objectus, qui e lapidibus in aqua construebantur ad impetum maris cohibendum, ideoque portum muniendum. Cf. Vitruv. V, 12. Tacit. 14, 8, not. Virg. Æn. IX, 711, not. Pilarum opus Puteolis restitutum memorat Inscriptio ap. Gruter. p. 163, 9. *Molo* nunc vocant. Reliquiæ adhuc visuntur. *Ruhk.*

3. *Siparum* scripsi cum Arg. *b.* Par. *b. d.* et Opsop. Vulgo *supparum*; nec id male. *Schw.* — Idem sensus est. Velum summo malo ap-

Digitized by Google

2 dere, quod in alto omnes habent naves. Nulla enim res æque adjuvat cursum, quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur. Itaque, quoties ventus increbuit, majorque est quam expedit, antenna submittitur; minus habet virium flatus ex humili. Quum intravere Capreas et promontorium [1] ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pallas,

cæteræ velo jubentur esse contentæ, siparum Alexandrinarum insigne [2] est.

3 In hoc omnium discursu properantium ad littus magnam ex pigritia mea sensi voluptatem, quod, epistolas meorum accepturus, non properavi scire, quis illic esset rerum mearum status [3], quid afferrent. Olim jam nec perit quidquam mihi, nec acquiritur. Hoc, etiam si senex non essem, fuerat sentiendum; nunc vero multo magis, quia, quantulumcumque baberem, tamen plus jam mihi superesset viatici, quam viæ; præsertim quum eam viam
4 simus ingressi, quam peragere non est necesse. Iter imperfectum erit, si in media parte, aut citra petitum locum steteris; vita non est imperfecta, si honesta est. Ubicum-

pensum sic vocabant : id est, minusculum velum, et quod in venti faventia nautæ solent extendere. Lucanus optime : « Summaque tendens Suppara, velorum perituras colligit auras. » Statius : « Summis annectite suppara velis. » Jo. Winckelmann. in *Monum. antich. ined.* T. II, p. 273, sq. cum nostris *Wimpeln*, *Flaggen* (*banderolles*, *pavillons*) hæc suppara comparavit, quæ tamen vi venti urgente usum suum habuere. Conf. Schweigh. ad Arrian. Diss. III, 11, 18, p. 618 sq. et Schneider. ad Xenoph. Hellen. VI, 2, 27, p. 108 sq. *Ruhk.*

1. *Promontorium*, Minervæ. Sic appellat Ovid. Met. XV, 709 : « Inde legit Capreas (insulam vel ob Tiberii secessum infamem) promontoriumque Minervæ. » Meminit et Stat. III, Silv. 2, 23 sq. Strab. V, p. 200. Lips. Libabant ibi, ait Lipsius ad Tacit. Ann. XV, 46, procellosæ illi Palladi nautæ periculo maris defuncti. *R.*

2. *Insigne*. Adjiciunt *indicium* vett. libri omnes; sed ineptum assumentum istud recte abjecit Mur. *S.*

3. *Rerum mearum status*. Senecam in Ægypto fuisse ibique prædia sibi comparasse, s. fœnebrem pecuniam ibi habuisse, verisimile fit vel ex eo, quod ejus avunculum sciamus

Digitized by Google

que desines, si bene desinis, tota est[1]. Sæpe autem et fortiter desinendum est, et non ex maximis causis : nam nec maximæ sunt, quæ nos tenent.

Tullius Marcellinus[2], quem optime noveras, adolescens quietus et cito senex, morbo, et non insanabili, correptus, sed longo et molesto, et multa imperante, cœpit deliberare de morte. Convocavit complures amicos : unusquisque, aut quia timidus erat, id illi suadebat, quod sibi suasisset ; aut quia adulator et blandus, id consilium dabat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster[3] Stoicus, homo egregius, et, ut verbis illum quibus laudari dignus est laudem, vir fortis ac strenuus, videtur mihi optime illum cohortatus. Sic enim[4] cœpit : « Noli, mi Marcelline, torqueri, tanquam de re magna deliberes! Non est res magna, vivere; omnes servi tui vivunt, omnia animalia : magnum est, honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu jam idem facias : cibus, somnus, libido; per hunc circulum curritur. Mori velle non tantum prudens et fortis, aut miser, sed etiam fastidiosus potest. » Non opus erat suasore illi, sed adjutore : servi parere[5] nolebant. Primum detraxit illis metum, et indicavit, tunc familiam periculum adire, quum

Ægypti præfectum fuisse. Cf. Consol. ad Helv. c. 17. *Ruhk.*

1. *Tota est.* Nihil illi defuit.

2. *Marcellinus.* De Marcellino cf. Ep. XXIX. Diutino morbo a vivacitate ingenii et festivitate ad illum languorem et quietem defecerat. Moneo hoc, ne quis locum hunc corrigendum putet, et *vietus*, aut tale quid reponendum. *Ruhk.*

3. *Amicus noster.* Schweigh. conjecit et in textum recepit *Attalus*, coll. Epp. LXIII, LXXXI, LXVII, CVIII, in quibus de eo agitur ; sed hæc conjectura non satis firmo fundamento nititur.

4. *Sic enim cœpit.* Vides in hac Stoici cohortatione sectam, cui appictus erat. Cf. Ep. XIV, 3o. Epictet. Enchirid. VII, 17. M. Anton. IX, 3, ibique Gataker. *Ruhk.*

5. *Servi parere nolebant.* Recusabant opem ferre domino morituro et timebant, ne SC. Silanianum sibi applicaretur, quo et ipsos interfici oportebat, qui domino interfecto sub

Digitized by Google

incertum esset, an mors domini voluntaria fuisset; alioqui tam mali[1] exempli esset occidere dominum, quam prohibere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit, non esse inhumanum, quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumstantibus[2] dividuntur, sic peracta vita aliquid
8 porrigi his, qui totius vitæ ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi, et liberalis, etiam quum de suo fieret[3]: minutas itaque summulas distribuit flentibus servis, et illos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine: triduo abstinuit, et in ipso cubiculo poni tabernaculum[4] jussit. Solium[5] deinde illatum est, in quo diu jacuit; et, calda subinde suffusa, paulatim defecit, ut aiebat, non sine quadam voluptate; quam afferre solet lenis dissolutio, non inexperta nobis, quos aliquando[6] liquit animus.

9 In fabellam excessi, non ingratam tibi; exitum enim amici tui cognosces, non difficilem, nec miserum. Quamvis enim mortem sibi consciverit, tamen mollissime excessit, et vita elapsus est. Sed ne inutilis quidem hæc

eodem tecto fuissent. Cf. Tacit. Annal. 14, 42 not. *Ruhk.*

1. *Alioqui tam mali exempli esset occidere dominum, quam prohibere.* Omnium mss. Codd. lectio est, quam Muretus aliique Erasmum sequentes inverterunt *prohibere dominum quam occidere.* Lipsius eumque secutæ edd. habent: *esse, occidere hominem quam prohibere. R.* — Jam ante Senecam Horatius Arte Poet. v. 467: « Invitum qui servat, idem facit occidenti. »

2. *Reliquiæ circumstantibus.* Servis ad pedes, aut lectum, solent reliquias dividere; ex Suetonii Galba cap. XXII; Martiali, Athenæo, aliis. *Lipsius.*

3. *Etiam quum de suo fieret,* quasi nunc non de suo, haud ultra fruiturus, et hæc relinquens. *L.*

4. *Poni tabernaculum.* Annon lecticam dormitoriam? atqui ea in ipso cubiculo de more erat. Potius ergo, tentorium aliquod instar balneoli, quo solium et ipse tegerentur. *Lips.*

5. *Solium.* Lacus balinearius, in quem descendit, ut lavaretur *calida* aqua, sub *tabernaculo* s. tentorio. Mortuus igitur est, quomodo Epicurus. Diog. Laert. X, 15. *Ruhk.*

6. *Quos aliquando... animus.* Senecam sæpe ægrotasse, ideoque deliquium animi non ignorasse, plura sunt testimonia. Conf. Epist. LIV, 1, LXXVIII, 1. Dio Cass. 59, 19. *Ruhk.*

Digitized by Google

fabella fuerit : sæpe enim [1] talia exempla necessitas exigit. Sæpe debemus mori [2], nec volumus : morimur [3], nec volumus. Nemo tam [4] imperitus est, ut nesciat quandoque moriendum ; tamen quum prope accessit, tergiversatur, tremit, plorat. Nonne [5] tibi videbitur stultissimus omnium, qui fleverit, quod ante annos mille non vixerat ? Æque stultus est, qui flet, quod post annos mille non vivet ! Hæc paria sunt : non eris, nec fuisti. [6] Utrumque tempus alienum est. In hoc punctum conjectus es, quod, ut extendas, quousque extendes ? Quid fles ? quid optas ? perdis operam ! 10

Desine fata Deum flecti sperare precando [7].

Rata et fixa sunt, et magna atque æterna necessitate ducuntur. Eo ibis, quo omnia eunt. Quid tibi novum est ? Ad hanc legem natus es [8] ; hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, et nulla mutabilis ope, illigat [9] ac trahit cuncta. Quantus te populus [10] mortuorum præces- 11

1. *Sæpe enim... exigit.* Int. sæpe enim, quum necessitate ad mortem cogimur, tunc indigemus talibus exemplis, ut animus noster soltem istam libenter recipiat : forsitan respexit auctor ad necessitatem hujus ætatis, qua damnati ab imperatoribus mortem anteoccupabant, nec exspectabant carnificis manum.

2. *Sæpe debemus mori.* Officio postulante. *Ruhk.*

3. *Morimur.* Natura cogente. *R.*

4. *Nemo tam... moriendum.* Horat. Epist. ad Pison. LXIII, proinde ait : « Debemur morti nos nostraque. » Ovid. Met. X, 18. *Ruhk.*

5. *Nonne..... vivet.* Similia habet Marc. Anton. II, 14, etc. *R.* — Simile in Stobæi eclogis Teles Pythagoreus, magnus sublimisque vir, ut indicant fragmenta : « At ille non amplius erit ; nempe nec ante decem millia annorum fuit, nec Troicis temporibus, sed nec proavorum tuorum. » *Lips.*

6. *Utrumque... est.* I. nihil ad nos pertinent ; sed hoc vitæ tempus tantillum sit. *Ruhk.*

7. *Desine... precando.* Versus est notissimus Virgil. Æn. VI, 376. *R.*

8. *Ad hanc legem natus es*, etc. His similia occurrunt apud Nostratem *Montaigne*, lib. I, c. 19.

9. *Illigat. R. b.* et Pal. 2 *illigavit. S.*

10. *Quantus te populus mortuorum præcessit ! quantus morituorum sequetur !* Desunt vulgo quæ in medio posui verba, *præcessit*, et *quantus :* tum alii libri nonnisi *morituorum*

Digitized by Google

sit! quantus morituroruṁ sequetur! quantus comitabitur! Fortior, ut opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. Atqui multa millia hominum et animalium hoc ipso momento [1], quo tu mori dubitas, animam variis
12 generibus emittunt. Tu autem non putabas, te aliquando ad id perventurum, ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est.

Exempla nunc magnorum virorum me tibi judicas relaturum? puerorum referam. Lacon ille [2] memoriæ traditur impubes adhuc, qui captus clamabat, *non serviam!* sua illa Dorica lingua; et verbis fidem imposuit. Ut primum jussus est fungi servili et contumelioso ministerio, (afferre enim vas obscœnum jubebatur), illisum parieti
13 caput [3] rupit. Tam prope libertas est! et servit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles, quam per inertiam senem fieri? Quid ergo est, cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta nolle te sequi [4], duceris. Fac tui juris, quod alieni est [5]. Non sumes pueri spiritum? ut dicas: *Non servio!* Infelix, servis hominibus, servis rebus, servis vitæ. Nam vita, si moriendi virtus abest, ser-

dabant, alii solum *mortuorum*. Satis apparebat et error, et origo erroris. Integram scripturam dedit unus noster ms. Arg. *c. Schw.*

1. *Hoc ipso momento.* Pulchra contemplatio et vera. Totum orbem vide, notum, ignotum: multa millia omnibus momentis nasci, mori, certum est: et quosdam eodem genere leti. *Lipsius.*

2. *Lacon ille.* Plutarch. in Apophthegm. Laconicis To. VIII, p. 240 Hutt. memorat rem. Factum hoc referendum est ad Antigonum Gonatam, qui prælio ad Sellasiam ol. 139, 3, 222 ante Christ. n., Cleomene Lacedæm. rege fugato, hunc puerum ceperit et vendiderit: ὡς δὲ προσέταξεν (ὁ πριάμενος) ἀμίδα (*vas obscœnum* noster vocat, matulam) κομίζειν, οὐκ ἠνέσχετο, εἰπὼν· οὐ δουλεύσω. Deinde de tecto se dejecit. *Ruhk.*

3. *Illisum parieti caput rupit.* Potuit alius esse ab illo Plutarchi, etsi reliqua conveniant: sed hic dissonant quod Plutarchus scribit præcipitem se ab alto dedisse et sic obiisse.

4. *Puta... duceris.* Si non vis sponte sequi viam quæ ducit ad mortem, quid te reluctari juvat? duceris vel invitus ad illam.

5. *Fac tui juris, quod alieni est.*

Digitized by Google

vitus est. Et quid habes, propter quod exspectes? Voluptates, quæ te morantur ac retinent, consumpsisti : nulla tibi nova est[1]; nulla non jam odiosa ipsa satietate. Quis sit mulsi, quis vini sapor, scis; nihil interest, centum per vesicam tuam, an mille amphoræ transeant : saccus es[2]. Quid sapiat ostreum, quid mullus, optime nosti; nihil tibi luxuria tua in futuros annos reservavit intactum. Atqui hæc sunt, a quibus invitus divelleris. Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos, et patriam? Tanti enim illam putas, ut tardius cœnes? solem quoque, si posses, exstingueres[3]! Quid enim unquam fecisti luce dignum? Confitere, non curiæ te[4], non fori, non ipsius rerum naturæ desiderio[5], tardiorem ad moriendum fieri : invitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti[6]. Mortem times; at quomodo illam in media oblectatione[7] contemnis? Vivere vis : scis enim? Mori times : quid porro? ista vita non mors est? Cæsar[8] quum illum transeuntem per Latinam viam unus ex custodiarum[9] agmine, de-

14 15 16

Si semper quolibet momento mori paratus sis, tunc non pendebis ab arbitrio mortis quæ te deprehendere posset; sed quum tibi hora ultima denunciari videbitur, sortem tuam, non coactus, sed libenter et ultro, accipies, ut vel in moriendo tui juris, non alieni sis.

1. *Nulla tibi nova est.* In hoc argumento Lucret. III, 1094 : « Nec nova vivendo procuditur ulla voluptas. »

2. *Saccus es.* Plures libri *saccus est:* ut ad vesicam ipsam referas. Alioquin et allusum videri potest ad vini castrationem, quæ sacco fiebat. *Lipsius.* — *Saccus es.* Plin. 24, 1, saccos vinarios vocat, quibus vina castrabantur, i. e. colabantur, quo leniora mitioraque, adeoque defæcatiora et puriora fierent, Cf. Gatack. ad M. Anton. p. 310, 1. *Ruhk.*

3. *Solem... exstingueres.* Ut citius cœnes, aut diutius dormias stertasque. *Lipsius.*

4. *Non curiæ te, non fori.* Non munera publica senatoris, tribuni pl. te retinent. *Ruhk.*

5. *Ipsius rerum naturæ desiderio.* Ut philosophus hominis et reliquæ naturæ indolem scrutaturus. *Ruhk.*

6. *In quo nihil reliquisti.* Coemisti quidquid ibi lautum, aut rarum.

7. *In media oblectatione*, tua, quæ ejusmodi est, ut vires tuas frangendo, mortem acceleret. *Ruhk.*

8. *Cæsar.* C. Caligula imperator. *R.*

9. *Custodiarum.* Ex ipsis, qui custodiebantur, trahebantur, prætoria-

Digitized by Google

missa usque in pectus vetere barba, rogaret mortem : « Nunc enim, inquit, vivis[1] ? » Hoc istis respondendum est, quibus succursura mors est[2] : « Mori times ? nunc enim vivis ? » — Sed ego, inquit, vivere volo, qui multa honeste facio : invitus relinquo officia vitæ, quibus fideliter et industrie fungor. — Quid ? tu nescis, unum esse
17 ex vitæ officiis, et mori ? Nullum officium relinquis : non enim certus numerus, quem debeas explere, finitur. Nulla vita est non brevis : nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestori et Statiliæ[3] brevis est, quæ inscribi monumento suo jussit, annis se nonaginta novem vixisse. Vides aniculam gloriari senectute longa : quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic vita[4] : non, quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas. Quocumque voles, desine : tantum bonam clausulam impone ! Vale.

nis militibus concatenati. Cf. Ep. v, 6. De Tranq. X, 3, not. Jam mortuus es, respondit Caligula. *Ruhk.*

1. *Nunc enim, inquit, vivis ?* Argutum est, et simile illi similis cujusdam dicto, sive scripto : « Tot annos egit, septem duntaxat vixit : quasi vita in miseriis, nec vita sit. » *Lipsius.*

2. *Succursura mors est.* Liberatura a vitiis, molestiis. *Lipsius.*

3. *Statiliæ.* Quæ ex nobili domo, Claudio principe, nonaginta novem annos vixit. Plin. VII, 48. *Ruhk.*

4. *Quomodo fabula, sic vita.* Frequens apud philosophos comparatio. Epictetus : « Memento actorem te esse fabulæ, qualem dolor esse voluit ; si brevem, brevis ; si longam, longæ. » Varro : « Non eos optime vixisse, qui diutissime, sed qui modestissime vixerint. »

Digitized by Google

EPISTOLA LXXVIII.

NON TIMENDOS ESSE MORBOS.

Amico querenti de distillationibus crebris ac febriculis, se ipsum hoc morbi genere laborasse respondet, et quæ sibi solatio fuerint, exponit. Fuerunt autem studia litterarum, philosophia, quæ animum erigendo, etiam corpori profuerunt. Deinde amicorum affectus sermonesque. Medici ope non exclusa, ad præceptum solitum revolvit: contemne mortem. Jam quum tria in omni morbo gravia sint, metus mortis, dolor corporis, et intermissio voluptatum, et de priore jam satis dictum sit, de reliquis ita exponit, ut magnorum cruciatuum morbi dicat intervalla esse, nec diu sævire dolorem. Quo magis philosophiæ te dederis, eo magis a corporis vexatione et cupiditatibus te abstraxeris, atque adeo a querelis atque opinionibus, quæ morbi vim augere solent. Itaque contra dolorem luctandum est, athletarum more: virtute præmii loco proposita, quod eo præstantius est, quo graviora perpessi simus. Qua quidem in re adjuvaberis cogitationem ad honeste aut fortiter facta tua, aut aliorum avertendo. Quin nec ab officiis abstrahi sines animum, virtuti etiam in lectulo locus est. Nec intermissio voluptatum gravis fiat: inhibet enim eas morbus, non omnino tollit: majores vero et certiores voluptates animi nemo medicus ægro negat, modo non sensuum blandimentis occupato. Uno verbo nec vita tædio, nec mors timori erit, si fines bonorum et malorum cognoverimus.

Cæterum conferas Ciceronis Tuscul. Disputatt. lib. II. qui totus est de tolerando dolore.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Vexari te distillationibus [1] crebris ac febriculis, quæ longas distillationes et in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc

1. *Distillationibus*. Sic recte editt. vett. et mssti: rursusque *distillationes*, et infra *distillarem*. (Confer. Epist. LXXV, et CXX). Vulgo *destill.* edd. inde a Gron. Sic rursus infra, hac Ep. § 18. *Schw.—Distillationibus*. Sunt catarrhi, s. inflammationes cutium interiorum, quæ cavitates narium, oris, arteriæ et pulmonum amiciunt, non sine tussi: quæ male

Digitized by Google

genus valetudinis ; quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adolescentia injurias ferre, et se adversus morbos contumaciter gerere; deinde succubui, et eo perductus sum, ut ipse distillarem[1], ad summam maciem deductus. Sæpe impetum cepi abrumpendæ vitæ; patris me indulgentissimi[2] senectus retinuit. Cogitavi enim, non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperavi mihi ut viverem : aliquando enim et vivere, fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerint solatio, dicam, si prius hoc dixero, hæc ipsa, quibus acquiescebam, medicinæ vim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia : et, quidquid animum erexit, etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt : Philosophiæ acceptum fero, quod surrexi, quod convalui ; illi vitam debeo, et nihil illi[3] minus debeo. Multum mihi contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigiliis, sermonibus allevabar. Nihil æque, Lucili, virorum optime, ægrum reficit atque adjuvat, quam amicorum affectus ; nihil æque exspectationem mortis ac metum subripit. Non judicabam me, quum illos superstites relinquerem, mori; putabam,

curatæ, aut neglectæ facile in pulmonum tumores, aut tabem transire possunt. Cf. § 18. Hoc morbo sub Caligula laborasse Senecam narrat Dio Cass. 59, 19; quum enim ille imperator ei infensus esset ob eloquentiam, mortemque destinaret, Caligulæ meretriculæ ope servatus est, quæ affirmaret, tabe hominem laborare, nec diu vivere posse. *Ruhk.*

1. *Ut ipsę distillarem.* Liquescerem et consumerer.

2. *Patris me indulgentissimi.* Pater ejus Marcus Annæus Seneca, notus declamationibus aliorum ab eo congestis, quæ adhuc leguntur, Corduba Romam cum uxore Helvia, ad quam filii Consolatio exstat, et liberis commigravit, ibique usque ad Caligulæ tempora vixisse creditur. Significat autem, notante recte Lipsio, patrem suum philosophiæ alienum, (quod alibi testatur) parum fortem ad tales casus fuisse. Cf. J. A. Fabricii Bibl. Lat. To. II, p. 87 sq. ed. Ernest. *Ruhk.*

3. *Et nihil illi.* Abest *et* ms. Arg. *b.* nec male. *Schw.* — *Et nihil illi minus debeo.* Quasi dicat, hoc inter minima ejus esse beneficia. Corpus

Digitized by Google

inquam, me victurum, non cum illis, sed per illos; non effundere spiritum mihi videbar, sed tradere. Hæc mihi 4
dederunt voluntatem adjuvandi me, et patiendi omne tormentum : alioqui miserrimum est[1], quum animum moriendi projeceris, non habere vivendi.

Ad hæc ergo remedia te confer! Medicus tibi[2], quantum ambules, quantum exercearis, monstrabit; ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo; ut legas clarius, et spiritum, cujus iter[3] ac receptaculum laborat, exerceas; ut naviges, et viscera molli jactatione concu- 5
tias; quibus cibis utaris; vinum quando virium causa advoces, quando intermittas, ne irritet et asperet tussim. Ego tibi illud præcipio, quod non tantum hujus morbi, sed totius vitæ remedium est : contemne mortem! Nihil triste est, quum hujus metum effugimus.

Tria hæc in omni morbo gravia sunt : metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte satis 6
dictum est : hoc unum dicam, non morbi hunc[4] esse, sed naturæ metum. Multorum mortem distulit morbus; et saluti illis fuit, videri perire[5]. Morieris, non quia ægro-

enim spectat, reliqua animum. *Lips.*

1. *Alioqui miserrimum est.* Miserum est, cum nolis mori, non omnia facere, ut vivas. *Lipsius.*

2. *Medicus tibi*, etc. Hæc opponuntur vocibus illis quæ infra leguntur : *Ego tibi illud præcipio*, etc. medicus tibi præcipiet quidquid allevando corpori utile est; ego nihil aliud remedium tibi præcipio, nisi ut mortem contemnas.

3. *Cujus iter... laborat.* Cujus spiritus iter, quo ipse ducitur ad receptaculum suum, id est, pulmonem, laborat.

4. *Non morbi hunc esse, sed naturæ metum.* Non ea mens Senecæ est, quam Gallicus Interpres his verbis expressit : *La crainte de la mort n'est pas un effet particulier de la maladie, c'est celui d'une loi de la Nature.* Sed hoc dicit Philosophus : « Si mors timenda esset, non tam morbus nobis incutere illum metum deberet (sæpe enim morbus distulit mortem), quam ipsa hominis atque rerum natura; quoniam, per ipsam rerum naturam, ea lege natus est vivitque homo, ut aliquando moriatur. » *Schw.*

5. *Multorum mortem... perire.* Fortasse de se ipso cogitavit, quum

Digitized by Google

tas, sed quia vivis. Ista te res et sanatum manet : quum convalueris, non mortem, sed valetudinem effugies. Ad illud nunc proprium incommodum revertamur. Magnos cruciatus habet morbus. Sed hos tolerabiles intervalla faciunt ; nam summi doloris intentio invenit [1] finem. Nemo potest valde dolere et diu : sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret. Maximi dolores in macerrimis consistunt corporis partibus : nervi, articulique, et quidquid aliud exile est, acerrime sævit, quum in arcto vitia concepit. Sed cito hæ partes obstupescunt [2], et ipso dolore sensum doloris amittunt ; sive quia spiritus [3], naturali prohibitus cursu [4] et mutatus in pejus, vim suam, qua viget admonetque nos, perdit ; sive quia corruptus humor, quum desiit habere quo confluat, ipse se elidit ; et his, quæ nimis implevit, excutit sensum. Sic podagra et chiragra, et omnis vertebrarum dolor nervorumque, interquiescit, quum illa, quæ torquebat, hebetavit : omnium istorum prima verminatio [5] vexat, impetus mora [6] exstinguitur ; et finis dolendi est, obtorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter

7 8 9

meretriculæ consilio illo, quod legitur ap. Dion. Cass. l. l. servaretur. *Ruhk.*

1. *Nam summi doloris intentio invenit finem.* Cf. M. Antonin. VII, 33, ibique Gatack. p. 273 qui multa veterum loca huc facientia adduxit, non immemor hujus aliorumque locorum Senecæ. Thomas Morus, ille celeber Anglus, hæc sic expressit : « Dejiciat miseram tibi nulla molestia mentem : Si longa est, levis est ; si gravis est, brevis est. » Cæterum animadvertas, Senecam propemodum cum iis congruere, quæ nostræ ætatis medici de his rebus disputant. *Ruhk.*

2. *Obstupescunt.* Gallice : *S'engourdissent*, ut vertit *Lagrange*.

3. *Spiritus.* Est vis vitalis. *Ruhk.*

4. *Naturali prohibitus cursu.* Int. non potest sequi cursum naturalem, quia jam non potest pervenire usque in hos articulos vi mali quasi exstinctos. *Ruhk.*

5. *Prima verminatio vexat*, morsicatio prima et velut pruritus doloris, quasi a vermibus intus rodentibus. Confer. de Vita Beata c. 17, 4 not. *Ruhk.*

6. *Mora.* Intellige : tempore, diuturnitate.

Digitized by Google

angusta corporis nascitur; non minus, mehercules, quam capitis ipsius : sed si incitatior[1] est, in alienationem soporemque convertitur. Hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est, quod imperitos in vexatione corporis male habet : non assueverunt animo esse [2] intenti; multum illis cum corpore fuit[3]. Ideo vir magnus ac pru- 10
dens animum deducit a corpore[4], et multum cum meliore et divina parte versatur; cum hac querula ac fragili, quantum necesse est.—Sed molestum est, inquit[5], carere assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire!— Hæc prima abstinentia gravia sunt; deinde cupiditas relanguescit, ipsis, per quæ cupimus[6], fatigatis ac deficientibus. Inde morosus est stomachus; inde, quorum fuit aviditas, odium est; desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum, carere eo, quod cupere desieris. Adjice, quod nullus non intermittitur dolor, aut certe remit- 11
titur. Adjice, quod licet et cavere venturum[7], et obsistere imminenti remediis; nullus enim non signa præmittit, utique qui ex solito revertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod extremum minatur.

1. *Sed si incitatior est, in alienationem soporemque convertitur.* Sic edd. vett. cum msstis. Vulgo, *Sed quo incitatior est, eo citius in alien. stuporemque convertitur. Schw.* — Sic, inquit Ruhk. Codices Pinciani, Erasmi et unus Gruteri, cujus reliqui cum editione vetere omittunt quædam verba, quibus ægre caremus, aut aberrationes librariorum præstant satis vulgares.

2. *Intenti.* Recte ms. *b.* et vet. codex Jureti. Vulgo *contenti. Schw.*

3. *Multum illis cum corpore fuit.* Ideo quum corpus illorum dolore afficitur, omnino deprimuntur, quia nonillis restat animus qui se erectum teneat, afflicto corpore.

4. *Deducit a corpore.* Damnavit Pinc. tuitus *diducit*, sed quum ratio loquendi, tum Codd. vulgatam defendunt. *Ruhk.*

5. *Inquit.* Scripsi cum ed. *A.* et mss. *b. c.* Vulgo *inquis*, ex ed. *R. Schw.*

6. *Ipsis per quæ cupimus.* Sic optime edd. ex Mureti ing. quum *ipsis per se quæ cupimus* darent libri vett. *Schw.*

7. *Cavere venturum.* Dolorem;

Digitized by Google

Noli mala tua facere tibi ipsi graviora, et te querelis onerare. Levis est dolor, si nihil illi opinio adjecerit :
12 contra, si exhortari te cœperis, ac dicere, *nihil est;* aut certe, *exiguum est; duremus!* jam desinet : levem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt : non ambitio tantum ad illam respicit, et luxuria, et avaritia; ad opinionem dolemus[1]. Tam miser est quisque, quam credidit. Detrahendas præteritorum dolorum conquestiones puto, et illa verba : « Nulli unquam fuit pejus. Quos cruciatus, quanta mala pertuli! nemo me surrecturum
13 putavit. Quoties deploratus sum a meis, quoties a medicis relictus! In equuleum impositi non sic distrahuntur. » Etiamsi sunt vera ista, transierunt. Quid [2]juvat præteritos dolores retractare, et miserum esse, quia fueris? Quid, quod nemo non multum malis suis adjicit, et sibi ipse mentitur? Deinde, quod acerbum fuit, retulisse jucundum est : naturale est, mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, et futuri timor, et veteris incommodi memoria : hoc ad me jam non pertinet, illud
14 nondum. In ipsis positus difficultatibus dicat :

..... Forsan et hæc olim meminisse juvabit[3]!

Toto contra illum pugnet animo : vincetur, si cesserit; vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc

quum suspicaris eum adventurum, licet ei remediis occurrere, imminentemque repellere.

1. *Ad opinionem dolemus.* Quam multos videris, qui levissimo malo affecti jam impendere mortem putant, gravissimosque dolores ex opinione sua patiuntur!

2. *Quid juvat præteritos... fueris?* Haud dubie quisque Nostro assentietur caventi, ne quis memoria veterum malorum, quæ perpessus sit, se miserum faciat. Enim vero et bono suo constat hæc ipsa memoria, si quis fortitudinem reminiscatur, qua illis malis audentior obviam iverit, ideoque et eamdem fortitudinem nunc contra hæc ipsa bene adhibiturum se confidat. *Ruhk.*

3. *Forsan... juvabit!* Versus Virg. Æn. I, 203 a Nostro bene hic advocatur. *Ruhk.*

Digitized by Google

plerique faciunt, attrahunt in se ruinam[1], cui obstandum est. Istud, quod premit, quod impendet, quod urget, si subducere te cœperis, sequetur, et gravius incumbet; si contra steteris, et obniti volueris, repelletur. Athletæ[2] quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum, gloriæ cupiditate; nec tantum, quia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent[3]: exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque evincamus omnia, quorum præmium[4] non corona, nec palma est, nec tubicen[5] prædicationi nominis nostri silentium faciens; sed virtus, et firmitas animi, et pax in cæterum parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est. 15

Dolorem gravem sentio! — Quid ergo[6]? non sentis, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus[7]; sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et averso. — Sed grave est! — Quid? nos ad hoc fortes sumus, ut levia portemus? Utrum vis longum esse morbum, an coarctatum[8] et brevem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum; multum temporis donat: necesse est, ut exsurgat et de- 16

1. *Attrahunt in se ruinam.* Nimio enim timore adeo ægri animus torquetur, ut vis ipsius mali augeatur; quum febris fiat ardentior.

2. *Athletæ.* Cf. Ep. VII. Similia habet Cic. Tusc. Disp. II, 17. *R.*

3. *Sed ut pugnent.* Ut pugnæ idonei sint, exercitio præparantur. In ipso autem exercitio hæc mala. *L.*

4. *Quorum præmium... nec palma est.* Uti hieronicis, s. victoribus in ludis quatuor nobilibus Græcorum concedebantur. Pollux III, 30: quo etiam respexit Virg. Æn. V, 110, 111. *Ruhk.*

5. *Tubicen.* Qui præcinebat, ut vox deinde præconis succederet et victorem renunciaret. Cf. P. Faber, Agonist. II, 13. *Ruhk.*

6. *Quid ergo? non sentis.* Sic recte edd. vett. cum msstis; et sic rursus ed. Gron. Alii vulgo ab Erasmo, *Quidni sentias?* quod revocavit Ruhk. *Schw.*

7. *Fugientib.* Similiter Horatius, Od. III, 2. « Mors et fugacem persequitur virum, Nec parcit imbellis juventæ Poplitibus timidoque tergo. »

8. *Coarctatum.* Sic *A. c.* Pal. 3. 4. et Col. et parum abit ed. Ven. et ms.

Digitized by Google

17 sinat[1]. Brevis morbus ac præceps alterutrum faciet, aut exstinguetur, aut exstinguet. Quid autem interest, non sit, an non sim? in utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit, ad alias cogitationes avertere animum, et a dolore discedere. Cogita, quid honeste, quid fortiter feceris; bonas partes tecum ipse tracta[2]: memoriam in ea, quæ maxime miratus es, sparge. Tunc tibi fortissimus quisque, et victor doloris, occurrat: ille, qui, dum varices exsecandas præberet, legere librum perseveravit;
18 ille[3], qui non desiit ridere, quum, hoc ipsum irati[4], tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione, qui victus est risu? Quidquid vis nunc licet dicas, distillationes, et vim continuæ tussis egerentem viscerum partes, et febrem præcordia ipsa torrentem, et sitim, et artus in diversum articulis exeuntibus tortos: plus est flamma[5], et equuleus, et lamina, et vulneribus ipsis intumescentibus, quod illa[6] renovaret
19 et altius urgeret, [ferrum[7]] impressum. Inter hæc tamen aliquis non gemuit: parum est; non rogavit: parum est;

Par. *a.* Vitiose *cogitatum* ed. *R.* et mss. Arg. *b.* Par. *b.* Pal. 1 et 2. *Concitatum* ed. Er. et seqq. cum Par. *d. Schw.*

1. *Necesse est ut exsurgat et desinat. Necesse et ut exsurgat,* etc. ms. Arg. *b.* Matthiæ (in Programm. pag. 19.) corrigendum censuit, *necesse est et exsurgat, ut desinat. S.*

2. *Bonas partes tecum ipse tracta.* Vertit *Lagrange: Considérez-vous par votre beau côté.* Forsan sensus est: Dum dolor circum te omnia funestare videtur, tu contra coneris, ut omnia hilari aspectu tecum, i. e. intra te consideres, ut, quidquid faustam tibi videri possit, arripias, eoque pascas animum: quod patet e sqq. *memoriam in ea, quæ maxime miratus es, sparge.*

3. *Ille...experirentur.* Similia habet Cic. Tusc. II, 22, 25. Seneca Epist. LXXVI, 15. *Ruhk.*

4. *Irati, tortores.* Modii conjectura *mirati* nemini, opinor, placebit. *R.*

5. *Plus est flamma, et equuleus, et lamina.* Tormenta ad confessionem veritatis a reis exprimendam usurpata. Res nota est, vel ex quovis Antiquit. Compendio, e. c. *Adams, Antiquit. Rom.* I. p. 471. *Ruhk.*

6. *Renovaret.* Quid intelligit? ferrum plagis immissum. *Lipsius.*

7. *Ferrum*, quo non facile carere posse videbatur oratio, nostra de conjectura adjecimus. *Schw.*

Digitized by Google

non respondit : parum est ; risit, et quidem ex animo. Vis tu post hæc dolorem deridere [1] ?

Sed nihil, inquit [2], agere vinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis. —Corpus tuum valetudo tenet, non et animum. Itaque cursoris moratur pedes, sutoris ac fabri manus impediet. Si animus tibi esse in usu solet, suadebis, docebis, audies, disces, quæres, recordaberis. Quid porro ? nihil agere te credis, si temperans æger sis ? 20
Ostendes, morbum posse superari, vel certe sustineri. Est, mihi crede [3], virtuti etiam in lectulo locus. Non tantum arma et acies dant argumenta alacris animi indomitique terroribus : et in vestimentis [4] vir fortis apparet. Habes quod agas : bene luctare cum morbo : si nihil te coegerit, si nihil exoraverit [5], insigne prodis exemplum. —O quam magna erat gloriæ materia, si spectaremur ægri ! — Ipse te specta ; ipse te lauda !

Præterea duo sunt genera voluptatum : corporales mor- 21
bus inhibet, non tamen tollit ; imo, si verum æstimes, incitat. Magis juvat bibere sitientem ; gratior est esurienti cibus ; quidquid ex abstinentia contigit, avidius excipitur. Illas vero animi voluptates [6], quæ majores certioresque sunt, nemo medicus ægro negat ; has quisquis sequitur et bene intelligit, omnia sensuum blandimenta

1. *Vis tu post hæc dolorem deridere?* Hic Lipsius negationem desiderat et scribendum putat : *dolorem non deridere.*

2. *Inquit.* Sc. aliquis. Cf. de Ira I, 3, 1. not. Est Græcis familiare, φησι, cf. Upton. ad Arrian. Diss. I, 4, 9 ed. Schweighæus. *R.*

3. *Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus.* Uti Posidonio ap. Cic. Tusc. Disp. II, 25 qui in *vestimentis* dormitoriis, in lectulo (Ep. LXVI, 1) docebat coram Pompeio magno. *Ruhk.*

4. *Vestimentis.* Vid. not. super.

5. *Si nihil... exoraverit.* Inflexerit. Usum loquendi firmavit Gronovius ad h. l. exemplis ex Nostro petitis I de Ira 8, 6 : « Quum...metus aut cupiditas aliquid impetravit. » Ep. XCIV, 45 : « Præcepta non cogunt, sed exorant », i. e. persuadent. Plura vide in Thesauro Rob. Stephano-Gesner. *R.*

6. *Animi voluptates.* Temere omis-

Digitized by Google

22 contemnit. O infelicem ægrum[1]! Quare? quia non vino nivem diluit[2]; quia non rigorem potionis suæ, quam capaci scypho miscuit, renovat fracta insuper[3] glacie; quia non ostrea illi Lucrina[4] in ipsa mensa aperiuntur; quia non circa cœnationem ejus tumultus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos[5] transferentium. Hoc enim jam luxuria commenta est[6]: ne quis intepescat cibus, ne quid palato jam calloso[7] parum ferveat, cœnam culina
23 prosequitur. O infelicem ægrum! Edet quantum concoquat; non jacebit in conspectu aper[8], ut vilis caro, a mensa relegatus; nec in repositorio ejus pectora[9] avium (totas enim videre fastidium est) congesta ponentur! Quid tibi mali factum est? cœnabis tanquam æger, imo aliquando tanquam sanus.

sum prius vocab. in ed. Bipont. Ruhk. et Matth. *Schw.*

1. *O infelicem ægrum!* Ironice, nam deinde confutat.

2. *Quia non vino nivem diluit.* Dicas magis vinum dilui nive. Sed sic iterum loquitur II de Ira, cap. XXV, neque nivatas potiones solum, sed *nivem* ipsam *rosisse*, Noster scribit Epist. XCV, 16. *Lips.*

3. *Fracta insuper glacie.* Noster Nat. Quæst. IV, cap. ult. Inde est, ait, quod nec nive quidem contenti sunt, sed glaciem, velut certior illi ex solido rigor sit, exquirunt. *Ruhk.*

4. *Lucrina.* Ex lacu Lucrino, qui anno Christi 1538 terræ motu fere destructus est. Ostrea s. conchylia lucrina valde æstimabantur, inde a L. Crassi diserti oratoris, quem Cicero laudat, ætate. Macrob. Saturn. II, 11; Horat. Serm. II, 4, 32; Epod. 11, 49. *Ruhk.*

5. *Ipsos cum obsoniis focos.* Epist. XCV, 26: « Quid illa purulenta et quæ tantum non ab ipso igne in os transferuntur, judicas sine noxa in ipsis visceribus exstingui? » Et Quæst. nat. l. IV, cap. ult. « Ardentes boletos, et raptim condimento suo mersatos, demittunt pæne fumantes. » — Cf. si tanti videatur, Schwarsii Diss. select. p. 339 sq. *Ruhk.*

6. *Hoc enim jam luxuria commenta est.* Non quin foculos sive ἰσχάρας, qui cum prunis transferrentur jam antea habuerint Græci Romanique; sed non ad boletos, et talem ipsum luxuriæ usum. *Lips.*

7. *Jam calloso.* Quarto Quæst.: « Emortuæ fauces, et occallatæ cibis ardentibus. »

8. *Aper.* De luxu in apris, quos totos apponebant, et denique satis habebant ostendere, scripsit affatim IV Poliorcet. Dialogismo I, Lipsius. *Ruhk.*

9. *Pectora avium.* Epist. XLVII de carptore: «Alius pretiosas aves scindit: pectus et clunes in frusta excutit.»

Digitized by Google

Sed omnia ista facile perferemus, sorbitionem[1], aquam calidam, et quidquid aliud intolerabile videtur delicatis et luxu fluentibus, magisque animo quam corpore morbidis : tantum mortem desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cognoverimus ; ita demum nec vita tædio erit, nec mors timori. Vitam enim occupare satietas sui[2] non potest, tot res varias, magnas, divinas percensentem : in odium illam sui adducere solet iners otium. Rerum naturam peragranti nunquam in fastidium veritas veniet ; falsa satiabunt. Rursus, si mors accedit et vocat, licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatem, perceptus longissime fructus est : cognita est illi ex magna parte natura ; scit tempore honesta non crescere. His necesse est videri omnem vitam brevem, qui illam voluptatibus vanis, et ideo infinitis, metiuntur. 24

His te cogitationibus recrea, et interim epistolis nostris vacando. Veniet aliquod tempus, quod nos iterum jungat ac misceat : quantulumlibet[3] sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam, ut Posidonius[4] ait, « unus dies hominum eruditorum[5] plus patet, quam imperitis lon- 25

1. *Sorbitionem, aquam calidam.* Potiones ægrotis dari solitas : quominus de calda cogites, impedit mentio delicatorum et luxu fluentium, quorum hæc propria erat. *Ruhk.*

2. *Satietas sui.* Ruhk. interpret. obscurius : studium semet ipsum cognoscendi repletum. Sensus tamen per se patet : satietas sui, i. e. tædium, non occupabit illius vitam qui tam multis rebus studebit.

3. *Quantulumlibet.* Ed. *A.* cum plerisque msstis. Vulgo *quantum libet ;* nec id male, eadem sententia. *S.*

4. *Posidonius.* Conf. Fabricii Bibl. Græc. Vol. III. pag. 572 sq. *Ruhk.*

5. *Eruditorum.* I. sapientum, stoico sermone. Simile est illud egregium dictum Ciceron. Tusc. Dispp. V, 2 : Est autem unus dies, bene et ex præceptis tuis (Philosophia) actus, peccanti immortalitati anteponendus. *R.* — Similia in Philone Judæo, libro : Quis divinor. oper. heres : pollicetur autem talem agenti pacem, bonam senectutem ; id est, non longævitatem, sed vitam cum prudentia conjunctam. Nam vel dici felicitas multitudine annorum melior, quanto brevis aliqua lux tenebris æternis.

Digitized by Google

gissima ætas. » Interim hoc tene, hoc morde[1] : adversis non succumbere, lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam, quidquid potest facere, factura sit. Quidquid exspectatum est diu, levius accedit. Vale.

Unam enim diem, dixit salubriter vir propheta, malle se vivere cum virtute, quam multa millia annorum in umbra mortis ; umbram mortis malam indicans vitam. (E græco a Lipsio versum.)

1. *Hoc tene, hoc morde.* Omnium hæc est lectio Codd. et edd. ante Muretum, qui in textum invexit : *Interim tene hoc mordicus.* Conferas, si tanti videatur, Gruteri Opinionum IV, 6. *Ruhk.*

EPISTOLA LXXIX.

DE CHARYBDI, SCYLLA ET ÆTNA. — SAPIENTES INTER SE PARES ESSE.

Rogat amicum, tum ut sibi de Scylla, Charybdi et Ætna certiora nuntiet, tum ut in descriptione Ætnæ, quam ut episodium majoris poematis parare velit, ne nimis modestus sit, nec priores credat, qui in eo describendo clari fuerint, a se vinci non posse, etsi in sapientia nec vincere, nec vinci licet : quippe cui nullus crescendi locus datur, quum ad summa pervenerit, ut rebus naturæ, simul atque justam magnitudinem impleverint. Ad hanc et nos enitamur, bono ejus uno ducti, non gloria, quæ ultro virtutem sequitur nulla simulatione fucatam.

Scriptam hanc epistolam, quum in Natural. Quæstionibus componendis laboraret Seneca, verisimile est. Nam et ipsas senex conscripsit, et memorabilium Ætnæ non uno loco mentionem fecit.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Exspecto epistolas tuas, quibus indices mihi, circumitus Siciliæ[1] totius quid tibi novi ostenderit, et omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam[2] saxum esse,

1. *Siciliæ.* Cujus erat procurator, et ideo circumire fora et conventus debebat Lucilius, juris dicendi causa. Cf. Cic. in Verrem de Suppliciis. *R.*

2. *Nam Scyllam... scio.* A recentioribus, qui illas regiones adierunt, eadem nuntiata sunt, v. c. a Bartels I p. 392. *Ruhk.*

Digitized by Google

et quidem non terribile[1] navigantibus, optime scio; Charybdis an respondeat fabulis[2], perscribi mihi desidero. Et, si forte observaveris (dignum est autem, quod observes[3]), fac nos certiores, utrum uno[4] tantum vento agatur in vortices, an omnis tempestas æque mare[5] illud contorqueat; et an verum sit[6], quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi conditum, et circa Tauromenitanum littus emergere. Si hæc mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare, ut in honorem meum Ætnam quoque ascendas; quam consumi, et sen-

1. *Non terribile.* Sunt codices, qui negationem omittant, sed nullo jure. *Ruhk.* — Cf. not. sq.

2. *Fabulis.* Cf. Hom. Odyss. XII, 101 seqq. Scyllam rupem esse Italiæ adhærentem, e regione urbis Scyllæi, Charybdim autem Siciliæ propriam, e regione Scyllæ sitam rupium collectionem, notum est. — Nostras *baron de Riedezel*, qui Siciliam et magnam Græciam perlustravit, nobis claram et certam de Charybdi notitiam præbuit, ut facile Senecæ quæstionibus respondeatur. Hæc enim in una illius epistola legimus: *En allant de Messine à Reggio en Calabre, j'eus encore occasion d'observer de très-près Charybde, et de me convaincre de nouveau qu'elle n'est ni profonde ni dangereuse, et que ce tourbillon n'est point occasionné par un gouffre, mais uniquement par deux courans opposés, qui s'efforcent de pénétrer, l'un du côté du nord, et l'autre du côté du sud, dans le détroit. Comme ces deux courans ne se portent pas dans le canal avec la même force ni dans le même tems, ils occasionnent une espèce de flux et de reflux qui se succède de six en six heures, et sur lequel les mariniers se dirigent en faisant canal, de manière que la traversée peut se faire commodément et fort vite, sans rames ni voiles; et s'il arrive quelquefois à un gros vaisseau de se perdre, c'est ordinairement par l'ignorance des mariniers qui prennent mal leur tems pour s'engager dans le détroit; le courant les jette alors contre le rivage où ils sont forcés d'échouer.* Voyage en Sicile et dans la grande Grèce; Lausanne, 1773, Let. I et II, pag. 161 et 167. (E notis *Lagrange.*)

3. *Quod observes.* Sic *R. A. b. c.* Opsop. Grut. Edd. ab Erasm. *ut observes. Schw.*

4. *Uno... vento.* Nempe Austro. *L.*

5. *Æque mare.* Nonnulli habent *atque mare*, quum optimi mss. idque sensu postulante præbeant *æque mare* apud Pinc. et Gruterum. *Ruhk.*

6. *Et an verum sit... emergere.* Strabo VI p. 258 Lips. veritatem rei testatur, qui addit, eam ob causam littus Tauromenitanum (nunc *Taormina* vocant urbem) appellatum esse Copriam (i. e. excrementis plenam). At nunc nihil ejusmodi a navigantibus observatur, nisi interdum ingens maris murmur sub rupe, unde fabella ortum duxit, aquam a Cha-

Digitized by Google

sim subsidere, ex hoc colligunt quidam [1], quod [2]aliquando longius navigantibus [3] solebat ostendi. Potest hoc accidere, non quia montis altitudo descendit [4], sed quia ignis evanuit et minus vehemens ac largus effertur [5]; ob eam-
3 dem causam fumo quoque per diem segnior [6]. Neutrum autem incredibile est, nec montem, qui devoretur quotidie, minui, nec ignem non manere eumdem: qui non ipse [7] ex se est, sed in aliqua inferna valle conceptus exæstuat, et aliis [8] pascitur; in ipso monte non alimentum habet, sed viam. In Lycia [9] regio notissima est, *Hephæstion* incolæ vocant, foratum [10] pluribus locis so-

rybdi absorptam evomi hoc loco. *R.*

1. *Colligunt quidam.* Posteriorem vocem ex vett. libr. adjeci. *Schw.*

2. *Aliquando.* Quum codices addicant, reposui. Antea *aliquanto. R.*

3. *Longius navigantibus s. o.* Apposite laudat Lipsius Ælian. V. H. VIII, 11 idem, nescio unde, referentem. *Ruhk.*

4. *Descendit.* Libri vett. *desedit* vulgo, a Mur. *Schw.*

5. *Effertur.* Bene habet: alii *effervit*, quam lectionem, et ipsam non spernendam, Modius commendabat. *Ruhk.*

6. *Fumo quoque per diem segnior.* Omnium codd. et antiq. edd. lectio est, quam tamen Pincianus conjectura ductus immutavit *segniore* præstans. Sed est sensus: ignis segnior est ad fumum reddendum. *Ruhk.*

7. *Qui non ipse. Quia n. i. R. A. b. c.* Grut. *Schw.*

8. *Aliis.* Sic dedi commendantibus Erasmo et IV Grut. Antea legebatur *alibi. Ruhk.*

9. *In Lycia... refulgentibus.* Confirmat rem Plinius Nat. Hist. V, 27. Cf. Mamertus. Idem observatur de pluribus aliis regionibus, quarum memoratu dignissima est, quæ ad mare Caspium circa Bacu sita est, cui petrolæi, quod *naphtha* vocare solemus, tantam copiam inditam esse narrant *Güldenstædtius*, *Reineggs* (*Ehlich*) aliique, ut et apertura facta erumpat innoxium, quin etiam cibis coquendis adhibeatur, et egregiam hujus regionis fertilitatem efficiat. *Reineggs* (*Allgem. historisch-topograph. Beschreibung des Caucasus* To. I. p. 152—156) multus est in describendo igne cœruleo, quem mari per istam regionem suaviter et lente undanti assimilabat, quum noctu e montibus illum prospiciebat. Fortasse hæc regionis Colchicæ natura ansam dedit auctoribus rerum argonauticarum, ut campos et tauros ardentes Colchidis suis poematibus describerent, e. c. Apollon. Rh. III, 1290 sq. Ovid. Met. VII, 104 sq. Idem circa Dodonam observabatur, Lucret. VI, 879 sq. Spectant huc stagna Palicorum (*Naftia* nunc vocata) in Sicilia, Virg. Æn. IX, 585 etc. *Ruhk.*

10. *Foratum.* Ed. *A.* et *Er.* cum mss. *b. c.* Par *b. d.* Pal. 1. 2. Vulgo *perforatum. Schw.*

Digitized by Google

lum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circumit. Læta itaque regio est, et herbida, nil flammis 4
adurentibus, sed tantum vi remissa ac languida refulgentibus.

Sed reservemus ista, tunc quæsituri, quum tu mihi scripseris, quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne æstas quidem solvit; adeo tutæ sunt ab igne vicino. Non est autem [1] quod istam curam imputes mihi: morbo enim tuo daturus eras, etiamsi nemo [2] quidem mandaret tibi, donec Ætnam [3] describas in tuo carmine: nec pudor obstet [4] ne hunc solemnem omnibus poetis locum attingas; quem quominus [5] Ovidius tractaret, nihil obstitit 5
quod jam Virgilius impleverat: ne Severum quidem Cornelium [6] uterque deterruit. Omnibus præterea feliciter hic locus se dedit; et, qui præcesserant, non præripuisse

1. *Non est autem... attingas.* Sensus hujus loci corrupti est: Ne mihi adscribas hanc tuam curam (Ætnam scilicet invisendi), sed morbo quo nunc teneris, i. e. tuæ tantæ cupidini s. enthusiasmo, quo, vel nemine tibi mandante, ducereris ad Ætnam describendam in Carmine quod paras. Cf. Præfat. huic Volum. præmissam. *Ruhk.*

2. *Etiamsi nemo quidem mandaret tibi, donec.* Locum omnino corruptum esse recte judicat Gron. Palat. secundus præbet: *nemo mandaret tibi quid donec.* Col. *nemo dabit quid manducare tibi quid donec. Ruhk.* — *Quidem.* Deest vulgo vox *quidem*, quam vel expressam agnoscunt veteres libri, vel latentem in corrupta scriptura. *Schw.*

3. *Donec Ætnam describas.* Est qui *ut Ætn. descr.* corrigendum censeat vir doctus, præter rationem: nam ista et observari a Lucilio et sibi interim privatim perscribi vult Seneca, donec in suo carmine descriptionem Ætnæ in publicum edat. *S.*

4. *Carmine: nec pudor obstet ne hunc*, etc. Vulgo: *carmine, et hunc solemnem*, etc. Schw. scribi jubet *ne hunc*, et deleri *et;* quippe quod ex Erasmi conj. vulgo ponebatur, quum *ne hunc* darent vett. libri. Tria autem verba ad sensum necessaria, *nec pudor obstet*, cum deessent vulgo, adjecta ex vestigiis veteris scripturæ, quæ in ed. Ven. et in ms. Pal. 2. et 3. supersunt.

5. *Quem quomin... deterruit*, etc. Quum tam multi hanc materiem tractaverint, parum caute egerunt, qui hoc loco incerto usi sunt ad certum auctorem incerto s. ἀδεσπότῳ carmini *Ætna* inscripto vindicandum.—Virgil. egit de Ætna monte Æn. III, 571 sq. Ovid. Met. XV, 340 sq. *R.*

6. *Severum... Cornelium.* Cornelius Severus augustei ævi poeta, cujus laus exstat ap. Quintil. Instit. Or. X,

Digitized by Google

mihi videntur quæ dici poterant, sed aperuisse. Sed multum interest, utrum ad consumptam materiam, an ad subactam [1] accedas : crescit in dies, et inventuris inventa
6 non obstant. Præterea, conditio optima est ultimi : parata verba invenit, quæ aliter instructa novam faciem habent; nec illis manus injicit, tanquam alienis, sunt enim publica : jurisconsulti negant, quidquam publicum usucapi [2]. Aut ego te non novi, aut Ætna tibi salivam movet [3]. Jam cupis grande aliquid, et par prioribus, scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non permittit; quæ tanta in te est, ut videaris mihi retracturus ingenii tui vires, si vincendi periculum sit [4] : tanta tibi priorum reverentia est.

7 Inter cætera, hoc habet boni Sapientia : nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur; quum ad sum-

I, 89 Gesner. Parum constat, bellum siculum, quod quominus perficeret, mors immatura præpediit, utrum ad bellum punicum spectet, an ad bellum siculum Augusti cum Sexto Pompeio gestum referas. Hoc prætulit recte, opinor, beat. Wernsdorf. Poet. min. lat. IV, I, p. 8. 26. *Ruhk.*

1. *Subactam.* His materiam *subactam*, in qua elaborarunt poetæ, non *consumptam*, quæ nullam ejus exornandæ copiam præstet, ut pote jam perfectæ et consummatæ, præbuit hic locus : quando quidem ornatu verborum etc. *impleverunt*, i. e. affatim expoliverunt locum hunc, non physica doctrina et subtilitate. Omnis itaque miratio, quod, Seneca judice, Virgilius locum impleverit, tollitur, hac interpretatione recepta. *Ruhk.*

2. *Usucapi.* Secundum jurisconsultos romanos usucapio erat via acquirendæ proprietatis per possessionem rei non interruptam, et quæ certum temporis spatium durare debebat. Usucapionis jure acquirebantur res tum mobiles, tum immobiles, nisi a legibus exceptæ fuissent, ut personæ liberæ, loca publica, bona publica, res fisci, principisque dominium. Vide Digest. lib. 41. tit. 3. leg. 9.

3. *Salivam movet.* Quod fit in subito appetitu cibi aut obsonii; lingua et os humescunt, et sumere allubescunt. Vertit *Lagrange : L'Etna vous fait déjà, comme on dit, venir l'eau à la bouche.* Quæ locutio gallica omnino respondet latinæ; nisi forte paulo nimis est plebeia.

4. *Si vincendi periculum sit.* I. si experiendum sit, an vincere possis. *Ruhk.* — Nobis autem non verus ille sensus videtur : sed potior quem *Lagrange* protulit : *Au moindre péril d'éclipser vos devanciers;* id est, si, tentatis viribus tuis, sentias te vincere posse : quod *periculum* tibi esse videtur, quia quasi loco impietatis habes

Digitized by Google

mum perveneris [1], paria sunt; non est incremento locus; statur. Numquid sol magnitudini suæ adjicit? numquid ultra, quam solet, luna procedit? maria non crescunt; mundus eumdem habitum ac modum servat. Extollere se, quæ justam magnitudinem implevere, non possunt. Quicumque fuerint sapientes, pares erunt et æquales; 8 habebit unusquisque ex his proprias dotes; alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior: illud, de quo agitur [2], quod beatum facit, æquale erit in omnibus. An Ætna tua possit sublabi et in se ruere; an hoc excelsum cacumen, et conspicuum per vasti maris spatia, detrahat [3] assidua vis ignium, nescio: Virtutem non flamma, non ruina, inferius adducet. Hæc 9 una majestas deprimi nescit; nec proferri ultra, nec referri potest. Sic hujus, ut cælestium, statuta [4] magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere! Jam multum operis effecti est: imo, si verum fateri volo, non multum. Nec enim bonitas est, pessimis esse meliorem. Quis oculis glorietur, qui suspicetur diem [5], cui sol per caliginem splendet? Licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis. Tunc animus noster habe- 10 bit quod gratuletur sibi, quum, emissus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, et cælo redditus suo fuerit; quum receperit locum, quem occupavit [6] sorte nascendi. Sur-

eos a te vinci quos adeo revereris.

1. *Quum ad summum perveneris.* Gronovio judice reposui, quum antea legeretur *dum. Ruhk.*

2. *Illud, de quo agitur.* Summum bonum, virtus, honestum, atque ideo sapientia, sensu stoico. Cf. Lipsii Manud. III, 3. *Ruhk.*

3. *Detrahat.* Comminuat sensim.

4. *Statuta magnitudo.* Vulgo *statæ magn.* ab Er. invitis mstis. *Schw.*

5. *Qui suspicetur diem, cui sol.* Sic habent Modii et Grut. codd., ut Senecæ magis familiare. Antea: *qui suspicentur diem, quibus* etc. *Ruhk.*

6. *Locum, quem occupavit.* Nempe illum in cælo locum, ubi cum primo orbe fuit. Ex eo scintilla in terras de-

Digitized by Google

sum illum vocant initia sua. Erit autem illic etiam antequam hac custodia[1] exsolvatur, quum vitia disjecerit, purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit.

Hoc nos agere[2], Lucili carissime, in hoc ire impetu
11 toto, licet pauci sciant, licet nemo, juvat[3]. Gloria umbra virtutis est; etiam invita[4] comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur[5], vel a tergo est; ita gloria aliquando ante nos est, visendamque se præbet; aliquando in averso est; majorque, quo serior, ubi invidia secessit. Quamdiu videbatur furere Democritus[6]? Vix recepit Socratem fama. Quamdiu Catonem civitas ignoravit? respuit; nec intel-
12 lexit, nisi quum perdidit. Rutilii[7] innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset injuriam: dum violatur, effulsit. Numquid non sorti suæ gratias egit, et exsilium suum complexus est? De his loquor, quos illustravit fortuna, dum vexat. Quam multorum profectus in notitiam evasere post ipsos! quam multos fama non excepit, sed eruit[8]! Vides, Epicurum[9] quantopere non tantum eruditiores, sed hæc quoque imperitorum turba mire-

siluit, animus noster factus, eo rediturus. *Lipsius.*— Cf. Nat. Quæst. I. præf. §. 8 sqq. Sursum ingentia spatia sunt, etc. *Ruhk.*

1. *Hac custodia.* Corporis.

2. *Hoc nos agere... licet.* Sic Grut. Codd. omnes et editio vetus. Erasmus tamen: *hoc nos oportet agere... toto, licet pauci sciant* rel. *Ruhk.*

3. *Juvat.* Sic recte Arg. *b.* et Pal. 3. Mendose alii *vivat*; unde dein vulgo *licet nemo videat. Schw.*

4. *Etiam invita.* Sic, vel *et invita*, libri vett. Vulgo *invitos. Schw.*

5. *Aliquando sequitur, vel a tergo est.* Quatuor postrema verba, delecta vulgo a Mureto, agnoscunt vett. libri omnes; nec sunt omnino supervacua: nam et *sequi* dicitur is qui comitatur, qui a latere incedit. *Schw.*

6. *Democritus.* Quoniam patrimonium suum neglexerat. Conf. de Provid. VI, 1. *Ruhk.*

7. *Rutilii.* Cf. Consolat. ad Marc. XXII, 2. *Ruhk.*

8. *Quam multos fama non excepit, sed eruit!* Quasi ex sepulcro in lucem protraxit. *Ruhk.* — Juxta illud nostri *Lamartine* de poeta quodam: Et son laurier tardif n'ombrage que sa tombe.

9. *Vides, Epicurum.... miretur.* Cf. Ep. XXI, 10, et Petri Gassendi

Digitized by Google

tur. Hic ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. 13
Multis itaque jam annis Metrodoro suo superstes, in quadam Epistola, quum amicitiam suam et Metrodori grata commemoratione cecinisset hoc novissime adjecit : « Nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta nocuisse, quod ipsos illa nobilis Græcia non ignotos solum habuisset, sed pæne inauditos. » Numquid ergo non postea, quam esse desierat, inventus est? numquid non opinio ejus emicuit[1]? Hoc Metrodorus quoque in quadam Epistola 14
confitetur « se et Epicurum non satis eminuisse ; sed post, se et Epicurum magnum paratumque nomen habituros, et qui voluissent[2] per eadem ire vestigia. »— Nulla virtus latet; et latuisse, non ipsius est damnum. Veniet, qui conditam, et sæculi sui malignitate compressam, dies publicet. Paucis natus est[3] qui populum ætatis suæ cogitat. Multa annorum millia, multa populorum 15
supervenient; ad illa respice! Etiamsi omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit, venient qui sine offensa, sine gratia, judicent. Si quod est pretium virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo; tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non Virtus, et vivo et mortuo, retulit 16
gratiam; si modo illam bona sequutus est fide, si se non exornavit et pinxit, sed idem fuit, sive ex[4] denuntiato

de vita et morib. Epicuri II, 4. *R.*

1. *Emicuit*, et infra.... *emicuisse.* Alii *enituit...enituisse*; aut *eminuit... eminuisse. Schw.*

2. *Et qui voluissent.* Sic libri vett. nisi quod nonnulli *et* omittunt. Temere vulgo *apud eos qui voluissent*, ex Mureti ing. *Schw.* — Quam lectionem sequutus erat *Lagrange* qui vertit : *Leurs deux noms seraient célèbrés par ceux qui entreprendraient de marcher sur leurs traces.*

3. *Paucis natus est... cogitat.* Qui tantum hominibus coævis conspicuus esse et placere vult, et qui non supra ævum suum eminere, atque proinde sequentia sæcula cogitare studet, quibus placeat. *Ruhk.*

4. *Sive ex denuntiato.* Qui mos hodieque inter magnates servatur,

Digitized by Google

videbatur, sive imparatus ac subito. Nihil simulatio proficit : paucis imponit leviter extrinsecus inducta facies ; veritas in omnem sui partem [semper [1]] eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium ; perlucet, si diligenter inspexeris. Vale.

præmittere et nunciare adventum. *L.*

1. *Semper.* Vocem *semper* agnoscunt quidem ed. *A.* et ms. *c.* sed ignorant *R. b.* aliique libri vett. Videtur ex scholio invecta : itaque ut suspectam notavi. *Schw.*

EPISTOLA LXXX.

QUAM COMMODA SIT PAUPERTAS.

Concursus vulgi ad spectaculum sibi occasionem esse dicit, nulli addicto tranquille philosophandi de exercitatione animi et de virtute consequenda, quæ una voluntate paratur, in eo optime occupata, ut servituti te eripias. Hoc autem non fieri potest pecunia, sed sua cujusque opera. Primum libera te metu mortis, deinde metu paupertatis, quæ non malum videbitur pauperes componentibus cum iis, qui felices vocantur et magnifice se gerunt. Itaque non ex larva, sed ex veritate homines metiaris atque ideo te ipsum.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco, sed spectaculi, quod omnes molestos ad [1] sphæromachiam avocavit. Nemo irrumpit, nemo cogitationem meam im-

1. *Ad sphæromachiam.* Libri, ut solet in græcis, variant. Quidam *ad sphæram mathemam :* alii, *ad spero in athema;* meus *asperam in ethnam.* Sphæromachia quidem nota est, pilaris lusus et certamen. Nominat Papinius in Sylvis : « Sphæromachias spectamus, et pilaris lusio admittitur. » Ipsa enim pila *sphæra* dicitur. Atque ita Sidonius lib. V, Epist. XVII : « Sphæræ primus ego signifer fui, » et lusores *sphæristas* appellat. Seneca affirmare etiam lectionem hanc videtur statim, dum ait « spectaculum non fidele, et lusorium, » lubricum enim, anceps, et lusus magis, quam certamen. *Lipsius.* — *Sphæromachiam.* Pilarem ludum et certamen a pugilibus, πύκταις factitatum, qui loco cæstuum pilas manibus circumligabant, ne cæstus nocerent, coriaceo tegumento, ὑποσφαίρᾳ custo-

Digitized by Google

pediet[1], quæ hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepuit subinde ostium[2], non allevabitur velum[3], licebit uno vadere[4], quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? Facio; sed permitto mihi et invenire aliquid, et mutare, et relinquere. Non servio illis, sed assentio[5]. 2

Magnum tamen verbum dixi[6], qui mihi silentium promittebam, et sine interpellatione secretum; ecce ingens clamor ex stadio profertur[7], et me non excutit mihi, sed in hujus ipsius rei contentionem[8] transfert. Cogito mecum, quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele[9] et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilli animo sint, quorum lacertos humerosque miramur. Illud maxime[10] revolvo mecum: si corpus perduci exer- 3
citatione ad hanc patientiam potest, qua et pugnos pa-

ditas. Conf. P. Fabri Agonist. 1, 6. *Ruhk.*

1. *Impediet*, et infra *allevabitur*, ex edd. vett. et msstis correxi. Vulgo *impedit* et *allevabatur*. *Schw.*

2. *Non crepuit subinde ostium.* Simpliciter de sonitu aperientis januam intelligam. Januæ autem romanæ introrsum aperiebantur, vid. Cujacii Obss. 13, 27. *Ruhk.*

3. *Velum.* Παραπέτασμα, foribus cubiculi prætensum, quod levabatur in admissionibus; unde causas cognoscere levato velo, est, palam omnibus admissis: alia inserviebant frigori arcendo in cœnationibus; alia ornatui. Cf. Lipsium ad Tacit. Annal. 13, 5. *Ruhk.*

4. *Uno vadere* (scil. *itinere*, quod ex scholio adjectum in ms. *c.*) dedere libri vett.; non *uni vadere*, quod erat ex Erasmi conject. *Schw.* — Sententia: Licebit mihi soli incedere, per cogitationes et studia mea ire; quod expedit illi, qui sectam non sequitur. *Lipsius.*

5. *Assentio.* Pro vulgato *assentior*, recepi ex Arg. *b.* Conf. Epp. LXXXIV, XC. *Schw.*

6. *Magnum tamen verbum dixi.* Int. nimis temere dixeram, quum dicerem me hac in solitudine sperare silentium.

7. *Profertur.* Vulgo cum ed. *R.* et *A. Perfertur* mss. Arg. *b. c. Schw.*

8. *Contentionem.* Int. comparationem, quam nunc instituit. *Ruhk.*

9. *Spectaculum non fidele*, quatenus nihil in eo solidi et bonæ frugis inest. *Ruhk.* — Aliter interpretatur Lipsius; vid. § 1 huj. Ep., not. 1.

10. *Illud maxime... ducat.* Conf. Ep. 7. 13, 2 not. Cic. Tusc. Disputt. II, 17. *Ruhk.*

Digitized by Google

riter et calces non unius hominis[1] ferat, qua solem ardentissimum[2] in ferventissimo pulvere sustinens aliquis, et sanguine suo madens, diem ducat; quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus invictus excipiat, ut
4 projectus, ut conculcatus exsurgat? Corpus enim multis eget rebus, ut valeat; animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potione opus est, multo oleo[3], longa denique opera; tibi continget Virtus sine apparatu, sine impensa. Quidquid facere te potest bonum, tecum est. Quid tibi opus est ut sis bonus? [4]Velle! Quid autem melius potes velle, quam eripere te huic servituti, quæ omnes premit; quam mancipia quoque conditionis extremæ, et in his sordibus nata, omni modo
5 exuere conantur? Peculium suum[5], quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite[6] numerant; tu non concu-

1. *Non unius hominis.* Nam etsi paria fere athletarum pugnabant, tamen aliquando mixti, aut per catervas: et ut id non fuerit, ordine alii post alios supponebantur. Ita unus victor plures sustinebat. *Ruhk.*

2. *Solem ardentissimum.* Cicero: « Pugiles inexercitati, etiamsi pugnos et plagas ferre possint, solem tamen sæpe ferre non possunt. »

3. *Multo oleo.* Hæc item ad athletas, quorum crebra unctio. *Lipsius.*

4. *Velle.* Stoici enim una animi opera ad sapientiam emicari, et proinde eam disci posse censebant: quod dogma secuti sunt contra Sophistas, virtutem contendentes disci non posse: qua de re Socratis tempore tantopere inter se digladiatos esse philosophos e Platone constat. Hinc Seneca de Benef. III, 18: « Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit. » Ep. XC, 44: « Ars est bonum fieri. » Eo spectat Euripideum ap. Aristot. Polit. V, 9: ἐὺς ὁ χρήζων, bonus est, qui esse velit. Omnem autem illam poeticam rationem, qua Philosophi antiquiores impetum ingenii insignem, studium et emendationem morum afflatui cuidam divino, commercio cum Deo ascribebant, atque sine eo magnum virum fieri negabant, Stoici repudiabant, nec quidquam nisi facultatem et indolem cognoscendi ac cogitandi a Deo homini esse datam naturaliter, ideoque nullas ideas innatas, conceptus aut tale quid concedebant: omnia ab homine acquiri docentes sua sponte et proprio marte, quæ ad cognitionis et voluntatis emendationem spectent. Cf. Lipsii Manud., II, 10. *Ruhk.*

5. *Peculium suum.* Redimere se ære suo servi solent. Vide, si lubet, me ad Taciti XIV Annalium. *Lips.*

6. *Pro capite.* Id est pro libertate:

Digitized by Google

pisces[1] quanticumque[2] ad libertatem pervenire, qui in illa te putas natum? Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabellas[3] vanum conjicitur nomen libertatis; quam nec qui emerunt habent, nec qui vendiderunt. Tibi des oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu mortis; illa nobis primum jugum imponit; deinde metu paupertatis. Si vis scire quam nihil 6
in illa mali sit, compara inter se pauperum et divitum vultus. Sæpius pauper et fidelius[4] ridet; nulla sollicitudo in alto est[5]; etiamsi qua incidit cura, velut nubes levis transit. Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est, aut gravis et suppurata[6] tristitia; eo quidem[7] gravior, quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter ærumnas, cor ipsum exedentes, necesse est agere felicem. Sæpius hoc exemplo mihi utendum est; nec enim 7
ullo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus[8], qui

nam servi caput non habebant. *Lips.*

1. *Tu non concupisces.* Paria istis Epictetus Dissert. IV, cap. 1. « Pro ista quæ putatur libertas alii se suspendunt, alii se præcipitant; est etiam quum totæ urbes perierunt; et tu ob veram, ob insidiarum expertem, ob tutam libertatem nihil capias laboris? » Vera autem hæc libertas, quam intelligunt, est finis Philosophiæ, ait Simplicius: « Illa nimirum, in qua a parente et auctore Deo producti sumus, ut neque formidemus quidquam, nec doleamus, neque ulli deteriori naturæ aut rei serviamus. » Et huc spectat illud paradoxum decretum: solum sapientem liberum esse. *Lips.*

2. *Quanticumque. Quantocumque* malebam. *Schw.* — Int. Quantocumque pretio hæc tibi libertas constare debeat.

3. *Tabellas*, manumissionis, quæ apud censorem erant. Nempe variis modis manumissio procedebat, ut ex Instit. Justin. Tit. V colligi licet. Qui plenam libertatem consequebantur, a censoribus in civium numerum reponebantur.

4. *Fidel.*, i. sincero magis gaudio.

5. *In alto est.* I. in interiore animi recessu; altius radices egit in imo et profundo pectore. *Ruhk.*

6. *Suppurata*, ὑπουλος; metaphora, pro celata. *Ruhk.*

7. *Eo quidem*, *R. A. b. c.* Non *et quidem. Schw.*

8. *Vitæ mimus.* Ex hac comparatione satis antiqua Augusti dictum fluxit notissimum ap. Sueton. Octav. 99, qui amicos admissos percunctatus: Ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegisse? Cf. ad Ep. LXXVI, 23. *Ruhk.*

Digitized by Google

nobis partes has[1], quas male agamus, assignat. Ille qui in scena elatus incedit, et hæc resupinus dicit :

> En impero Argis! regna mihi liquit Pelops,
> Qua Ponto ab Helles atque ab Ionio mari
> Urgetur Isthmos[2];

servus[3] est; quinque modios accipit, et quinque dena-
8 rios. Ille qui superbus, atque impotens, et fiducia virium tumidus ait :

> Quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides!

diurnum[4] accipit, in centunculo[5] dormit. Idem de istis licet omnibus dicas, quos, supra capita hominum supraque turbam, delicatos lectica suspendit; omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos, si despoliaveris. Equum empturus, solvi jubes stratum[6]; detrahis

1. *Qui nobis partes has.* Teles Pythagoricus : « Oportet, sicut bonum histrionem quamcumque personam poeta imposuerit, eam decore exsequi et sustinere : sic et bonum virum, quamcumque fortuna dederit. Nam et hæc, ait Bion, velut poetria, aliquando primi, aliquando ultimi actoris personam imponit; est etiam quum regis, et alias mendici. » Laertius etiam in Zenone : « Esse bono histrioni similem sapientem. Qui sive Thersitæ, sive Agamemnonis personam acceperit, utramque decenter exprimit et imitatur. » (A Lipsio versum e græco.)

2. *Isthmos.* Versus sunt ex Attii tragœdia Atreo, quorum primum affert Quintil. Instit. or. IX, 4, 140. *Ruhk.*

3. *Servus... denarios.* Sc. in menses : quotidie enim accipiebant trinas quinasve farris libras, Senecæ tempore; nam temporum diversitas et hac in re valuerit, atque conditio servorum. Cf. Heynii Opusc. acad. I p. 251 sq. Servus itaque quotannis constabat 134 francos, quisque autem nostrorum murariorum 375, computante Mongez, ut vidi ex Ephemerid. gotting. anni 1801. nr. 44. *Ruhk.*

4. *Diurnum accipit.* Denarium et mercedulam. *Lips.*

5. *Centunculo.* I. strato vili servorum. Cf. Cato ap. Festum in voce *Prohibere*, ubi ante Frobenium recte legebatur *in centunculo*, notante Gronovio. In ed. Godofredi (1602 p. 382. fol.) est : *sub sentone.* Revocavit jam Gronovius, volente Lipsio et Grutero, quod ad oram ed. Erasm. apparuit, firmatum omnibus Palat. et Erford. Antea : *cœnaculo. Ruhk.*

6. *Stratum.* Cf. Ep. 47, 14, not. Appuleius de Deo Socratis p. 244 Vol. II bip. : « Neque in emendis equis phaleras consideramus et baltei polimina inspicimus et ornatissimæ cervicis divitias contemplamur.... sed istis omnibus exuviis amolitis equum

Digitized by Google

vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum æstimas? Mangones, quidquid est quod 9
displiceat, aliquo lenocinio abscondunt; itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum, sive brachium aspiceres, nudari juberes, et ipsum tibi corpus ostendi. Vides illum Scythiæ Sarmatiæve regem, insigni capitis decorum? si vis illum æstimare, totumque scire qualis sit, fasciam[1] solve! multum mali sub illa latet[2]. Quid de aliis loquor? si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem; intus te ipse considera. Nunc, qualis sis, aliis credis. Vale.

ipsum nudum... contemplamur etc.» *Ruhk.*— Item Macrobius: «Quemadmodum stultus est, qui emptorus equum, non ipsum inspicit, sed stratum ejus et frænum; sic est, qui hominem ex veste, aut conditione, quæ modo vestis nobis circumdata est, æstimandum putat.»

1. *Fasciam.* I. e. diadema, insigne regum. Nam hoc non aliud erat, quam fascia, aut vitta capiti circumdata. *Lipsius.*

2. *Multum mali sub illa latet.* Regis cujuspiam dictum ad mulierculam admirantem: O mulier, hunc pannum humi jacentem non tollas, si scias quantum mali sub eo lateat! *Lips.*

EPISTOLA LXXXI.

AN GRATI ESSE DEBEAMUS IN ILLUM QUI, POSTQUAM BENEFICIUM CONTULERAT, NOCUIT?

Amico, qui de ingrato quodam questus erat, respondet, hoc periculum neque evitari posse, neque defugiendum esse, quum magni referat, gratum reperisse. Qua occasione data quæstiones nonnullas de beneficiis dandis, quas in libris de beneficiis non satis explicaverat, pertractat. Ac primum quærit, an et illi, qui profuit nobis, si postea nocuerit, vel plus quam antea profuerat, gratiæ referendæ sint? Negabit severus jureconsultus, nulla animi, quo et beneficia et injuriæ constant, ratione habita. Vir bonus autem magis beneficium quam injuriam æstimabit. Sapiens enim, cui uni notum est, quid quæque res ideoque animus in tali re æstimari debeat, gratiam scit referre,

Digitized by Google

recte verbi proprietate servata. Quæ quidem sententia de sapiente non est Paradoxon : facilis enim officiorum pars est referre gratiam, et scientia hæc est majoris pretii, quam voluntas sine illa. At non solum gratiam referre scit sapiens, sed etiam cupit debere gratiam et referre. Nam gratitudo cum sensu hilaritatis et lætitiæ conjuncta est, tum in officio sita est et virtus. Unde fit ut grati beati, ingrati miseri sint. Quæ quidem ansam præbent Senecæ, in laudes sapientis exspatiandi, ut qui in omnibus rebus æquanimitatem et humanitatem præstat, ideoque spernit ea, propter quæ vulgus malignum insanit, ut gratus esse possit. Nam ex hac parte vel maxima impedimenta homini assurgunt, qui gratus esse velit. Attamen in eo omnes consentiunt, esse referendam bene merentibus gratiam.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Queberis incidisse te in hominem ingratum.—Si hoc nunc primum, age aut fortunæ, aut diligentiæ tuæ gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest, nisi te malignum : nam, si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia; ita, ne apud alium pereant, apud te peribunt [1]. Non respondeant [2] potius, quam non dentur : et post malam segetem serendum est. Sæpe, quidquid perierat assidua infelicis soli sterilitate, unius anni re-
2 stituit ubertas. Est tanti, ut gratum invenias, experiri et ingratos. Nemo habet tam certam in beneficiis manum, ut non sæpe fallatur : aberrent, ut aliquando [3] hæreant. Post naufragium maria tentantur; fœneratorem non fugat a foro coactor [4]. Cito inerti otio vita torpebit, si relinquendum est quidquid offendit. Te vero benigniorem

1. *Apud te peribunt.* Quia carebis ipse voluptate, qua fruitur homo qui beneficium collocavit.

2. *Non respondeant potius.* I. e. exspectatum fructum non ferant potius : accepta translatio a militibus, qui vocati nomen suum non detrectant : hinc agri respondent, testantur se fructuosos esse. Columell. III, 3, 4. Hinc imagines ex agricultura sumptæ nostro in mentem veniunt. *R.*

3. *Hæreant.* I. fixa sint, locum suum teneant. Lectius tamen conjic. *non errent*, vim τοῦ *hærere* nunc satis notam ignorans. *Ruhk.*

4. *Coactor.* Sic *R. A. b. c.* Par. *a. d.* et alii. Vitiose *coctor* Par. *b.* ex quo alii nonnulli (apud Pinc. et Grut.) *tortor* fecerunt. *Decoctor* ex uno vet. cod. (si Deo placet) edidit Mur. quod

Digitized by Google

hæc ipsa res faciat: nam cujus rei eventus incertus est, id, ut aliquando procedat, sæpe tentandum est.

Sed de isto satis multa in his *libris* loquuti sumus, 3
qui *de Beneficiis* inscribuntur; illud magis quærendum videtur, quod non satis (ut existimo) explicatum est[1]; an is, qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit, et nos debito solverit? Adjice, si vis, et illud: Multo plus postea nocuit, quam ante profuerat. Si rectam illam rigidi judicis sententiam quæris, alterum ab altero absolvet, et dicet: Quamvis injuriæ præponderent, tamen beneficiis donetur, quod ex injuria superest. Plus nocuit? sed prius profuit! itaque habeatur et temporis ratio. Jam 4
illa manifestiora sunt, quam ut admoneri debeas, quærendum esse, quam libenter profuerit, quam invitus nocuerit; quoniam animo et beneficia et injuriæ constant. Nolui beneficium dare: victus sum aut verecundia, aut instantis pertinacia, aut spe. Eo animo quidque debetur, quo datur; nec, quantum sit, sed a quali profectum voluntate, perpenditur. Nunc conjectura tollatur. Et illud 5
beneficium fuit; et hoc, quod modum beneficii prioris excessit, injuria est. Vir bonus utrosque calculos sic ponit, ut se ipse circumscribat[2]; beneficio adjicit, injuriæ demit: alter ille remissior judex, quem esse me malo, injuriæ oblivisci debebit, officii meminisse. — Hoc certe, inquit, justitiæ convenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, injuriæ talionem, aut certe malam gratiam. — Verum erit istud, quum alius injuriam fecerit, alius 6
beneficium dederit: nam, si idem est, beneficio vis injuriæ extinguitur. Nam cui, etiamsi merita non ante-

quoniam bene habere censuit Ruhk. vellem nobis interpretatus saltem esset. *Schw.*

1. *Non satis... explicatum est.* Attigit tamen lib. III. de Benef. cap. 13.

2. *Se ipse circumscribat.* Decipiat

Digitized by Google

cessissent, oportebat ignosci, post beneficia lædenti plus quam venia debetur. Non pono utrique par pretium : pluris æstimo beneficium, quam injuriam [1]. Non omnes grati debere sciunt beneficium [2] : potest etiam [3] imprudens, et rudis, et unus e turba, utique dum prope est ab ac-
7 cepto [4]; ignorat autem, quantum debeat : uni Sapienti notum est, quanti res quæque taxanda sit. Nam ille, de quo loquebar modo, stultus, etiamsi bonæ voluntatis est, aut minus quam debet, aut tempore, aut, quo non debet, loco reddit; id quod referendum est, effundit atque abjicit.

Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est; et consuetudo sermonis antiqui quædam efficacissimis, et officia docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui : « Ille illi gratiam retulit. » *Referre*, est ultro, quod de-
8 beas, afferre. Non dicimus *gratiam reddidit* [5] : *reddunt* enim, et qui reposcuntur, et qui inviti, et qui ubilibet, et qui per alium. Non dicimus *reposuit beneficium*, aut *solvit* : nullum nobis placuit, quod æri alieno convenit, verbum. *Referre*, est ad eum, a quo acceperis, ferre:

se et ultro fallat in hoc calculo. *Lips.* — Jus suum minuat in hac supputatione. *Ruhk.*

1. *Pluris æstimo beneficium, quam injuriam.* Int. Longe mihi antiquius erit solvere beneficium, quam injuriam vindicare, quia multo magis beneficio moveor, quam injuria.

2. *Non omnes grati debere sciunt beneficium. Lagrange* vertit : *Tout le monde ne sait pas sentir un bienfait*; non satis fideliter.

3. *Potest etiam imprudens.* I. stultus, quem opponit sapienti, gratus esse potest sed nescit, quantum debeat, rationem non habens temporis, animi etc. quo beneficia dabantur. *R.*

4. *Dum prope est ab accepto.* Quæ vulgo his adjiciebantur verba, *reddere beneficium et pensare*, a Mureto ex conject. isto modo digesta erant, quum in editt. vett. et mss. *c.* aliisque nonnullis legerentur, sed absurdo modo disjecta : quo ipso jam satis intelligebatur, esse ex scholio quodam invecta : ignorant autem eadem verba probatissimi quinque codices, Arg. *b.* Par. *b. d.* Pinc. Mod. Ops. *Schw.* — *Utique dum prope est ab accepto.* I. e. in recenti beneficio, quod nondum excidit. Nam vulgus vetustioris obliviscitur. *Lips.*

5. *Non dicimus : gratiam reddidit.* Raro saltem occurrit, v. c. ap.

Digitized by Google

hæc vox significat voluntariam relationem : qui retulit, ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum; quantum acceperit, a quo, quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus, quemquam scire *gratiam referre,* 9
nisi Sapientem : non magis quam beneficium dare quisquam scit, nisi Sapiens; hic scilicet, qui magis dato gaudet, quam alius accepto.

Hoc aliquis inter illa numerat, quæ videmur *inopinata* omnibus dicere (παράδοξα Græci vocant), et ait : Nemo ergo scit præter Sapientem referre gratiam? ergo nec, quod debet creditori suo, reponere quisquam scit alius? nec, quum emit aliquam rem, pretium venditori persolvere? — Ne nobis fiat invidia, scito idem dicere Epicurum. Metrodorus[1] certe ait, « solum Sapientem re- 10
ferre gratiam scire. » Deinde idem[2] admiratur, quum dicimus : « Solus Sapiens[3] scit amare; solus Sapiens amicus est. » Atqui et amoris, et amicitiæ pars est, referre gratiam; imo hoc magis vulgare est, et in plures cadit, quam vera amicitia. Deinde idem admiratur, quod dicimus, « fidem nisi in Sapiente non esse; » tanquam non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem habere, qui referre gratiam nescit? Desinant itaque infamare nos, 11
tanquam incredibilia jactantes; et sciant, apud Sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre gratiam scit, nisi Sapiens : Stultus quoque, utcumque sit, et quemadmodum potest, referat; scientia illi potius, quam voluntas

Sallust. Jug. 110, 4 ed. Cort. *Ruhk.*

1. *Metrodorus.* Auditor et amicus Epicuri. Multa scripsit, quæ omnia perierunt. Cf. ad Ep. VI, 6. *Ruhk.*

2. *Deinde idem.* Metrodorus, qui ut Epicureus cum Stoicis acerrime digladiatus est, ideoque illa paradoxa impugnavit. *Ruhk.*

3. *Solus Sapiens scit...est.* Quoniam ille solus dignoscere potest, quæ bona quum amore, tum amicitia digna sunt. Egregie de hac re, ut solet, disserit

Digitized by Google

12 desit. Velle non discitur. Sapiens inter se omnia comparabit: majus enim aut minus fit[1] (quamvis idem sit) tempore, loco, causa. Sæpe enim hoc non potuere divitiæ in domum infusæ, quod opportune dati mille denarii. Multum enim interest, donaveris, an succurreris; servaverit illum tua liberalitas, an instruxerit. Sæpe, quod datur, exiguum est; quod sequitur ex eo, magnum. Quantum autem existimas interesse, utrum aliquis de arca, quod præstaret, sumpserit[2]; an beneficium acceperit, ut daret?

13 Sed ne[3] in eadem, quæ satis scrutati sumus, revolvamur; in hac comparatione beneficii et injuriæ vir bonus judicabit quidem, quod erit æquissimum; sed beneficio favebit[4]: in hanc erit partem proclivior. Plurimum autem momenti persona solet afferre in rebus ejusmodi. Dedisti mihi beneficium in servo; injuriam fecisti in

14 patre; servasti mihi filium, sed patrem abstulisti. Alia deinceps, per quæ procedit omnis collatio, prosequetur:

Epictetus in Diss. Arrian. II, 22. Cf. Lipsii Manud. in Stoic. Phil. III, 16. *R.*

1. *Majus enim aut minus fit.* Sic recte jam olim ed. Er. et Mur. cum Arg. *b.* et Par. Alii dein ex scholio voc. *opus* infulserunt, denique *enim* in *ejus* mutarunt: unde nata scriptura a Lipsio vulgata, *majus ejus opus aut minus fit. Schw.*

2. *Quod præstaret, sumps.* Sic. Schw. Ruhk. edidit: *quod præstabat, sumpserit.* Lipsius, cum vulgg. usque ad ipsum: *Quod dederat, sumpserit:* « Mire, inquit ille, intricant libri, et hæc Muretiana præter ipsos. Meus: *quantum autem, existimas, interest utrum aliquid quod dederat, vel quod præstarat, sumpserit an beneficium.* Alludunt alii, et Erasmi quidem codices: *utrum aliquis de rata quod præstaret, sumpserit.* » Idem Lipsius conjecit *de rata* corruptum esse pro *de arca* quod Gronovius et Ruhk. sequuti sunt. Sensus est, Lipsio explicante: Quid censes, inquit, interesse, utrum aliquis domo et ab arca, paratam pecuniam sumpserit; an ut posset benefacere, beneficium acceperit? id est, ipse mutuum sumptum alteri dederit? Idem explicat Gronovius a Ruhkopfio citatus: De beneficio loquitur, intermiscens eleganter tralatum sermonem de pecunia, quæ domo et ex parato (de arca) promitur: Utrum a se solo expenderit et suis unius facultatibus in dando beneficio usus sit, an advocaverit alienas, et versuram fecerit, ut amico mutuum daret.

3. *Sed ne... scrutati sumus.* In libris de Beneficiis, lib. III. cap. 8. *R.*

4. *Beneficio favebit.* Int. : potius

Digitized by Google

et, si pusillum erit, quod intersit [1], dissimulabit : etiam, si multum fuerit, [sed [2]] si id donari salva pietate ac fide poterit, remittet; id est, si ad ipsum tota pertinebit injuria. Summa rei hæc est : facilis erit in commutando; patietur plus imputari sibi [3]. Invitus beneficium per compensationem injuriæ solvet : in hanc partem inclinabit, huc verget, ut cupiat debere gratiam, cupiat [4] referre. Errat enim, si quis beneficium accipit libentius, quam reddit. Quanto hilarior est qui solvit quam qui mutuatur, tanto debet lætior esse qui se maximo ære alieno accepti beneficii exonerat quam qui quum maxime obligatur [5]. Nam in hoc [6] quoque falluntur ingrati, quod creditori quidem, præter sortem, extra ordinem numerant; beneficiorum autem usum esse gratuitum putant. Et illa crescunt mora; tantoque plus solvendum est, quanto tardius. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura. Itaque hujus quoque rei habebitur ratio, quum conferentur accepta et expensa. 15 16

Omnia facienda sunt, ut quam gratissimi simus; nostrum enim hoc bonum est [7] : quemadmodum justitia non

injuriam negliget quam beneficium.

1. *Si pusillum erit, quod intersit.* Si non multo major erit injuria beneficio, si parva est differentia, ejus non habebit rationem.

2. [*Sed*] *si id donari.* Facile credo, particulam *sed* ex scholio irrepsisse, et lubens illam cum Mur. prorsus abjecturus eram, nisi adjectam dedissent veteres libri quos novimus omnes. *Schw.*

3. *Patietur plus imputari sibi.* Plus beneficii quam acceperit, ut facilior fiat injuriæ cum beneficio compensatio, etiamsi reipsa minus sit beneficium injuria.

4. *Cupiat referre.* Mallet referre beneficium quam compensationis gratia liberari.

5. *Quam qui quum maxime obligatur.* Vulgo, inde a Lipsio, *quam qui accipiens quum max.* etc. Scilicet juniores libri nonnulli vocab. *accipiens* ex scholio infulserant, alii alio loco interpolantes. *Schw.*

6. *Nam in hoc..numerant.* Supple: Usuras, animi grati testandi causa, et justo maturius, ne sortis solutio mora hac usurarum solvendarum fiat molestior. *Ruhk.*

7. *Nostrum enim hoc bonum est.* Sic meliores libri; non, ut vulgo,

Digitized by Google

est, ut vulgo creditur, ad alios pertinens; maxima pars ejus in se redit. Nemo non, quum alteri prodest, sibi
17 profuit. Non eo nomine dico, quod volet adjuvare adjutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur; sicut mala exempla recidunt in auctores, nec ulla miseratio contingit his qui patiuntur injurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt : sed quod virtutum omnium [1] pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad præmium : recte facti, fecisse merces est.
18 Gratus sum, non ut alius mihi libentius præstet, priori irritatus exemplo, sed ut rem jucundissimam ac pulcherrimam faciam. Gratus sum, non quia expedit, sed quia juvat. Hoc ut scias ita esse : si gratum esse [2] non licebit, nisi ut videar ingratus; si reddere beneficium non aliter quam per speciem injuriæ potero; æquissimo animo ad honestum consilium, per mediam infamiam,
19 tendam. Nemo mihi videtur pluris æstimare virtutem, nemo illi magis esse devotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. Itaque, ut dixi, majore tuo, quam alterius bono, gratus es. Illi enim vulgaris et quotidiana res contigit, recipere quod dederat; tibi magna, et ex beatissimo animi statu profecta, gra-
20 tum fuisse. Nam si malitia miseros facit, virtus beatos, gratum autem esse virtus est; rem usitatam reddidisti, inæstimabilem consequutus es, conscientiam grati; quæ, nisi in animum divinum fortunatumque, non pervenit.

In contrarium autem huic affectum summa infelici-

nostrum enim in hoc bonum. Schw. — Int. Ipsi fruimur relati beneficii pretio.

1. *Sed quod virtutum omnium.... est.* Est stoicum dogma satis notum, virtutem propter ipsam esse exercendam. Cf. Lipsii Manud. II, 20. *Ruhk.* — Claudianus : « Ipsa quidem virtus pretium sibi. »

2. *Si gratum esse... ingratus.* Si nulla mihi alia via gratiam referendi pateret, quam si aliquid facerem quod

Digitized by Google

tas urget[1]. Nemo, si ingratus est, non miser erit[2] : non differo illum, statim miser est. Itaque ingrati esse vitemus, non aliena causa, sed nostra. Minimum ex nequitia 21
levissimumque ad alios redundat; quod pessimum ex illa est, et (ut ita dicam) spississimum[3], domi remanet, et premit habentem : quemadmodum Attalus[4] noster dicere solebat : « Malitia ipsa maximam partem veneni sui[5] bibit. » Illud venenum, quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile; hoc, habentibus pessimum est. Torquet ingratus 22
se, et macerat; odit quæ accepit, quia redditurus est, et extenuat; injurias vero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius, cui beneficia excidunt, hærent injuriæ? At contra Sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat, et se assidua ejus commemoratione delectat. Malis una voluptas est, et hæc brevis, dum accipiunt beneficia; ex quibus Sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum *accipere*, sed *acce-* 23
pisse delectat; quod immortale est et assiduum. Illa contemnit, quibus læsus est; nec obliviscitur per negligentiam, sed volens. Non vertit omnia in pejus, nec

me ipsum traheret in suspicionem ingrati animi.

1. *Infelicitas urget.* His verbis desinit optimus *noster cod. Arg. b. S.*

2. *Non miser erit.* Pro hac vulg. lect. Schw. scribit *miser erit*, omisso *non*: « Quæ negativa particula, inquit, imperite inserta ab his, qui non viderant opponi a Seneca ista, *Nemo... erit*, et, *statim est.* » Eumdem tamen sensum præbet vulgata : postquam enim dixit *nemo non miser erit*, addit *non differo*, i. e. non est futurus miser, jam nunc est.

3. *Spississimum.* Suspicatur Pincianus *pessissimum* : et ita sane quidem libri. Tamen non mutem : at cur igitur præfatur *ut ita dicam?* non quia vox inusitata, sed quia metaphora audacior videri possit. *Lips.*

4. *Attalus.* Cf. de hoc Stoico eodemque præceptore Senecæ ad Ep. IX, 5. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III, p. 544. Harl. *Ruhk.*

5. *Maximam partem veneni sui.* Pulcherrime. Ita Hierax Pythagoricus : « Injuria, inquit, et malitia ab auctore incipiens, in illum qui afficitur, redundat. Sed ipsum auctorem imprimis lædit, minus eum qui pa-

Digitized by Google

quærit cui imputet casum; et peccata hominum ad *fortunam* potius refert. Non calumniatur verba, nec vultus; quidquid accidit, benigne interpretando levat; non of-
24 fensæ potius, quam beneficii meminit. Quantum potest, in priore ac meliore se memoria detinet; nec mutat animum adversus bene meritos, nisi multum male facta præcedunt, et manifestum etiam conniventi discrimen est: tunc quoque in hoc duntaxat, ut talis sit post majorem injuriam, qualis ante beneficium. Nam quum beneficio par est injuria, aliquid in animo benevolentiæ re-
25 manet. Quemadmodum reus sententiis paribus absolvitur, et semper, quidquid dubium est, humanitas inclinat in melius; sic animus Sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet velle debere; et hoc facit[1], quod qui post tabulas novas solvunt.

Nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista, propter quæ vulgus insanit. Si referre vis gratiam, et in exsilium eundum est, et effundendus sanguis, et suscipienda egestas, et ipsa innocentia sæpe [2]maculanda,
26 indignisque objicienda rumoribus. Non parvo sibi[3] con-

titur. » Et infra : « Ita quivis improbus prius malitiam suam ipse bibit et degustat, priusquam in alios emittat. » Dicas ex illo sumpsisse nostrum: quem etiam vide Epist. LXXXVII. *Lips.*

1. *Hoc facit, quod qui post tabulas.* E Pinciani duobus libris hæc sunt, et boni argutique sensus : tamen meus auctior : *Hoc facit, quod qui accepto quidem præstaverat usuram vel hujusmodi remittit, vel tabulas novas solvit.* Alii assident : quid dicam, hæreo. A glossulis, aut interpolatione, hæc omnia esse? vix probabile est. Tentabam obiter : *hoc faciet, quod qui accepto quod præ-rogaverat, usuram vel ejus modum remittit; vel, tabulis novis, solvit.* Sed haud satis hæc sententiæ applico. *Lips.* — Jam inde a Solone hic mos in rebus publicis ad incitas redactis usitatus erat, ut tabulas novas facerent, i. e. æs alienum remitterent, et novi deinceps codices fierent. Bonus tamen vir vel tali in rerum mutatione pactum suum servare solet. *Ruhk.*

2. *Ipsa innocentia sæpe maculanda.* Non quod aliquid indignum viro bono admittere debeamus, sed quod ipsius famæ jacturam parvi ducere oporteat.

3. *Non parvo sibi constat homo*

Digitized by Google

stat homo gratus. Nihil carius æstimamus, quam beneficium, quamdiu petimus; nihil vilius, quum accepimus. Quæris quid sit, quod oblivionem acceptorum nobis faciat? Cupiditas accipiendorum. Cogitamus, non quid impetratum, sed quid impetrandum sit. Abstrahunt a recto divitiæ, honores, potentia, et cætera, quæ opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia. Nescimus æsti- 27
mare res[1] de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum, quo mentes in se nostras trahant, præter hoc, quod mirari illa consuevimus. Non enim, quia concupiscenda sunt, laudantur; sed concupiscuntur, quia laudata sunt: et, quum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credimus, sic et hoc fidei populi credamus, nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam 28
ex barbaris regionibus gentes conclamabunt; in hoc bonis malisque conveniet. Erunt qui voluptates laudent; erunt qui labores malint; erunt qui dolorem maximum malum dicant; erunt qui ne malum quidem appellent. Divitias aliquis ad summum bonum admittet; alius illas dicet malo humanæ vitæ repertas; nihil esse eo locupletius[2], cui, quod donet, fortuna non invenit. In 29
tanta judiciorum diversitate, referendam bene merentibus gratiam, omnes uno tibi, quod aiunt, ore affirmabunt; in hoc tam discors turba consentiet, quum inte-

gratus. Vertit *Lagrange : Il en coûte souvent beaucoup pour être reconnaissant.* Nos intelligimus : qui vere gratus est non parvo pretio se beneficio liberatum arbitratur : sibi ipsi non gratus videtur, nisi omnem operam impenderit, ut se gratum præstaret.

1. *Nescimus æstimare res.... est.* Memineris discriminis magni, quod Stoici facere solebant inter res etc. Cf. quæ in proem. Epist LXVI monuimus. *Ruhk.*

2. *Nihil esse eo locupletius... invenit.* Quia sese extra munera et rapi-

Digitized by Google

rim injurias pro beneficiis reddimus. Et prima causa est, cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non [1] potuit. Eo perductus est furor, ut periculosissima res sit beneficia in aliquem magna conferre : nam, quia putat turpe non reddere, non vult esse, cui reddat. Tibi habe, quod accepisti ; non repeto, non exigo : profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius, quam ex beneficii violati pudore. Vale.

nas fortunæ collocavit; omnia secum habet pretiosa : nec est aliquid quod ei addi possit aut detrahi.

1. *Si satis gratus esse non potuit.* Nempe odit illum, cui se videri ingratum arbitratur.

EPISTOLA LXXXII.

CONTRA MOLLITIEM ; DEINDE CONTRA DIALECTICORUM ARGUTIAS.

Laudat amicum, quod virtutem amare pergat, et hortatur ut animum firmet adversus delicias et mala humana, litteris et philosophiæ et proinde sui cognitioni, naturæ et veritati operam navando. Et contra mortem ita præparatio quæratur ; mortem enim esse malum, Stoicis, imprimis Zenone, quamvis refutantibus. Contra quem pugnat, atque concedit, mortem esse indifferentem, i. e. nec malum, nec bonum, atque ideo medium quid esse.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Desii jam de te esse sollicitus. — Quem, inquis, Deorum sponsorem accepisti ? — Eum scilicet, qui neminem fallit, animum recti ac boni amatorem [1]. In tuto pars tui melior est. Potest fortuna tibi injuriam facere : quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I qua cœpisti : et in isto te vitæ habitu compone, placide,

1. *Animum... amatorem.* Quippe et ipsum a Deo profectum et ad eum rediturum ; notum Stoicorum dogma. Lipsii Physiol. III, 8. *Ruhk.*

Digitized by Google

non molliter. Male mihi esse [1] malo, quam molliter. *Male* nunc sic accipe [2], quemadmodum a populo [3] solet dici, dure, aspere, laboriose. Audire solemus sic quorumdam vitam laudari, quibus invidetur : Molliter vivit! hoc dicunt, malus est [4]! Paulatim enim effeminatur animus, atque in similitudinem otii sui et pigritiæ, in qua jacet, solvitur. Quid ergo? viro non vel obrigescere satius est? Deinde delicati timent mortem, cui vitam suam fecere similem. Multum interest [5] inter otium, et conditivum. —Quid ergo? inquis : non satius est vel sic jacere, quam istis officiorum vorticibus [6] volutari? — Utraque res letalis est, et contractio, et torpor. Puto [7], æque, qui in odoribus jacet, mortuus est, quam qui rapitur unco. Otium sine litteris [8] mors est, et hominis vivi sepultura. 3

1. *Male mihi esse malo, quam molliter.* Simile est illud Antisthenis apud Diog. Laert. VI, 3, μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην, quod Erasmus cum Sexto Empirico Epicuro male tribuit. *Ruhk.*

2. *Male nunc sic accipe. Excipe R. a. c.* quod teneri potuerat. Conf. Not. ad loc. simil. in Epist. XII. Repetitam vocem *male* tenui, a Mureto ex conject. adjectam. *Hoc si accipe* ed. Ruhk. ex uno Pal. tert. *Schw.*

3. *A populo.* Int. in vita communi.

4. *Malus est.* Cum Grutero tueor, respuens *mollis est*, quam lectionem codd. Gronov. commendat. Utrumque præstant codd. mss. Illud nexus sententiæ et consilium auctoris postulant. *Ruhk.*

5. *Multum interest... conditivum.* Objectio est. At enim inter otium et conditivum i. e. sepulcrum (Epist. LX, 3) multum interest. *Ruhk.* — Sic Ruhk. at objectio non incipere posse videtur ante voces *quid ergo? inquis*, quæ naturalia sunt signa objectionis : sensus ergo est : Nemo vetat ne quiescatis ; sed possetis otio frui aliter quam vosmetipsos sepeliendo.

6. *Offic. vort.* I. e. salutationibus, quæ proceribus præstabantur, et cæteris nugis aulicis, quibus animus occupatur, vertitur, ideoque contrahitur, ut nullis aliis rebus gravioribus operam navare nec possit nec velit. *Ruhk.*

7. *Puto.... unco.* Apposite laudat Lipsius Theognid. 1145 (Brun.) : Ἀσπάλαθοί γε τάπησιν ὁμοῖον στρῶμα θανόντι. De *unco*, quo a carnifice mortui imprimis per vias publicas ad Tiberim s. ad scalas Gemonias trahebantur, nota sunt omnia. *Ruhk.*

8. *Otium sine litteris... sepultura.* Egregium effatum, quod cuique in memoriam revocavit et illud Ciceronis (Orat. pro Arch. c. 7) : « Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium et solatium præ-

Digitized by Google

Quid denique prodest[1] secessisse? tanquam non trans maria nos sollicitudinum causæ prosequantur[2]. Quæ latebra est, in quam non intret metus mortis? quæ tam munita, et in altum subducta vitæ quies, quam non dolor territet? Quocumque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quæ circumeunt nos, quo[3] aut fallant, aut urgeant; multa intus, quæ in media[4] solitudine exæstuant.

Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non[5] transit. Insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus[6], fortuna longas manus; neminem occupat, nisi hærentem sibi. Itaque, quantum possumus, ab illa resiliamus; quod sola præstabit sui naturæque cognitio. Sciat quo iturus sit, unde ortus; quod illi bonum, quod malum sit; quid petat, quid devitet; quæ sit illa Ratio, quæ appetenda ac fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania, timorum sævitia compescitur. Hæc quidam putant ipsos, etiam sine Philoso-

bent; delectant domi, etc.»: et illud Albinovani (ap. *Wernsdorf. Poet. Lat. Minor.* Vol. III p. 161): «Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.»

1. *Quid denique prodest* etc. Similia sunt Horatii illa celebria carm. lib. III, od. 1, vs. 37 sqq.: «Timor et Minæ Scandunt eodem quo dominus, neque Decedit ærata triremi; et Post equitem sedet atra Cura.» *R.*

2. *Prosequantur.* Sic ed. *R.* et quatuor codd. Palat. Vulgo *persequantur. Schw.*

3. *Quo.* Hic ponitur pro *ut.*

4. *Quæ in media.* Vulgo *quæ etiam in med.* ex scholio. *Schw.*

5. *Non transit.* Aberratio librarii haud infelix est in uno Lipsii codice: *non traxit*, i. e. non dejecit, evertit, Lipsio explicante, non probante. Similiter dixit Antisthenes ap. Diog. Laert. VI, 13: τεῖχος ἀσφαλέστατον, φρόνησιν· μήτε γὰρ καταῤῥεῖν, μήτε προδίδοσθαι, quæ in proverbium abiere. *Ruhk.*— *Non transit.* Int. Non potest exsuperare.

6. *Ut putamus.* Nos homines, ex vulgi sententia. Cæterum hæc mere stoica sunt, quum virtus sola sufficiat ad beatitatem, Sapiens se solo contentus, solus liber, solus rex sit. *Ruhk.*

Digitized by Google

phia, repressisse[1] : sed, quum securos aliquis casus expertus est, exprimitur sera confessio; magna verba excidunt[2], quum tortor poposcit manum, quum mors propius accessit. Possis illi dicere : Facile provocabas mala absentia; ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas! ecce mors, quam contra multa animose loquutus es! sonant flagella, gladius micat : 6

Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo[3]!

Faciet autem illud firmum assidua meditatio, si non verba exercueris, sed animum; si contra mortem te præparaveris, adversus quam non exhortabitur, nec attollet, qui cavillationibus tibi persuadere tentaverit, mortem malum non esse. Libet enim[4], Lucili, virorum optime, ridere ineptias Græcas, quas nondum, quamvis mirer[5], excussi. Zenon noster hac collectione utitur : « Nullum malum gloriosum est; mors autem gloriosa est; 7

1. *Repressisse.* Melius est quam *repperisse*, quæ Lipsii conjectura est. *Hæc quidam... repressisse.* Laudat tales viras romanos Cicero in Or. pro Arch. c. 7. *Ruhk.*

2. *Magna verba excid.* Deficiunt, evanescunt: quæ apud Tibull. II, 6, 12, sunt fortia verba, i. jactatio, ubi nostrum locum attulit Heynius. *R.*

3. *Nunc... firmo!* Æneid. lib. VI. Sic Sibylla Æneam adhortatur, quum illi viam aperit ad inferos per medias tenebras.

4. *Libet enim... excussi.* Attigit noster has ineptias cavillationesque Græcas non semel in libris suis, sed nondum in eas sese inquisivisse, eas *excussisse*, miratur. Moneo hoc, quoniam video Lipsium sensum abjiciendi h. l. invenisse atque idcirco locum emendasse. Cf. Var. Lect. Cæterum in hoc distabant Stoici recentiores a veteribus suis præceptoribus, Zenone al., ut Socratis ratione prælata dialecticam, cujus Stoæ conditores studiosissimi erant, aspernarentur atque parum caute abusum ab usu separare negligerent. Cf. *Conz.* lib. laud. p. 13 sq. Vocabant autem hos syllogismos more, græcorum, *interrogationes*, ἐρωτήματα : propositiones enim interrogando efferebant, atque inde conclusiones nectebant dialectici. Vide Ernesti Lexic. rhet. Græc. h. v. et Intpp. ad Arrian. Diss. I, 7, 1. II, 18, 18. *Ruhk.*

5. *Mirer.* Lipsius conjicit *mirere*, sed *mirer* tenent libri omnes; scil. non admirer, sed mirer quam sint ineptæ. *Schw.* — Bene habet *mirer*. Scilicet, sensus est : Quamvis mirer, me has ineptias nondum excussisse, i. e. accurate in eas nondum inquisivisse. *Ruhk.*

Digitized by Google

8 mors ergo non est malum. » Profecisti! liberatus sum metu; post hæc non dubitabo porrigere cervicem! Non vis severius loqui, nec morituro risum movere? Non mehercule facile tibi dixerim, utrum ineptior fuerit, qui se hac interrogatione judicavit mortis metum extinguere, an qui hoc, tanquam ad rem pertineret, conatus est solvere [1]. Nam et ipse interrogationem contrariam opposuit, ex eo natam, quod mortem inter indifferentia [2] po-
9 nimus, quæ ἀδιάφορα Græci vocant. « Nihil, inquit, indifferens gloriosum est : mors autem gloriosum est : ergo mors non est indifferens. » Hæc interrogatio vides ubi obrepat. Mors non est gloriosa; fortiter mori gloriosum est : et, quum dicit « indifferens nihil gloriosum est, » concedo tibi ita, ut dicam, nihil gloriosum esse, nisi circa indifferentia [3]. Tanquam indifferentia esse dico [4] (id est, nec bona, nec mala) morbum, dolorem, paupertatem, exsilium, mortem. Nihil horum
10 per se gloriosum est, nihil tamen sine his : laudatur enim non paupertas, sed quem non submittit, non incurvat; laudatur non exsilium, sed qui hoc non [5] doluit; laudatur non dolor, sed ille, quem nihil coegit dolor; nemo mortem laudat, sed eum, cui mors ante abstulit

1. *Solvere.* Int. refutare hoc argumentum.

2. *Indifferentia*, i. e. externa, quæ non in potestate nostra posita sunt : vel æstimatione digna, vel indigna. Cf. ad Epist. LXXI, 32. Lipsii Manud. II, 23. *Ruhk.*

3. *Nisi circa indifferentia :* quia scilicet non mors aut dolor per se gloriosa sunt; sed illa fortiter perferendo gloria comparatur.

4. *Tanquam indifferentia esse dico (id est, nec bona, nec mala) morbum*, etc. Egregie hæc Gronov. sic constituit, codd. et Grut. et Erf. Heinsianisque addicentibus. Particula *tanquam* Senecam uti pro veluti, exempli gratia, jam præfatus est olim Erasmus, et *id est*, quæ voculæ alias suspectæ esse solent, bene habet. Antea : *Indifferentia autem esse dico, nec bona, nec mala, tanquam morbum*, etc. *Ruhk.*

5. *Sed qui hoc non doluit.* Meus, et quidam hic auctiores : *non doluit, quamvis isset :* quod et in Pinciani

Digitized by Google

animum, quam conturbavit. Omnia ista per se non sunt honesta, nec gloriosa : sed, quidquid ex illis Virtus adiit tractavitque, honestum et gloriosum facit. Illa in medio 11
posita sunt; interest, utrum malitia illis, an Virtus, manum admoverit. Mors enim illa, quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus [1], qui, quum periturus mortis moras quæreret, ad exonerandum ventrem [2] secessit, et, evocatus ad mortem jussusque præbere cervicem : *Præbebo*, inquit, *ita vivam* [3] ! Quæ dementia est fugere, quum retro ire non possis ? *Præbebo*, inquit, *ita vivam!* pæne adjecit, *vel sub Antonio* [4] ! O hominem dignum, qui vitæ dederetur [5] ! 12

Sed, ut cœperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse, nec bonum : Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res, quod non habuit decus, virtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus; hoc idem obscurissimum est nocte : dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis, quæ a nobis *indifferentia ac media* di-

fuit. Lego, *quamvis esset. Lipsius.*

1. *Brutus.* Non hic intelligendus est Marcus Brutus; sed Decimus ille Brutus, unus ex interfectoribus Julii Cæsaris. Galliam cisalp. sortitus, in Octavii partes transfugerat, quum M. Antonius, a. U. C. 710, sibi ut provincia hæc ab illo traderetur, postulasset. Neganti bellum ab Ant. illatum, quod *mutinense* vocatur, quippe Mutinæ obsesso. Mox M. Antonius in fugam versus Octavium sibi conciliavit, et Dec. Brutum utrique eorum diffisum et a L. Planco al. relictum, quum ad M. Brutum properaret, interfici jussit. Appian. Bell. Civ. III, extr. Vellei. Paterc. II, 64 al. Discedit. Dio Cass. 16, 53. Cf. val. Max. l. IX, c. 13, § 3. *Ruhk.*

2. *Ad exonerandum ventrem.* Senecæ hoc fide nititur : nemo alius, quos hodie legimus, impegit. De Cn. Carbone hoc saltem Valerius, lib. IX, 13, qui, tertio consulatu suo, jussu Pompeii, ad supplicium ductus, petiit a militibus demisse, ut sibi alvum allevare, priusquam exspiraret, liceret : quo miserrime lucis usu diutius frueretur. *Lipsius.*

3. *Præbebo... ita vivam. Lagrange* explicat : *Je le présenterai ; que ne suis-je aussi sûr de vivre!*

4. *Vel sub Antonio*, sub quo nemo sanus vitam honestæ morti præposuerit. Animum igitur vilissimum patefecit, quocumque modo vitam servare cupiens. *Ruhk.*

5. *Vitæ dederetur*, ut supplicio.

Digitized by Google

cuntur, divitiis, viribus, formæ, honoribus, regno; et contra, morti, exsilio, malæ valetudini, doloribus, quæque alia aut minus aut magis pertimuimus, aut malitia
13 aut virtus dat *Boni* vel *Mali* nomen. Massa per se nec calida, nec frigida est: in fornacem conjecta concaluit; in aquam remissa refrixit. Mors honesta est per illud, quod honestum est; id est Virtus, et animus externa contemnens.

Est et horum, Lucili, quæ appellamus *Media*[1] grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est, quomodo utrum capillos[2] pares habeas, necne: mors inter illa est, quæ mala quidem non sunt, tamen habent mali
14 speciem. Sui amor est, et permanendi conservandique se insita voluntas, atque aspernatio dissolutionis; quia videtur multa nobis bona eripere, et nos ex hac, cui assuevimus, rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod hæc[3] jam novimus; illa, ad quæ transituri sumus, nescimus qualia sint, et horremus[4] ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est, in quas ad-
15 ductura mors creditur. Itaque etiam si indifferens mors est, non tamen inter ea est quæ facile negligi possint: magna exercitatione durandus est animus, ut conspectum ejus accessumque patiatur. Mors contemni debet magis, quam solet: multa enim de illa credimus[5], multorum in-

Nempe vita, sub imperio Antonii ducenda, cuilibet forti viro supplicium videri debuit.

1. *Quæ appellamus Media.* Quæ nec appetitum nec aversionem movent, μήτε ὁρμῆς, μήτε ἀφορμῆς κινητικά, ideoque neque boni, neque mali speciem habent. *Ruhk.*

2. *Utrum capillos.... necne.* Hoc exemplo solemniter Stoici utebantur: Vid. Diog. Laert. VII, 104; ubi Menagius nostri loci memor fuit. *R.*

3. *Hæc.* Sc. mundum hunc, in quo vivimus et ea quæ in eo sunt.

4. *Horremus ignota.* Eodem sensu apud Tacitum Vit. Agric. 30: «Omne ignotum pro magnifico est.»

5. *Multa enim de illa credimus.* Cf. Epist. XXIV, 17. Horat. Carm. I, 4, 16, ibique Mitscherlich. *Ruhk.*

Digitized by Google

geniis certatum est ad augendam ejus infamiam; descriptus est carcer infernus, et perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens janitor Orci,

> Ossa super recubans antro semesa cruento,
> Æternum latrans exsangues *territat* umbras [1].

Sed, etiam quum persuaseris istas fabulas [2] esse, nec quidquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus: æque enim timent [3], ne apud inferos sint, quam 16
ne nusquam. His adversantibus [4], quæ nobis [5] offundit longa persuasio, fortiter pati mortem quidni gloriosum sit, et inter maxima opera mentis humanæ? quæ nunquam ad Virtutem exsurget, si mortem malum esse crediderit; exsurget, si putabit indifferens esse. Non recipit 17
rerum natura, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum judicat; pigre veniet, et cunctanter: non est autem gloriosum, quod ab invito et tergiversante fit. Nihil facit Virtus [6], quia necesse est. Adjice nunc, quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque affuit, cui nulla parte sui repugnavit. Ubi autem ad ma- 18
lum acceditur, aut pejorum metu, aut spe bonorum, ad

1. *Ossa.... umbras.* Versus sunt Virgilii Æn. VIII, 297; VI, 401.

2. *Fabulas*, μύθους, miras narrationes. *Ruhk.*

3. *Æque enim timent.* Est solita hysterologia: et vult dictum: Æque timent, ne nusquam sint (id est, pereant) quam ne apud inferos sint. *L.*

4. *His adversantibus.* Ruhk. interpret. Iis scil. hominibus, qui aspernantur ea, quæ nobis.... quidni gloriosum sit? Nobis autem minime sensus hic esse videtur, sed talis: Quum ea quæ longa offundit persuasio, i. e. quæ a pueritia timere didicimus, adversentur ne mortem æquo animo interritisque oculis prospiciamus, quidni gloriosum sit fortiter pati mortem, etc.

5. *Offundit.* Sequor Gronovium, qui ex duobus Gallic. et Erf. restituit, quum antea esset: *offudit, infundit.* Accedit quod *offundere terrorem, tenebras* satis vulgaris dictio est, conf. Gronov. Obss. IV, 21 p. 766 Lips. *Ruhk.*

6. *Nihil facit Virtus.* Virtus et ratio ap. Stoicos semper conjunctæ cogitantur: etiamsi necessitudinis argumenta gravissima non intellexerit, hoc nihil impediet: necesse est: hoc postulat natura, cui convenienter vivere co-

Digitized by Google

quæ pervenire[1] tanti sit devorata unius mali patientia; dissident inter se judicia facientis : hinc est quod jubeat proposita perficere, illinc quod retrahat et ab re suspecta ac periculosa fugiat[2] : igitur in diversa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit; non timet quod facit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Qua tua te fortuna sinet[3]!

19 Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc e pectore est : alioquin hæsitabit[4] impetum moratura suspicio ; trudetur in id quod invadendum est.

Nostri quidem[5] videri volunt Zenonis interrogationem veram esse, fallacem autem alteram et falsam, quæ illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem dialecticam, et ad illos artificii veternosissimi nodos : totum genus istud exturbandum judico, quo circumscribi se, qui interrogatur, existimat, et ad confessionem perductus aliud re-
20 spondet, aliud putat. Pro veritate simplicius agendum est; contra metum fortius. Hæc ipsa, quæ volvuntur ab

gimur. *Ruhk.* — Quæ Ruhkopfii interpretatio paulo obscurior nobis videtur: certe auctor significare voluit: Dum plerique homines ad mortem pigre veniant, inviti et tergiversantes, atque ideo tantum illam sequantur, quia necesse est, nec eam vitare possunt; contra hominem virtute præditum nihil agere quia necesse est, id est, nihil invitum agere, nullam in rem cogi; sed mortem sequi libenter atque ultro, quia illam malum esse non putat.

1. *Ad quæ pervenire... patientia :* ad quæ comparanda bona operæ pretium est, ut devores unius mali patientiam; quæ nimii emisse non putes unius mali patientia.

2. *Fugiat.* Vulgo *fuget* a Mur. ex Pinciani conject. sed *fugiat* tenent vett. libri omnes. *Schw.*

3. *Tu ne.... sinet.* Versus sunt Virgilii Æn. VI, 95 et 96.

4. *Alioquin hæsitabit impetum moratura suspicio.* Emendarunt Muretus, Gruterus, Lipsius *hebetabit :* at Gronovius vulgatam explicat : ipse formidolosus impetum et alacritatem suspicione moraturus et infracturus hæsitabit. *Ruhk.*

5. *Nostri quidem... putat.* Seneca pluries ostendit, se adversari Dialecticæ *veternosæ*, quæ veternum obducit interrogato, ut nihil respondere queat, nec in verba magistri

Digitized by Google

illis, solvere malim et expandere[1], ut persuadeam, non ut imponam. In aciem educturus exercitum, pro conjugibus ac liberis mortem obiturum, quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios[2], totum reipublicæ bellum in unam transferentes domum. Laconas[3] tibi ostendo, in ipsis Thermopylarum angustiis positos : nec victoriam sperant[4], nec reditum; ille locus illis sepulcrum futurus est. Quemadmodum exhortaris, ut totius gentis ruinam 21
objectis corporibus excipiant, et vita potius, quam loco, cedant? Dices? « Quod malum est, gloriosum non est; mors gloriosa est; mors ergo non malum. » O efficacem concionem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus, et stans mori? At ille Leonidas quam fortiter illos allocutus est! « Sic, inquit, commilitones, prandete, tanquam apud inferos cœnaturi! » Non in ore 22
crevit cibus, non hæsit in faucibus, non elapsus est manibus; alacres illi[5] et ad prandium promiserunt, et ad cœnam. Quid? dux ille[6] Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, quum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic allocutus est : « Ire, commilito-

jurare. Cf. hanc Ep. ad § 7. *Ruhk.*

1. *Expandere*, i. e. explicare : nam rhetorem, non dialecticum agere vult et agit. Pro *expandere*, alii *expendere*, male. *R.* — Quodam loco Cicero dialecticam repræsentat imagine pugni, eloquentiam autem palmæ adapertæ, ut omnia expandantur eloquentia quæ inclusa in dialectica continebantur.

2. *Fabios.* Quis ignorat Fabios trecentos illos ad Cremeram cecidisse a. U. 277 a Veientibus patriam defendentes? e Livio II, 50. *Ruhk.*

3. *Laconas.* Respicit Leonidam cum Laconibus suis ad Thermopylas a Persis obtruncatum, vel e Ciceronis Tusc. dispp. lib. I, cap. 42 et sqq. *R.*

4. *Sperant.* Sic *R. A. c.* Alii vulgo *sperantes. Schw.*

5. *Alacres illi et ad... promiserunt* sc. se ituros esse : nota formula dicendi eorum, qui invitationem accipiunt. *Ruhk.*

6. *Quid dux ille... necesse.* Cic. Tusc. I, 42 : « Sed quid duces et principes nominem, quum legiones scribat Cato sæpe alacres in eum locum profectas, unde redituras non arbitrarentur? » Aul. Gell. Noct. att. lib. III, c. 7, e Catonis libris Originum Q. Cædicium tribunum milit. Florus, lib. II, c. 2, Calpurnium Flam-

Digitized by Google

nes, illo necesse est, unde redire non est necesse. » Vides quam simplex et imperiosa Virtus sit. Quem mortalium circumscriptiones vestræ fortiorem facere, quem
23 erectiorem possunt? Frangunt animum, qui nunquam minus contrahendus est, et in minuta ac spinosa cogendus, quam quum aliquid grande componitur[1]. Non trecentis[2], sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces[3], malum non esse? quomodo opiniones totius ævi, quibus protinus infantia imbuitur,
24 evinces? quod auxilium invenies? quid dices imbecillitati humanæ? quid dices, quo inflammati in media pericula irruant? Qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenii viribus, obnixam contra te persuasionem humani generis avertis? Verba mihi captiosa componis, et interrogatiunculas nectis? Magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illam[4] in Africa sævam, et Romanis legio-
25 nibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisque petierunt; ne pilo quidem[5] vulnerabilis erat, quum in-

mam, alii alium tali facto insignem laudant. *Ruhk.* — Cæterum ducem illum fuisse Q. Cæditium opinor, qui CCCC milites duxit in montem, imo in mortem, per medios hostium cuneos. A. Gellius et Florus in primo bello Punico, etsi alius aliter Virum appellat. *Lipsius.*

1. *Grande componitur.* Meus *componit. Lipsius.*

2. *Non trecentis* illis Lacedæmoniis. *Ruhk.*

3. *Doces.* Sic *R. A. c.* Vulgo *docebis. Schw.*

4. *Serpentem illam.* Quæ exercitum Reguli in Africa bellum gerentis conterruit. Vid. Aul. Gell. Noct. att. lib. VI, cap. 3. Val. Max. lib. I, cap. 8, § 19. Plin. Hist. Nat. lib. VIII, cap. 14. Videtur monstrum illud a quo tantum terroris Romanis injectum est, fuisse hujus generis quo adhuc hæc regio infestatur; quas serpentes arborum truncis similes esse viatores affirmant: boves totos vorant, postquam eos nexibus suis implicuerunt, eorumque ossa vi perfregerunt, ut commode possint collisa membra particulatim ore ingerere. *Adanson* dicit se vidisse in Senegali campos istis monstris plenos.

5. *Ne pilo quidem.* Inepte vulgo, *ne Python quidem*, invitis libris vett. nam *Phycio* dabat ed. *R. Pythio* ed. Ven. *Phiton* ed. *A. Phitos* ms. *c.* In eisdem vitiis oberrant codd. Grut. Nihil, non dico, probabilius, sed nihil certius emendatione Erasmi,

Digitized by Google

gens magnitudo, pro vastitate corporis solida, ferrum, et quidquid humanæ torserant manus, rejiceret : molaribus demum fracta saxis est. Et adversus mortem tu tam minuta jacularis? subula leonem excipis? Acuta sunt ista quæ dicis : nihil est acutius arista. Quædam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Vale.

quam secutus sum. *Schw.* — Lipsius et Ruhk. qui *Python* ediderant ipsi lectionem suam damnaverant, meliorem que desiderare se dicebant.

EPISTOLA LXXXIII.

DEUM INSPICERE HOMINUM ANIMOS. — REVERTITUR AD STOICORUM ARGUTIAS, PRÆSERTIM DE EBRIETATE.

Amico narrat, quid hodie fecerit, et cui rei animum adjecerit. Quum totam hanc diem inter stratum et lectionem dividerit, minimum exercitationi dederit, nulla externa re, neque somno, neque strepitu et clamore Circensium interpellatus, disputationi, quam priore epistola tractaverat, animum se admovisse ait, cur viri prudentissimi, et in his Zeno, maximas res levissimis probaverint argumentis. Confutat igitur hunc stoicæ sectæ conditorem, quod dogmatis veri (Bonum virum non futurum ebrium), probationem levissimam et perplexam fecerit. Multo magis in id incumbendum esse philosopho monet, ut turpitudinem ebrietatis doceat. Utiliter conferas cum his Stob. Serm. XVII, p. 353 sq. Schow.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Singulos dies tibi meos, et quidem totos, indicari jubes. Bene de me judicas, si nihil esse in illis putas, quod abscondam. Sic certe vivendum est, tanquam in conspectu vivamus; sic cogitandum, tanquam aliquis in pectus intimum inspicere possit. Et potest! Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil Deo clu-

Digitized by Google

sum est[1] : interest animis nostris, et cogitationibus mediis intervenit. Sic, intervenit[2], dico? tanquam aliquando
2 discedat! Faciam ergo quod jubes, et, quid agam, et quo ordine, libenter tibi scribam. Observabo me protinus ; et, quod est utilissimum, diem meum recognoscam[3]. Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit. Quid facturi simus, cogitamus, et id raro ; quid fecerimus, non cogitamus : atqui consilium futuri ex præterito venit. Hodiernus dies solidus est ; nemo ex illo quidquam mihi eripuit ; totus inter stratum[4] lectionemque divisus est ;
3 minimum exercitationi corporis datum. Et hoc nomine ago gratias senectuti : non magno mihi constat[5]; quum me movi, lassus sum : hic autem[6] exercitationis, etiam

1. *Nihil Deo clusum est*, etc. Hæc ipsa egregia de omniscientia et omnipræsentia divina sæpius exponit Noster, e. c. Epist. x, 5 ; in libro de Providentia ; Natur. Quæst. II, 45. « Vis Deum mundum vocare? Non falleris. Ipse enim est totum quod vides, totus operibus suis inditus. » Ep. XCVII. « Totum hoc, quo continemur, et unum est, et Deus est : et socii ejus et membra sumus. » Ep. XCV, 37, sq. Has altiores de Deo sententias apud recentiores imprimis Stoicos invenire licet, quippe qui id summa cum cura agebant, ut dogma summum de virtute exercenda adjuvarent doctrina de Deo explicanda, atque adeo religionis principia ex ethica deducerent, et ad eam firmandam uterentur. Cf. *Conz Abhandlungen*, p. 52 sq. *R.* — Epictetus lib. II. Dissert. cap. 8 : « Dei statua aut simulacro præsente, non ausis tale aliquid facere, qualia facis : ipso autem Deo intrinsecus præsente, et omnia inspiciente, et audiente, non verecundaris hæc cogitare, hæc agere, o ignare naturæ tuæ, et Diis infeste! »

2. *Sic, intervenit... discedat.* Correctio est : ille enim qui intervenire dicitur, videtur antea abfuisse ; Deus autem semper omnibus cogitationibus nostris interest. Vulgo scribitur sine interrogatione : *sic, intervenit dico, tanq. aliq. discedat.*

3. *Diem meum recognoscam.* Vertit bene *Lagrange : Tous les soirs je ferai la revue de mes journées.*

4. *Totus inter stratum lectionemque divisus est.* Vertit *Lagrange : Elle a été partagée tout entière entre le sommeil et la lecture.* At nobis Seneca non is videtur qui sibi, quod partem diei dormitasset, gratuletur : *stratum* idem ibi est quod lectus cui, ut supra docuimus, veteres incumbere solebant, quum se ingenii laboribus tradere cuperent ; ita ut interpreter *meditatione, non somno.*

5. *Non magno mihi constat.* Parum temporis studio eripit, quia non longa eget exercitatione.

6. *Hic autem exercit....finis est ;* scil. ut fatigetur. Hoc habet boni se-

Digitized by Google

fortissimis, finis est. Progymnastas[1] meos quæris? unus mihi sufficit Earinus, puer[2], ut scis, amabilis: sed mutabitur. Jam aliquem teneriorem quæro. Hic quidem ait, nos eamdem crisim[3] habere, quia utrique dentes cadant; sed jam vix illum assequor currentem, et intra paucissimos dies non potero: vide quid exercitatio quotidiana proficiat. Cito magnum intervallum fit inter duos itinere diverso[4] euntes: eodem tempore ille ascendit, ego descendo; nec ignoras, quanto ex his velocius alterum[5] fiat. Mentitus sum: jam enim ætas nostra non descendit, sed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? quod raro cursoribus evenit, hieran fecimus[6]. Ab hac fatigatione magis, quam exercitatione, in 4

nectus quod finem hunc (fatigationem) propiorem facit.

1. *Progymnastas.* Privatarum exercitationum vel socios vel moderatores. Cf. P. Faber Agonist. III, 11. *Ruhk.*

2. *Earinus. Earius, Pharius* aberrationes librariorum esse videntur. *Ruhk.* — *Earinus, puer.* Quasi vernus et floridus, et tali nomine deliciæ etiam Domitiani. *Lips.*

3. *Eamdem cris. hab.* Eadem conditione corporis uti. Cf. Ep. XII. 3. *R.*

4. *Itin. diverso.* Nempe alter in pueritiæ cursu, alter in senectutis clivo.

5. *Quanto... fiat.* Me longe velocius descendere ad mortem, quam illum ad virilem ætatem ascendere.

6. *Hieran fecimus.* Omnium codd. et edd. vera lectio est; exceptis duobus mss. palat. et col. ap. Gruter. quorum alter præstat *moram f.* alter *diætam f.* in quibus facile glossas agnoscas. Cæterum locutionis hujus aliud exemplum deest. Sensus tamen esse videtur: Ita cucurrimus, ut uterque fessus fuerit; at, quod cursoribus raro evenit, neuter vicerit. In ipso cursu sacram lineam (ἱερὰν γραμμὴν) fecimus, metam non consecuti præ fatigatione. Unde tropus desumptus sit, non liquet. Verisimile sit, allusisse ad mediam ex quinque lineis tabulæ aleatoriæ, sacram dictam, ad quam lusores pæne victi perfugiebant. Cf. Pollux IX, 7. Muretus explicat de media in stadio linea, ad quam ambo fessi pervenerint: nulla tamen probatione allata. Lipsius, Polybii (I, 58, 5 ed. Schweigh.) memor, credit morem fuisse, ut in victoria ambigua Deo sacraretur corona, quod ἱερὸν (sc. στέφανον) ποιεῖσθαι Græci dixerunt: quam explicationem Casaubon. quoque ad Persium p. 15 sq. amplectitur, provocans ad Aul. Gell. XVIII, 2: si nemo dissolvebat quæstionis nodum, præmium ipsum et corona deo, cujus id festum erat, dicabatur. Sed quum de nullo festo, nec de deo, cui illud sacrum fuisset, h. l. sermo sit, interpretatio illa rejicula esse videtur. *Ruhk.*

Digitized by Google

frigidam descendi : hoc apud me vocatur parum calda. Ille tantus Psychrolutes [1], qui Kalendis Januariis Euripum salutabam [2], qui anno novo [3], quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem [4] desilire, primum ad Tiberim [5] transtuli castra, deinde ad hoc solium [6], quod, quum fortissimus sum, et omnia bona fide fiunt, sol temperat. Non multum mihi ad balneum [7] superest. Panis deinde siccus [8], et sine mensa prandium [9], post quod non sunt lavandæ manus. Dormio

1. *Psychrolutes.* Ψυχρολούτης, qui frigida aqua corpus lavat, et balneo lætatur frigido. Cf. Ep. 53, 3. *Ruhk.* — Idem de se Horatius, lib. I. Ep. xv, v. 4 : « Gelida quum perluor unda Per medium frigus. »

2. *Euripum salutabam.* In planissimam hanc scripturam, qua nihil aptius excogitari poterat, consentiunt *R. A. c.* et Gruteri codd. omnes, neque aliam e suis vel Pincianus vel Opsopœus laudavit. Quo magis miretis, Lipsio probatam fuisse illam ex Erasmi ora, *in Euripum saltabam*, quam tenuere posteriores editores. *Schw.* — *Euripum* fossam tria Circi latera circumfluentem, quem, Plinio N. H. VIII, 7 narrante, Nero postea sustulit, equiti loca addens. *R.* — Lipsius affirmat *Euripum* hortis et prætoriis ex more fuisse.

3. *Qui anno novo.* Mos erat, ut kalendis Januariis quisque artes suas aut opificia delibaret, auspicii causa. Ita ego, inquit, tunc solemniter in frigidam desiliebam. De more, videsis quæ scripsi ad Annalem Taciti IV, in verba *Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum. Lipsius.* Laudat *Lagrange* hos Ovidii versus : « Janus ait : Tempora commisi nascentia rebus agendis, Totus ab auspicio ne foret annus iners. Quisque suas artes ob idem delibat agendo, Nec plus quam solitum testificatur opus. » Fast. lib. I, vers. 166 et sqq.

4. *In Virginem desilire.* Sic appellabatur aqua quæ nec sole, nec igne calucrat. Martialis lib. XIV, 163: « Virgine vis sola lotus abire domum. » Alibi *crudam* dicit *Virginem*. « Marcus Agrippa aquam Virginem adduxit ab Octavi lapidis diverticulo II M. pass. prænestina via. Juxta est Herculaneus rivus, qui refugiens Virginis nomen obtinuit. » (Plin. Nat. Hist. lib. XXXI. cap. 3.) « Virgo appellata est, quod quærentibus aquam militibus, puella virguncula venas quasdam monstravit, quas secuti qui foderunt, ingentem aquæ modum invenerunt. » (Frontin. de Aquæduct. lib. I.) Cf. *Adlers Beschreib. der stadt. Rom.* p. 77.

5. *Ad Tiberim.* Qui mitior Virgine et egelidior. *Lips.*

6. *Ad hoc solium.* Quo domi nunc utor, aqua a sole, si non ab igne, temperata.

7. *Non multum mihi ad balneum.* Quo gloriatur in omnem vitam se abstinuisse. Ep. CVIII.

8. *Panis deinde siccus.* Sine obsonio. Cf. Ep. CVIII, 15 sq.

9. *Et sine mensa prandium.* Quod stans et de manu sumebat. *Lips.* Ro-

Digitized by Google

minimum. Consuetudinem meam nosti : brevissimo somno utor, et quasi interjungo[1]. Satis est mihi, vigilare desiisse; aliquando dormisse me nescio[2], aliquando suspicor. — Ecce Circensium[3] obstrepit clamor; subita aliqua et universa voce feriuntur aures meæ, nec cogitationem meam excutiunt, nec interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero; multæ voces, et in unum confusæ, pro fluctu mihi sunt aut vento silvam verberante, et cæteris sine intellectu sonantibus.

Quid ergo est, nunc cui animum adjecerim ? Dicam. 7
Superest[4] ex hesterno mihi cogitatio, quid sibi voluerint prudentissimi viri, qui rerum maximarum probationes levissimas et perplexas fecerunt; quæ, ut sint veræ, mendacio tamen similes sunt. Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon[5], vir maximus, hujus sectæ fortissimæ ac sanctissimæ conditor. Audi ergo quemadmodum colligat, virum bonum non futurum ebrium : « Ebrio secretum sermonem 8
nemo committit; viro autem bono committit; ergo vir bonus ebrius non erit. » Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur, attende; satis enim est, unam ponere ex multis : Dormienti nemo secretum sermonem

mani solebant semel accumbere mensæ ut vescerentur, quæ cœna vespere fiebat. Quibus autem per stomachum non licebat usque ad hanc cœnam expectare, mane placabant ventrem, vel pane tantum, vel etiam melle, sale, ovis, ficis, lacte. Vide doctas quas protulit *Saumaise* notas ad vitam imperatoris Taciti a Vopisco scripta, cap. 11, tom. II, pag. 614. (E notis *Lagrange* versum.)

1. *Quasi interjungo.* Ita meliores libri, et est honesta traductio ab aurigis. Vide de Tranquill. cap. 15. Vertit *Lagrange* : *Je n'ai que des assoupissemens fort courts et entrecoupés.*

2. *Dormisse me nescio* commodissime dederunt ed. *A.* et ms. *c.* Alii vulgo, *dormire me scio. Schw.*

3. *Circensium.* Ludorum. Seneca videtur in vicinia Circi maximi, in regione XI urbis habitasse : quo et mentio Euripi et spectaculi (Epist. LXXX) ducit. De hoc Circo confer. Adler. p. 324 sq. *Ruhk.*

4. *Superest... sunt.* Cf. Epist. prior, § 7 sq. *Ruhk.*

5. *Zenon* Cittiæus, Stoæ conditor. Cf. Consol. ad Helv. 12. De eo et *Po-*

Digitized by Google

committit; viro bono autem committit; ergo vir bonus non dormit. Quo uno modo potest, Posidonius Zenonis
9 nostri causam agit; sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Ait enim, « ebrium duobus modis dici : altero, quum aliquis vino gravis est et impos sui; altero, si solet ebrius fieri[1], et huic obnoxius vitio est. Hunc a Zenone dici, qui soleat fieri ebrius, non qui sit : huic autem neminem commissurum arcana, quæ per vinum eloqui possit. » Quod est falsum. Prima enim illa interrogatio complectitur eum, qui est ebrius, non eum qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes inter ebrium et ebriosum : potest et qui ebrius est, tunc
10 primum esse, nec habere hoc vitium; et qui ebriosus est, sæpe extra ebrietatem esse. Itaque id intelligo, quod significari verbo isto solet; præsertim quum ab homine diligentiam professo ponatur et verba examinante. Adjice nunc, quod, si hoc intellexit Zenon, et nos intelligere voluit, ambiguitate verbi quæsivit locum fraudi : quod faciendum non est, ubi veritas quæritur. Sed sane hoc
11 senserit[2]; quod sequitur, falsum est, ei, qui soleat ebrius fieri, non committi sermonem secretum. Cogita enim, quam multis militibus, non semper sobriis, et imperator, et tribunus, et centurio, tacenda mandaverit. De illa C. Cæsaris cæde (illius dico, qui superato Pompeio rempublicam tenuit) tam creditum est Tillio Cimbro, quam C. Cassio : Cassius tota vita aquam bibit; Tillius

sidonio egit uberrime Fabric. Bibl. Gr. Vol. III, p. 579 sq. 572 sq. *R.*

1. *Si solet ebrius fieri.* Ita, si græce μεθύειν dixit Zeno, in utrumque ea vox valet. At vix latinis : et μεθυστικὸς sive qui solet et gaudet *ebriosus* dicitur. Syllogismi quidem hujus Diog. Laert. non meminit, affert tamen VII, 118 cum not. Menag. Zenonis dogma : vinum quidem bibere sapientem, non autem inebriari (οἰνωθήσεσθαι μὲν, οὐ μεθυσθήσεσθαι δέ). Cf. Lipsii Manud. III, 18. *Ruhk.*

2. *Hoc senserit.* Id est, verbum posuerit in eo sensu, ut significet eum qui solet ebrius fieri.

Digitized by Google

Cimber et nimius erat in vino, et scordalus[1]. In hanc rem jocatus est ipse : « Ego, inquit, quemquam [2]feram, qui vinum ferre non possum ? » Sibi quisque nunc nomi- 12
net eos, quibus scit et vinum male credi, et sermonem bene ; unum tamen exemplum, quod occurrit mihi, referam, ne intercidat : instruenda est enim vita exemplis illustribus ; non semper confugiamus ad vetera. [3]L. Piso, Urbis custos, ebrius, ex quo semel factus est[4], fuit : majorem partem noctis in convivio exigebat ; usque in horam sextam fere dormiebat : hoc ejus erat matutinum. Offi- 13
cium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic et divus Augustus dedit secreta mandata, quum illum præponeret Thraciæ[5], quam perdomuit ; et Tiberius, proficiscens in Campaniam, quum multa in Urbe et suspecta relinqueret et invisa. Puto, quia illi bene cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum[6] fecit Urbis præfectum, virum gravem, moderatum, sed mersum vino et madentem ; adeo ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, oppressus inexci-

1. *Tillius Cimber... scordalus*, loquax et litigiosus. Cf. Ep. LVI, § 2 ; de Ira III, 30. *Bentley* ad Horat. Serm. I, 6, 24. *Ruhk*.

2. *Quemquam feram*. Supra me dominum, nempe Cæsarem.

3. *L. Piso*. Suetonius in Tiberio : « Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit : quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis confestim detulit. » De eodem L. Pisone Velleius libro secundo : « Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in arma accersitis, L. Pisonis, quem hodieque diligentissimum atque eumdem lenissimum securitatis urbanæ custodem habemus, virtus compressit. » Conf. Plin. N. H. XIV, 28.

4. *Ex quo semel factus est*. Ita scripti meliores. Si recte, sensum puto : post unam illam ebrietatem, quæ præfectum urbis fecit, placuit semper esse ebrium. Vel etiam, quum semel in die ebrius, semper erat, non desistebat. Vertit *Lagrange : Il ne cessa pas d'être ivre, depuis le moment où il fut mis en place*.

5. *Præponeret Thraciæ*. Hæc in Tacito, et meo commentario. *Lips*.

6. *Cossum* quinquennio postquam in Campaniam iverat, et post mortem Pisonis, Tacito referente. An

Digitized by Google

14 tabili somno, tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit, quæ committenda ne ministris quidem suis judicabat. Nullum Cosso aut privatum secretum, aut publicum elapsum est. Itaque declamationes istas de medio removeamus : « non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus : quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, et omne quod in imo jacet, in summam partem vis caloris ejectat; sic vino exæstuante, quidquid in imo jacet
15 abditum, effertur, et prodit in medium : onerati mero quemadmodum non continent cibum, vino redundante, ita ne secretum quidem ; quod suum alienumque est, pariter effundunt. » — Sed quamvis hoc soleat accidere, ita et illud solet, ut cum his, quos sciamus[1] libentius bibere, de rebus necessariis deliberemus[2]. Falsum est ergo hoc, quod patrocinii loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri, non dari tacitum[3].

16 Quanto satius est, aperte accusare ebrietatem, et vitia ejus exponere ? quæ etiam tolerabilis homo vitaverit, nedum perfectus ac sapiens, cui satis est sitim exstinguere ; qui, etiam si quando hortata[4] est hilaritas, aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo videbimus, an Sapientis animus[5] nimio vino turbetur, et

pater filiusve fuerit, non constat. *R.*

1. *Sciamus* libri vett. *Scimus* vulgo, a Mur. *Schw.*

2. *De rebus necessariis deliberemus.* Imo consilia tunc non liberiora tantum, sed meliora, in quibusdam præsertim ingeniis : de quo Plutarchum lege Quæst. conviv. cap. ult. *Lipsius.*

3. *Non dari tacitum.* Sic libri veteres ; nonnulli vero *dare ; mandari* malles, ut supra § 11, *tacenda mandaverit.* Sed et *dari* scribere licuerat Senecæ. *Commendari* e scholio marginali unius codicis Pal. in contextu posuit Ruhk. Est autem *commendare* etiam in contextu Par. *d. Schw.* — Sensus : Non mandari aut credi secretum : sed phrasis insolentior. An forte, *non nudari tacitum ? Lips.*

4. *Hortata* ed. *A.* cum ms. *c.* aliisque Modii, Opsop. et Grut. Vulgo *orta* ex ed. *R.* Nempe *ortata* olim scriptum fuerat, neglecta aspiratione. *Schw.*

5. *An sapientis animus.* Stoicum

Digitized by Google

faciat ebriis solita. Interim, si hoc colligere vis, « virum 17
bonum non debere ebrium fieri, » cur syllogismis agis? Dic[1], quam turpe sit, plus sibi ingerere quam capiat, et stomachi sui non nosse mensuram; quam multa ebrii faciant, quibus sobrii erubescant; nihil aliud esse ebrietatem, quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum, numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor, sed brevior. Refer Alexan- 18
dri[2] Macedonis exemplum, qui Clitum, carissimum sibi ac fidelissimum, inter epulas transfodit; et intellecto facinore, mori voluit, certe meruit[3]. Omne vitium ebrietas et incendit, et detegit; obstantem malis conatibus verecundiam removet. Plures enim pudore peccandi, quam bona voluntate, prohibitis abstinent. Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc libidinosus 19
ne cubiculum quidem exspectat, sed cupiditatibus suis, quantum petierint, sine dilatione permittit; tunc impudicus morbum confitetur[4] ac publicat; tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sævo, malignitas livido; omne vitium[5] laxatur et prodit. Adjice illam ignorationem sui; dubia et parum 20
explanata verba; incertos oculos; gradum errantem; ver-

enim dogma est, non fieri ebrium. Vide Manud. III, Dissert. XVIII. *L.*

1. *Dic.... nihil aliud esse.... insaniam.* Ita Pythagoras aiebat, τὴν μέθην μανίας εἶναι μελέτην, ebrietatem insaniæ esse meditationem. Diog. Laert. VIII, 9. *Ruhk.*

2. *Refer Alexandri.... meruit.* Cf. Arrian. IV, 8 qui rem omnem uberius tractavit. Res accidit ol. 112, 4. *Ruhk.*

3. *Certe meruit.* Est ex Gruteri conjectura assumptum: nam codd. fere et antiq. edd.: *delevit*, *diruit*, *decuit*, *eruit*, e quo fecit Grut. *meruit.* Pincianus conj. *deliluit.* Lipsius Epist. Quæst. lib. III, 9, *debuit. Ruhk.*

4. *Confitetur* omnium codd. et edd. lectio est, non *profitetur*, quod tenet Erasm. *Ruhk.*

5. *Laxatur*, id est, remotis carceribus emittitur. Recte hoc ex Lipsii conject. receperat Gron. pro *taxatur*, quod dabat ed. *R.* cum mss. Par. *a.*

Digitized by Google

tiginem capitis [1]; tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum; stomachi tormenta, quum effervescit merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi vis sua est : quid, quum somno vitiatur, et quæ ebrietas fuit, cruditas facta est?
21 Cogita, quas clades ediderit publica ebrietas [2]. Hæc acerrimas gentes [3] bellicosasque hostibus tradidit; hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit; hæc contumacissimos, et jugum recusantes, in alienum egit arbitrium; hæc invictos acie mero domuit. [4]Alexandrum, cujus modo feci mentionem, tot itinera, tot prælia, tot hiemes, per quas, victa temporum locorumque difficultate, transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria, tutum dimiserunt; intemperantia bibendi, et ille Herculaneus [5] ac fatalis scyphus condidit [6]. Quæ gloria est, ca-
22 pere multum? Quum penes te palma fuerit, et propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusaverint; quum superstes toti convivio fueris; quum omnes viceris virtute magnifica, et nemo tam vini capax fuerit; vinceris a

d. aliisque apud Grut. Vitiosius *texatur* Par. *b. Detexitur* ex ed. *A.* et msto Lipsii prætulit Ruhk. *Detegitur* ed. Erasm. Mur. et Lips. *Schw.*

1. *Vertiginem capitis.* Sicut mos erat Spartanis ante oculos filiorum ebrios homines proponere, ut suos ab ebrietate tam fœdi aspectus imagine deterrerent; sic Seneca non ibi per argutias ratiocinatur, sed veram fidelemque nobis exprimit ebrii hominis descriptionem.

2. *Publica ebrietas* quæ ad plures simul, vel ad integra castra, urbiumque præsidia pervenit. *Ruhk.* — Testis Virgilius, ait *Lagrange* : « Invadunt urbem somno vinoque sepultam. » Æn. lib. II, v. 265.

3. *Hæc acerrimas gentes... tradidit*, ut Massagetas Cyro, Herodot. I, 211. *Ruhk.*

4. *Alexandrum.... condidit.* Cf. Plut. in Alexandro, extr. qui aperte monstrat, scyphum Herculis non epotasse. Al. fuere tamen qui cum Nostro hoc narrarent. *Ruhk.*

5. *Ille Herculaneus scyphus* Bœotis ascribitur, qui Herculem imitantes, quem magnum edonem et bibonem (ἀδδηφάγον, πιμφάγον, βουφάγον, etc.) fuisse constat, argenteos scyphos fecerunt, quos Herculaneos vocavere. Lipsius laudat Athen. lib. XI et XII, Casaub. p. 783, Macrob. V, 21 not. *Ruhk.*

6. *Condidit.* Suppl. in sepulcro.

Digitized by Google

dolio. M. Antonium[1], magnum virum et ingenii nobilis, quæ alia res perdidit, et in externos mores ac vitia non Romana transjecit, quam ebrietas, nec minor[2] vino Cleopatræ amor? Hæc illum res hostem reipublicæ, hæc 23
hostibus suis imparem reddidit; hæc crudelem fecit, quum capita principum civitatis cœnanti referrentur; quum inter apparatissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret; quum vino gravis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod ebrius fiebat[3]; quanto intolerabilius, quod hæc in ipsa ebrietate faciebat? Fere vinolentiam crudelitas sequitur: violatur 24
enim[4] exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi, etiam ad minimam radii solis offensionem; ita ebrietates continuæ efferant animos. Nam quum sæpe apud se non sint[5], consuetudine insaniæ durata vitia, vino concepta, etiam sine illo[6] valent.

Dic ergo, quare Sapiens non debeat ebrius fieri; de- 25
formitatem rei et importunitatem ostende rebus, non verbis; quod facillimum est. Proba, istas quæ voluptates vocantur, ubi transcenderint modum, pœnas esse. Nam,

1. *M. Antonium.* De M. Antonio et Cleopatra omnia nota sunt e Plutarcho, in vita Antonii. *Ruhk.*

2. *Nec minor vino Cleop. amor.* Ruhk. interpret. Ei imperabat non magis Cleopatræ amor, quam vinum; quæ ut interpretatio admittatur, legendum esset *major* pro *minor*. Sensus obvius est: *et Cl. amor non minor vino*, pro *vini amore*; nisi interpreteris amor non minor vino (factus), i. e. vino auctus.

3. *Quod ebrius fiebat.* Sic recte ms. Par. *b.* et alii apud Opsop. Alii cum ed. *R.* adjiciunt, *quum hoc faceret*; quod assumentum ignorant meliores libri. Temere vulgo, *quod ebrius faciebat, etiam si sobrius faceret*, ex Mureti ingenio. *Schw.* — Sensus est: Turpe erat illum Triumvirum et reipublicæ curatorem palam ebrium fieri: quid talia facere?

4. *Violatur enim.* Libri *villatur*, *vilatur*, meus *vellatur*, ex quo Pincianus *belluatur* ingeniose faciebat. Ego suspicor *fellatur*, amarescit et bilescit, a felle: quod novitium nobis verbum, sed et alia in Seneca: an et *biliatur*, a bile mavis? *Lips.*

5. *Non sint.* Animi.

6. *Sine illo valent.* Manet etiam sine vino consuetudo insaniendi.

Digitized by Google

si illud argumentaberis, Sapientem multo vino [1] inebriari, et retinere rectum tenorem, etiamsi temulentus sit; licet colligas, nec veneno poto moriturum, nec sopore sumpto [2] dormiturum, nec elleboro accepto, quidquid in visceribus hærebit, ejecturum [3] dejecturumque. Sed, si tentantur pedes, lingua non constat; quid est, quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Vale.

1. *Sapientem multo vino.* Vide Paradoxum istud, in Manuduct. III, Diss. XVIII. *Lipsius.*

2. *Nec sopore sumpto*, int. medicamento soporifero: ex tropo notissimo, quo effectus pro causa ponitur: sic terror, decus, odores, etc. sæpius usurpantur. Cf. Cortius ad Sallust. p. 1069. *Ruhk.*

3. *Ejecturum* supra, *dejecturumque* infra: vis hæc utraque elleboro est. *Ruhk.*

EPISTOLA LXXXIV.

ALTERNIS LEGENDUM ET SCRIBENDUM; QUIS FRUCTUS E LECTIONE SIT COLLIGENDUS.

Narrat, se vel in itinere librorum lectione delectari: ejus necessitatem ostensurus, bona et utilia monita adjungit de lectione, quæ stilo commutanda sit invicem, et de efficacia ejus ad animum sapientia imbuendum. Egregie quidem nobiscum egisset, posteris autem se scribere non celat, Seneca, si de libris quos legendos suaderet, eadem cum cura exposuisset, qua Quintil. Instit. Orat. X, 1, in simili argumento usus est; sed quum commentarii hujusmodi haud dubie confecti secundum præscripta Alexandrinorum ubique prostarent (conf. D. Ruhnkenii Histor. crit. Orator. Græc. inserta Vol. VIII Oratt. gr. Reisk. et doctissimum supplementum Wyttenbachii in vita Ruhnkenii p. 286 sq. ed. lugd.), hac opera supersedere se posse putavisse videtur.

Ejusdem fere argumenti sunt Epistolæ II, XXVIII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Itinera ista, quæ segnitiem mihi excutiunt, et valetudini meæ prodesse judico et studiis. Quare valetudinem

Digitized by Google

adjuvent, vides : quum pigrum me et negligentem corporis litterarum amor faciat, aliena opera [1] exerceo [2]. Studio quare prosint, indicabo. A lectionibus non [3] recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariæ; primum, ne sim me uno contentus [4]; deinde, ut, quum ab aliis quæsita cognovero, tum et de inventis judicem, et cogitem de inveniendis. Alit lectio ingenium; et studio fatigatum, non sine studio tamen reficit. Nec scribere tantum, nec 2
tantum legere debemus : altera res contristabit [5], et vires exhauriet; de stilo dico; altera solvet ac diluet. Invicem hoc et illo commeandum est, et alterum altero temperandum; ut, quidquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus. Apes, ut aiunt [6], debemus imitari; quæ vagantur, et flores ad mel faciendum idoneos [7] carpunt; deinde, quidquid attulere, disponunt ac per favos digerunt; et, ut Virgilius noster ait,

> ..... Liquentia mella
> Stipant, et dulci distendunt nectare cellas [8].

De illis non satis constat [9], utrum succum ex floribus du- 3

1. *Aliena opera.* Equorum qui in essedo vehunt, aut servorum in sella. *Lipsius.*

2. *Exerceo* et statim *studio* e vet. lib. adsciví. Vulgo *exerceor*, et *studiis. Schw.*

3. *Non recessi* sc. in itineribus meis. Pincianum, Lipsium al. sequor hanc negativam h. l. tuentes, etiam codd. ope : quum essent, qui eam non inducerent. *Ruhk.*—Nam, ait Lipsius, sequela etiam sermonis et illatio negationem postulat. Quare itinera prosint studiis? quia gestatio legere non impedit, vel certe legentem audire.

4. *Ne sim me uno contentus :* Quod accideret, si mea tantum opera tractarem, alienorum ignarus.

5. *Contristabit.* Ruhkopfius edidit *contra stabit* nulla critica nota allata; ipse Schw. siluit : sic Ruhk. explicat *contra stabit :* inimica erit et gravis. Opponitur : stare ab aliquo.

6. *Apes, ut aiunt.* Hæc omnia transcripsit Macrob. Sat. I init. *Lips.* — Similes ex apibus desumptas comparationes in Horatii et Nostratis *J.-B. Rousseau* Odis occurrere omnibus notum est.

7. *Carpunt*, i. e. sugunt. Solemne est de apibus. *Ruhk.*

8. *Cellas.* Versus sunt Virgilii Æn. I, 432 sq. *Ruhk.*

9. *De illis non satis constat.* Opinionum variarum hic expositarum veritatem nunc satis post Swammer-

Digitized by Google

cant, qui protinus mel sit; an, quæ collegerunt, in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet, non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt [1] inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cæli, aut ipsius arundinis humor [2] dulcis et pinguior gignat;
4 in nostris quoque herbis vim eamdem, sed minus manifestam et notabilem poni, quam prosequatur et contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant, conditura et dispositione in hanc qualitatem verti, quæ ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint: non sine quodam, ut ita dicam, fermento, quo in unum diversa coalescunt.

5 Sed, ne ad aliud, quam de quo agitur, abducar, nos quoque apes debemus imitari; et, quæcumque ex diversa lectione congessimus, separare: melius enim distincta servantur: deinde, adhibita ingenii nostri cura et facultate, in unum saporem varia illa libamenta confundere; ut, etiam si apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptum est, appareat: quod in corpore nostro
6 videmus sine ulla opera nostra facere naturam. Alimenta, quæ accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt; at quum ex eo, quod erant, mutata sunt, tunc demum in vires et in sanguinem

damum, Reaumurium al. explicatam habes, ut iis hic immorari nihil attineat. Loca veterum de hac re collegerunt Intpp. ad Virgil. Ge. IV, init. et Schneider ad Varron. de Re Rust. 13, 16, 8 p. 569–584. *Ruhk.*

1. *Aiunt... gignat.* Non est saccharum nostrum, cujus historiam natur. a Jo. Beckmanno conscriptam vide in Commentar. Soc. Reg. Gotting. To. V, sed Tabaxir, s. Tabaschir, mel aliquod, ut Plinii N. H. XII, 8 verbis utar, gummium modo candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis avellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum usum. Arbor, unde gignitur, est Arundo Bambos Linn. Hodieque apud Orientales antispasmodicum medicamentum est, Russelio auctore. *Ruhk.*

2. *Aut ipsius arundinis humor.* Illa veritas est. Lucanus III, 238:

Digitized by Google

transeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia, præstemus; ut, quæcumque hausimus, non patiamur integra esse, nec aliena[1]. Concoquamus illa : alioqui in memoriam ibunt, non in ingenium. Assentiamus illis fideliter, et nostra fa- 7
ciamus, ut unum quiddam fiat ex multis; sicut unus numerus fit ex singulis, quum minores summas et dissidentes computatio una comprehendit. Hoc faciat animus noster : omnia, quibus est adjutus, abscondat; ipsum tantum ostendat, quod effecit. Etiam si cujus in te comparebit si- 8
militudo, quem admiratio tibi altius fixerit; similem esse te volo quomodo filium, non quomodo imaginem : imago res mortua est. Quid ergo? non intelligetur, cujus imiteris orationem? cujus argumentationem? cujus sententias? Puto aliquando ne intelligi quidem posse; si magni viri ingenium[2] omnibus, quæ ex quo voluit exemplari

« Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos. » Nec coctura etiam ignota iis fuit, ex Statio : « Et quas percoquit Ebusia cannas. » *Lips.*

1. *Nec aliena.* Sic libri vett. Addunt alii *sint*, quod ignorant alii. Vulgo *ne aliena sint*, a Mur. *Schw.*

2. *Si magni viri ingenium omnibus, quæ ex quo voluit exemplari adstruxit, formam suam impressit, ut in unitatem illa competant.* Loci mire vulgo deformati certissimam hanc esse emendationem judicavi, quam a Rubenio collatis veteris scripturæ vestigiis propositam Gronovius in lucem protraxit. *S.* — Vulgo ante Ruhk. *si magni viri, nec enim omnibus, quæ ex quoque velut exemplaria traxit, formam suam impressit, ut in unitatem illam competant.* Ruhkopfius totum locum sic corrigit et distinguit : *Putone.... posse, si magni Virgilii* (supple: Orationem et sententias imiteris) : nec enim omnibus, quæ ex quo velut exemplari traxit, formam, etc. Corruptio, inquit, nominis *Virgilii* quot quantasque molestias creaverit Jano Grutero, Grohovio al. ex eorum notis videre licet. *Si magni viri : nec enim o.* erat lectio vulgata, sensu tamen et sermone impedito : nam illa verba, *magni viri, impressit* et sim. nihil habent quo recte referantur et sese tueantur. Neque codd. nonnullorum emblema : *si magni viri ingenium omn.* neque mentio *Ennii* in nonnullis codd. locum sinceritati reddere valebant. Ille *Ennius* denique tanto terriculamento fuit Grutero, ut magis mutus fieret quam piscis. Enimvero iste vetustissimus Romanorum poeta hic me veritatem quum videre tum eloqui docuit. Quum enim certum auctorem hic significari a Seneca totus contextus et nexus moneret, tum vero illa quamvis intempestiva Ennii mentio in textu, quo pedem suum e margine

Digitized by Google

adstruxit, formam suam impressit, ut in unitatem illa
9 competant. Non vides, quam multorum vocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur; aliqua illic acuta est, aliqua gravis, aliqua media; accedunt viris feminæ, interponuntur tibiæ[1]; singulorum illic latent voces, omnium apparent. De choro dico[2], quem veteres philosophi[3] noverant. In commissionibus[4] nostris plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum

perperam intulisse videbam, statim Virgilii nomen hic a stupore librariorum esse obscuratum mihi persuasit, et in *Viri* latere. Quo quidem vitio detecto, nullis aliis emendationibus opus esse statui, sed omnia sole meridiano clariora deprehendi. Proinde in textum recepi. Reliqua *quæ ex quo velut exemplari* egregie Codd. præstant fere omnes: *ex quoque* dederat Erasmus forsan immemor elegantis usus repetitionis relativi asyndeti. *Exemplaria* nonnulli Codd. et edd. omnes assumpserant.—In not. exeget. sic locum, qualem scripsit, interpretatur idem Ruhkopf. Interdum non liquere puto vel in Virgilio exprimendo, utrum hunc an alium imiteris, quum vestigia Homeri, Ennii, Varronis Atacini al. quos ipse imitatus est, manifestiora sint, quam ut lateant. Seneca pater in Suas. III ait: « In multis versibus fecit Virgil. non surripiendi causa, sed palam imitandi, ut vellet agnosci.» De Varrone Atacino docuit Ruhnken. Ep. crit. II, p. 201 ed. II. Cæterum res notissima est, vel ex Macrobio et Ursino. De imitatione ipsa cf. Hurdium ad Horat. II, p. 198 sq. vers. Eschenburg.

1. *Interponuntur tibiæ.* Uti *feminarum* partes a viris actas esse in theatris veterum constat, ita tibia in choris usos esse concludimus. Conf. Juv. Poll. IV, 15, 107. Hurd. ad Horat. Ep. ad Pis. p. 156 sq. *Ruhk.*

2. *De choro dico... noverant.* Dicit itaque choros tragicos imprimis, qui bona et salubria commendabant, nil nisi virtutem laudabant, vitia carpebant, postea vero a præstantia sua descivere, teste Horat. Art. Poet. 217 sq. *Ruhk.*

3. *Philosophi* omnium codd. et edd. lectio est. Lipsius tamen *philodi*, i. e. cantus amantes, φιλῳδοί, emendavit, parum feliciter.

4. *Commissionibus.* Omnino sic legendum: atque ita meus et meliores. Commissiones ludorum dici satis notum est: et sequentia Senecæ palam de ludis. At vidi qui pertinaciter *comessationes* retinent: quo argumento? quia in veterum conviviis, inquiunt, cantores, et tibicines, et citharistæ. Aliud nos doceant. Illud oportebat tanto numero, quanto spectatores in theatris fuisse. Id autem qui potest? Et quæ cœnatio sit capax? Sequentia etiam refutant. *Lips.—In commissionibus* sc. ludorum, quibuscum nostros ludos musicos, *Concerts* vocatos, comparemus: quos Senecæ tempore frequentes fuisse furor musicus docet, quo Neronem imperatorem fuisse abreptum scimus, qui ipse agones musicos habuit in theatris. *Ruhk.*

Digitized by Google

fuit : quum omnes vias [1] ordo canentium implevit, et ca- 10
vea æneatoribus [2] cincta est, et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque [3] consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum esse nostrum volo, ut multæ in illo artes, multa præcepta sint, multarum ætatum exempla, sed in unum conspirata.

Quomodo, inquis, hoc effici poterit? — Assidua intentione; si nihil egerimus, nisi ratione suadente. Hanc si audire volueris, dicet tibi : « Relinque ista jamdudum, 11
ad quæ discurritur! relinque divitias, aut periculum possidentium, aut onus! relinque corporis atque animi voluptates! molliunt et enervant : relinque ambitum! tumida res est, vana, ventosa; nullum habet terminum; tam sollicita est ne quem ante se videat, quam ne post se alium; laborat invidia, et quidem duplici : vides autem, quam miser sit, si is, cui invidetur [4], invidet. Intueris il- 12
las potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum, ut intres; plus, quum intraveris [5]. Præteri istos gradus divitum et magno aggestu suspensa vestibula [6] : non in prærupto [7] tantum

1. *Quum omnes vias*, theatrorum, nam viæ inter cuneos et præcinctiones : ubique igitur ibi cantores dispositi. Viæ autem quomodo sint in tricliniis, si legeris supra *comessationibus ? Lipsius.*

2. *Æneatoribus.* Æneatores, tubicines, qui tuba signum commissionis in omnibus, etiam scenicis ludis dabant : hinc tuba terminalis ap. Apulei. Met. X p. 735 Oudend. Cf. Lipsii Saturn. II, 19. *Ruhk.*

3. *Organorumque.* Wernsdorf. ad Ætnam 293 supplet hydraulicorum, de quibus To. II in procem. ad Organ. Porphyrii ipse egit, et Schneider ad Eclog. phys. pag. 121 sq. *Ruhk.*

4. *Si is, cui invidetur, invidet.* Sic ed. *R.* Alii *et invidet.* Vulgo invitis mss. *sit is, cui invidetur, si et invidet. Schw.*

5. *Plus, quum intraveris* scilicet contumeliæ ab ipsis potentibus, quorum te servum et famulum præbes.

6. *Magno aggestu suspensa vestibula*, i. e. substructio alta non sine aditu pretioso prætensa ædibus. De ædificiis, cœnaculis, etc. quæ in altum educta sunt, *suspendi, suspensa esse* dici, nunc satis notum est, vel e Lexicis. *Ruhk.*

7. *Non in prærupto tantum.... sed*

Digitized by Google

istic stabis, sed in lubrico. Huc potius te, ad Sapientiam, dirige; tranquillissimasque res ejus[1], et simul amplissimas, pete! Quæcumque videntur eminere in rebus humanis, quamvis pusilla sint, et comparatione humillimorum exstent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa[2] in fastigium dignitatis via est. At si conscendere hunc verticem[3] libet, cui se fortuna submisit; omnia quidem sub te, quæ pro excelsissimis habentur, aspicies, sed tamen venies ad summa per planum. » Vale.

in lubrico. Et alte stabis, ut cadere possis, et parum firmiter, ut labi. *L.*

1. *Res ejus.* Sic *R. A. c.* Par. *b.* et alii apud Pinc. et Grut. Vulgo abest *ejus. Schw.*

2. *Confragosa... est.* De via ad virtutem in rupe positam cogitavit Noster; inde ab Hesiodo toties a scriptoribus laudata et explicata, ut plura addere putidum esset. *Ruhk.* — Referre videtur Ruhk. hæc verba ad viam virtutis; sed liquide patet ea referri debere ad viam dignitatum humanarum et fragilium : nam auctor infra ponit ad virtutem per planum veniri; ergo ejus via non est *confragosa.* Seneca opponit omnes difficultates quibus honorum aditus præcluditur, ei tranquillitati et securitati interiori qua fruitur ille qui turba remotus pergit ad virtutem comparandam. Quod innuit Noster sequentibus : *sed tamen venies ad summa per planum.* Bene vertit *Lagrange : On ne s'élève au faîte des honneurs que par un sentier escarpé.*

3. *At si.... hunc verticem.* Hunc scilicet in quo virtus posita est. Opponitur iis quæ videntur in rebus humanis eminere, dignitatibus, honoribus, de quibus supra; quod satis declaratur vocibus *at si.*

Digitized by Google

EPISTOLA LXXXV.

NE MODERATOS QUIDEM AFFECTUS IN SAPIENTE TOLERANDOS.

Stoica dogmata, sapientem vacare affectibus, beatam vitam sibi sufficere, et fortem quoque beatum esse, hac epistola contra Peripateticos, qui quum mediocritatem s. mediocritatem suam tutari vellent, affectus deminutos non eversos statuebant, vindicantur, non ita quidem, ut in hac defensione omnino acquiescere possis, quandoquidem quum fundamentum, tum ratio, quibus hæc dogmata innituntur, non satis acute in partes suas vocari ab auctore videmus: satis tamen efficax et idonea defensio est ad refellendos adversarios, qui multo minus subtiliter rem aggressi sunt.

Quod quidem a multis recentioribus, qui philosophis se innumeratos volunt, in principio ethices dijudicando omissum est, id vero ab adversariis Stoæ sæpe neglectum esse apparet, in rerum natura hominem quemdam esse negantibus, in quem omnia illa præclara, quæ de sapiente suo Stoici prædicarent, competant atque in eo reperiantur. In quo vereor, ut Zenonis, Stoæ conditoris, sententiam assequantur. Non enim id egit, ut hominem quemdam ejusmodi fuisse censeret, ad quem nos compararemus, sed ut quasi exemplum summum, sapientem illum, ad imitandum rationi humanæ proponeret: modo haud abhorrente ab illo, quo Christiani utuntur, dum Deum et Christum sibi ad imitandum proponunt. Crassa itaque Minerva philosophantur illi, qui nihil nisi vanis argumentationibus et ineptiis, quinetiam mendaciis repletum systema stoicum crepant: in quibus nescio quid magis mirer, inscitiamne an confidentiam.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Peperceram tibi, et quidquid nodosi[1] adhuc supererat, præterieram, contentus quasi gustum[2] tibi dare eorum, quæ a nostris dicuntur, ut probetur « Virtus ad explendam Beatam Vitam sola satis efficax. » Jubes me,

1. *Nodosi.* Propter interrogationes longius petitas nec satis bene procedentes. Cf. e. g. Ep. LXXXII, 83. *R.*

2. *Gustum tibi dare. Gustum dare* loquendi genus eorum proprium, qui quæ esui ac bibitui sunt, venalia habent: ea enim licitatoribus gustanda dare consueverunt. *Muretus.*

Digitized by Google

quidquid est interrogationum aut nostrarum [1], aut ad traductionem [2] nostram excogitatarum [3], comprendere : quod si facere voluero, non erit epistola, sed liber. Illud toties testor, hoc me argumentorum genere non delectari. Pudet in aciem descendere, pro Diis hominibusque susceptam, subula armatum [4].

2 « Qui prudens est [5], et temperans est ; qui temperans est, et constans ; qui constans est, et imperturbatus est ; qui imperturbatus est, sine tristitia est ; qui sine tristitia est, beatus est : ergo prudens beatus est, et prudentia ad beatam vitam satis est. » Huic collectioni [6] hoc modo

1. *Nostrarum.* *Nostrorum* malebam ; sed nil mutant (quod sciam) libri. *Schw.*

2. *Traductionem.* Omnium fere codd. lectio præferenda est ei, quam Erasm. aliæque edd. habent : *traditionem. Ruhk.*

3. *Ad trad. nostr. excogitatarum.* Ab adversariis Stoæ ad stoicorum dogmata cum calumnia et contemptu refellenda. Ep. LXXXI, 11 : « Desinant itaque infamare nos, tanquam incredibilia jactantes » etc. Cf. de Ira I, 6, 1 not. *Ruhk.*

4. *Subula armatum.* Qua cum Ep. LXXXII, 25, hoc argumentorum genus spinosum comparavit. *Ruhk.*

5. *Qui prudens est.* Φρόνιμος. Agitur autem de controversia, quæ inter Stoicos cæterosque philosophos erat : quum enim hi virtutes sejungerent, illi hoc fieri nullo modo posse censebant. Justitiam vel non appellatam tota argumentorum series exhibet. Cæterum hanc Stoicorum doctrinam de nexu virtutum propriam Stoæ esse docuit Cic. Acad. qu. I, 10, 38 Ern. *Ruhk.*

6. *Huic collectioni.* I. syllogismo ; jam Theophrastus, Aristotelis successor, fregit quodammodo auctoritatem veteris doctrinæ, et omnes ejus auditores ac successores iis usi sunt, quæ a superioribus acceperant (Cic. Ac. qu. I, 9, 12). Etenim Pythagoras, Plato, Aristoteles consensu edixerunt, sapientem modice affectibus tangi : Stoicis dissentientibus, uti nostro Ep. CXVI. Cf. Lipsii Manud. III, 7. Tiedemann *Syst. der stoisch. Phil.* III. p. 164 sqq. *Ruhk.* — Istud collectionis genus proprie Sorites vocatur. Verbum *sorites* ducitur e Græco σωρὸς quod idem significat ac *acervus*. « Quum aliquid (inquit Cicero Acad. Quest. lib. II. cap. 16), minutatim et gradatim additur aut demitur, sorites hoc vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. » Exempli gratia sumebant granum frumenti, atque quum ex hac profecti fuissent propositione, *uno frumenti grano non fit acervus*, sensim eum qui interrogabatur, ad id adducere conabantur, ut fateretur *ex grano frumenti effici acervum.* Nos docet Cicero id olim sophistas contendisse, *sorite* fretos, hominem non posse distinguere quo puncto contrariæ rerum qualitates separentur, et cujus-

Digitized by Google

Peripateticorum quidam respondent, ut imperturbatum, et constantem, et sine tristitia, sic interpretentur, tanquam *imperturbatus* dicatur, qui raro perturbatur et modice, non qui nunquam: item *sine tristitia* eum dici aiunt, 3
qui non est obnoxius tristitiæ, nec frequens nimiusve in hoc vitio: illud enim humanam naturam negare, alicujus animum immunem esse tristitia; Sapientem non vinci mœrore, cæterum tangi: — et cætera in hunc modum, sectæ suæ respondentia. Non hi tollunt affectus[1], sed temperant. Quantulum autem Sapienti damus, si imbecillissimis fortior est, et mœstissimis lætior, et effrænatissimis moderatior, et humillimis major? Quid? si mi- 4
retur velocitatem suam laudans[2], ad claudos debilesque respiciens?

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec cursu teneras læsisset aristas;
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas[3].

Hæc est pernicitas per se æstimata; non quæ tardissimorum collatione laudatur. Quid, si *sanum* voces leviter

que rei natura determinetur. Quæ sunt, inquiebant, qualitates quibus dignoscere potes longum, largum, parvum, magnum, breve? Tribusne granis frumenti efficitur acervus? non effici respondendum erat. Quatuorne? Idem responsum: sic interrogationes uno semper addito grano indesinenter continuabantur; et si tandem responderes: *ecce acervus efficitur*, responsum tuum absurdum esse dicebant, quoniam inde colligebatur ex uno grano existere inter acervum et id quod non est acervus, differentiam.

1. *Non hi* (scil. Peripatetici) *tollunt affectus*. Adde similem locum ex libro de Ira cap. 7 et 8.

2. *Laudans*. Hanc scripturam, in qua omnes fere edd. et codd. mire conspirant, Lipsius primus respuit in Elect. 1, 16, restituens ex ingenio: *Ladas*. Muretus, Gruter. Gronov. secuti sunt. Enim vero si e superioribus sapiens resumatur ad hæc verba, sensus bene procedit: quid si miretur sapiens velocitatem suam cum laude? Itaque ille cursor, satis celeber in Olympicis, quem e Pausania II, 19, 6, III, 21 init. VIII, 12, 3 ed. Fac. (Cf. Muret. ad. Catull. 55, 25.) probe noscimus, in stadium suum redeat! *Ruhk.*

3. *Illa.... plantas*. Versus sunt Virgil. Æn. VII, 808 sqq. de Camilla. *Ruhk.*

Digitized by Google

febricitantem? non est bona valetudo mediocritas morbi.
5 Sic, inquit[1], Sapiens *imperturbatus* dicitur, quomodo *apyrina*[2] dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. — Falsum est. Non enim deminutionem malorum in bono viro intelligo, sed vacationem: nulla debent esse; non parva: nam si ulla sunt, crescent, et interim impedient. Quomodo oculos major et
6 perfecta suffusio[3] excæcat, sic modica turbat. Si das aliquos affectus Sapienti, impar illis erit ratio, et velut torrente quodam auferetur; præsertim quum illi non unum affectum, sed universum affectuum cœtum relinquis, cum quo colluctetur. Sed omnis[4] plus potest quamvis mediocrium turba, quam posset unius magni violentia. Habet pecuniæ cupiditatem, sed modicam; habet ambitionem, sed non concitatam; habet iracundiam, sed placabilem; habet inconstantiam, sed minus vagam ac mobilem; ha-
7 bet libidinem, sed non insanam[5]. Melius cum illo ageretur, qui unum vitium integrum haberet, quam cum eo, qui leviora quidem, sed omnia. Deinde nihil interest, quam magnus sit affectus; quantuscumque est, parere nescit, consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non domesticum et mite (natura enim illorum est surda suadenti): sic

1. *Sic, inquit.* Sc. Peripateticus.

2. *Apyrina.* Rectius fuisset *apyrena*, penult. longa: sed, et *apyrina* penult. brevi olim in usu fuisse, ex Martiali docuit Harduin. ad Plin. lib. XIII, sect. 34. *δ.* — *Apyrina*, ἀπύρηνα sunt mala punica, quibus lignosus nucleus abest, et candidior natura, et blandiores sunt acini (Plin. XIII, 19). Hac similitudine sæpius usos esse adversarios discimus e. g. ex Telete, philosopho pythagoreo, qui secundum Stob. serm. 38, Ol. 125 scripsit, apud Stobæi flor. serm. 106, quem laudat Lipsius. *Ruhk.*

3. *Suffusio.* Suffusio sanguinis et inde enata cuticula, qua oculus velatur. Celsus VI, 6, § 35. VII, 7, 13 sq. *Ruhk.*

4. *Sed omnis plus potest.* Vulgo, *plus potest*, omissis duabus prioribus vocibus. *Schw.*

5. *Sed non insanam.* Vulgo *non insaniam*, absque *sed. Schw.*

Digitized by Google

non sequuntur, non audiunt affectus, quantulicumque sint. Tigres, leonesque nunquam feritatem exuunt, aliquando submittunt; et, quum minime exspectaveris, exasperatur torvitas mitigata : nunquam bona fide vitia mansuescunt. Deinde, si ratio proficit, ne incipient quidem affectus : si invita ratione cœperint, invita perseverabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere, quam impetum regere. 8

Falsa est itaque ista *mediocritas* et inutilis, eodem loco[1] habenda, quo, si quis diceret, modice insaniendum, modice ægrotandum. Sola Virtus[2] habet, non recipiunt animi mala[3], temperamentum : facilius sustuleris illa, quam rexeris. Numquid dubium est, quin vitia mentis humanæ inveterata et dura, quæ [4]*morbos* vocamus, immoderata sint; ut avaritia, ut crudelitas, ut impotentia, impietas? Ergo immoderati sunt et affectus; ab his enim ad illa transitur. Deinde, si das aliquid juris[5] tristitiæ, timori, cupiditati, cæterisque motibus pravis[6], non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt, quibus irritantur. Itaque crescent[7], prout magnas habuerint minoresve causas, quibus concitentur. Major erit timor, si plus, quo exterreatur, aut propius aspexerit; acrior cupiditas, quo illam amplioris rei spes evocaverit. Si in nostra potestate non est an sint affec- 9. 10. 11

1. *Eodem loco.* Vulgo *eodemque loco.* Nos meliores libros sumus secuti, *Schw.*

2. *Sola virtus habet*, supple *temperamentum.* Sola virtus temperari potest : contra non temperari possunt animi mala.

3. *Animi mala.* Affectus, perturbationes, πάθη. Cf. Cic. Tusc. qu. IV, 10.

4. *Morbos.* idem docet Cic. Tusc. qu. IV, 10. Stob. Eclog. II, 7, p. 100, 182 sq. ed. Heer. Tiedemann. Syst. III, p. 263. *Ruhk.*

5. *Si das aliquid juris.* Si vel minime sinis ea tibi imperare, ut vertit *Lagrange : Pour peu que vous accordiez d'empire à la tristesse, etc.*

6. *Motibus pravis.* Bene edd. inde a Lipsio. Olim *moribus pravis* edd. et mssti. *Schw.*

7. *Crescent* scripsi cum ed. *A.* et ms. *c.* Vulgo *crescunt. Schw.*

Digitized by Google

tus, ne illud quidem est, quanti sint : si ipsis permisisti incipere, cum causis suis crescent, tantique erunt, quanti fient[1]. Adjice nunc, quod ista, quamvis[2] exigua sint, in majus excedunt : nunquam perniciosa servant modum. Quamvis levia initia morborum serpunt; et ægra corpora minima interdum mergit accessio[3]. Illud vero cujus dementiæ est, credere, quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse
12 arbitrii terminos[4]? Quomodo ad id finiendum satis valeo, ad quod prohibendum parum valui? quum facilius sit excludere, quam admissa comprimere.

Quidam[5] ita distinxerunt, ut dicerent : « Temperans ac prudens positione quidem mentis et habitu tranquillus est, eventu non est. Nam, quantum ad habitum mentis suæ, non perturbatur, nec contristatur, nec timet; sed multæ extrinsecus causæ incidunt, quæ illi perturbatio-
13 nem afferant. » Tale est quod volunt dicere : iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando; et timidum quidem non esse, timere tamen aliquando; id est, vitio timoris carere, affectu non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transibit[6] in vitium; et ira in animum admissa habitum illum ira carentis animi retexet[7]. Præterea, si non contemnit venientes extrinsecus

1. *Tanti... quanti fient.* Malim legere *quantæ* (supple *causæ*). Si tamen vulg. servaveris, intell. : Aff. tanti erunt æstimandi quanti fieri poterunt; non ex initiis, sed ex futuris incrementis erunt æstimandi.

2. *Quamvis exigua. R. A. c.* Vulgo *quantumvis exig.* ab Erasmo. *Schw.*

3. *Et ægra corpora minima interdum mergit accessio.* Bene vertit *Lagrange* : *Et quelquefois le moindre redoublement* (de fièvre) *suffit pour abattre un corps déjà malade.*

4. *Cujus dementiæ est, credere... terminos.* I. e. credere nos posse terminum imponere iis quorum principium avertere non potuimus?

5. *Quidam.* Sc. Peripatetici. *R.*

6. *Transibit*, et infra *retexet* ex vett. libr. correxi : vulgo *transit*, et *retexit. Schw.*

7. *Habitum.... retexet.* Intell. In contrarium vertet habitum animi tui, et mox iracundum faciet.

Digitized by Google

causas, et aliquid timet; quum fortiter eundum erit adversus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate; cunctanter exibit, et animo recedente. Non cadit autem in 14
Sapientem hæc diversitas mentis.

Illud præterea judico observandum, ne duo, quæ separatim probanda sunt, misceamus. Per se enim colligitur, unum Bonum esse, quod honestum; per se rursus, ad vitam beatam satis esse Virtutem. Si unum Bonum est, quod honestum, omnes concedunt ad beate vivendum sufficere Virtutem: e contrario non 'remittetur, si beatum sola Virtus facit, unum Bonum esse quod honestum est. Xenocrates[2] et Speusippus putant « beatum 15
vel sola Virtute fieri posse[3]; non tamen unum Bonum esse, quod honestum est. » Epicurus[4] quoque judicat, « quum virtutem habeat, beatum esse; sed ipsam virtutem non satis esse ad beatam vitam, quia beatum efficiat voluptas, quæ ex virtute est, non ipsa virtus. »— Inepta distinctio! Idem enim negat, « unquam virtutem esse sine voluptate. » Ita, si ei juncta semper est atque inseparabilis, et sola satis est: habet enim secum voluptatem, sine qua non est, etiam quum sola est. Illud autem [5] absurdum 16

1. *E contrario non remittetur.* I. non concedetur. *Ruhk.*

2. *Xenocrates.* De Xenocrate et Speusippo academicis philosophis cf. Fabric. Bibl.gr. Vol. III, p. 187. 191. *R.*

3. *Beatum vel sola Virtute fieri posse.* Non tamen beatissimum, et in eo a Stoa dissident, ut mox observes. *Lipsius.* — Cf. Ep. XXXI, 6 not. Cic. Tusc. qu. V, 7 sq. *Ruhk.*

4. *Epicurus.* Memineris Epicurum ejusque asseclas statuisse: virtutem eo contineri, si quis consilii sui ad felicitatem ducentis sibi sit conscius: Stoicos contra, felicitatem, si quis virtutis suæ sibi sit conscius. Hi statuebant, virtutem esse summum bonum (τέλος) et felicitatem nil nisi conscientiam, te illam tenere, sine qua esse nequeas: Epicurei e contrario, felicitatem, ἡδονήν, censebant summum esse bonum, et virtutem formam consilii tui, qua felicitatem tibi compares, dummodo rationis ope præsidiis ad illam parandam utaris. Cf. Kantii *Critik. der prakt. Vernunft* p. 198 sq. ed. II. *Ruhk.*

5. *Illud autem absurdum... dicitur.* Ab Academicis. Agitur autem de paradoxo illo famigeratissimo

Digitized by Google

est, quod dicitur, *beatum* quidem futurum vel sola virtute, non futurum autem *perfecte beatum* : quod quemadmodum fieri possit, non reperio. Beata enim vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile : quod si est, perfecte beata est. Si Deorum vita nihil habet majus aut melius [1] ; beata autem vita divina est ; nihil habet, in quod amplius possit attolli. Præterea, si beata vita nullius est indigens, omnis beata vita perfecta est,
17 eademque est et beata, et beatissima. Numquid dubitas, quin beata vita summum Bonum sit ? ergo, si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum Summum [Bonum [2]] adjectionem non recipit ; (quid enim supra summum erit ?) ita ne beata quidem vita, quæ sine Summo Bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris, induces et multo magis [3] innumerabilia discrimina summi Boni ; quum *Summum Bonum* intelligam,
18 quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus beatus, quam alius, sequitur, ut hic alterius vitam beatioris magis concupiscat, quam suam. Beatus autem nihil suæ præfert. Utrumlibet ex his incredibile est : aut aliquid beato restare, quod esse, quam quod est, malit ;

Stoæ, virtutes inter se pares esse, quod fluit ex illo decreto, unum bonum esse, quod honestum, i. e. congruens cum natura ideoque et cum ratione et virtute sit. Beata vita igitur *una est* : quippe quæ tantum sapienti competit, et quatenus per se consideratur : una qualitatis (ποιότητος), nulla magnitudinis (intensionis, dicimus vulgo, non extensionis) ratione habita. Tiedemanni judicio (*System. d. st. Phil.* III. p. 95) nimis cupido et severo non subscribam. Cf. Ep. LXXI, 18 sq. Lipsii Manud. III, 3. *Ruhk.*

1. *Si Deorum... melius.* Int. si nihil majus est aut melius quam vita Deorum, si autem beata vita divinæ vitæ æquiparatur, etc.

2. *Summum Bonum.* Posterius vocab. quum vulgo deesset, adjeci cum ed. *R.* et mss. Pal. sec. et Col. Nec vero, ut quidem nunc puto, opus erat uncis includere ; nam recte adjectum videtur. *Schw.*

3. *Induces et multo magis*, etc. Sic vett. libri omnes ; quorum tamen plerique dein post *summi Boni* adjiciunt verbum *facies*, quod rectius omittunt alii. Vulgo abest initio verbum *induces*, sed adest in fine *facies*. *Schw.*

Digitized by Google

aut id illum non malle, quod illo melius est. Utique enim, quo prudentior est, hoc magis se ad id, quod est optimum, extendet, et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est, qui cupere etiamnunc potest, imo qui debet?

Dicam quid sit, ex quo veniat hic error. Nesciunt, 19
Beatam Vitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in æquo est longa, et brevis; diffusa, et angustior; in multa loca, multasque partes distributa, et in unum coacta. Qui illam numero æstimat, et mensura, et partibus; id illi [1] quod habet eximium, eripit. Quid autem est in beata vita eximium? quod plena est. Finis, ut puto [2], edendi bibendique satietas est. Hic plus edit, ille minus; quid refert? uterque jam satur est: hic plus bibit, ille minus; quid refert? uterque non sitit: hic pluribus annis vixit, hic 20
paucioribus; nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt, quam hunc pauci. Ille, quem tu minus beatum vocas, non est beatus: non potest nomen imminui.

« Qui fortis est, sine timore est; qui sine timore est, sine tristitia est; qui sine tristitia est, beatus est. » Nostrorum hæc interrogatio [3] est. Adversus hanc sic respondere conantur: Falsam nos rem et controversiosam [4] pro confessa vindicare [5]; eum, qui fortis est, sine timore esse. Quid ergo? inquit, fortis imminentia mala non timebit? 21
istud dementis alienatique, non fortis, est. Ille vero, in-

1. *Id illi.* Dedere edd. vett. Vulgo *jam illi*: nude *illi* ms. *c. Schw.*

2. *Ut puto.* Temere vulgo scribitur *ut puta. Schw.*

3. *Interrogatio.* Syllogismus, sorites. Peripateticorum hoc esse responsum, quod mox affert, per se patet, et sæpe ad librr. de Ira monuimus. *R.*

4. *Controversiosam.* Pro olim vulgato *controversam*, ex msstis. recte adscivit Ruhk. Amat Seneca illam terminationem in adjectivis. *Schw.*

5. *Vindicare.* Pro illa voce non debebat idem Editor *inducere* tenere, quod ex Mureti ing. erat: *vindicare*, exhibent msti Opsop. et Grut. quod

Digitized by Google

quit, moderatissime timet; sed in totum extra metum non est. — Qui hæc dicunt, rursus in idem revolvuntur, ut illis virtutum loco sint minora vitia. Nam qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed leviore vexatur. — At enim dementem puto, qui mala im-
22 minentia non extimescit. — Verum est, quod dicis[1], si mala sunt; sed si scit, mala illa non esse, et unam tantum turpitudinem malum judicat; debebit secure pericula aspicere, et aliis timenda contemnere : aut, si stulti et amentis est, mala non timere, quo quis prudentior est, hoc timebit magis. — Ut vobis[2], inquit, videtur, præbebit se periculis fortis. — Minime! non timebit illa,
23 sed vitabit[3] : cautio illum decet, timor non decet. — Quid ergo[4]? inquit : mortem, vincula, ignes, alia tela fortunæ, non timebit? — Non! scit enim, illa non esse mala, sed videri; omnia ista humanæ vitæ formidines[5] putat. Describe captivitatem, verbera, catenas, egestatem, et membrorum lacerationes, vel per morbum, vel per injuriam, et quidquid aliud attuleris; inter lymphaticos metus numerat. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum, ad quod aliquando nobis[6] nostra sponte veniendum est[7]?

etiam in ora notaverat Erasm. pro vitioso *judicare*. *Schw.*

1. *Quod dicis*. Sic recte *R. A. c.* Perperam vulgo *quod dicit*. *Schw.*

2. *Ut vobis, inquit... fortis*. Hæc est objectio adversariorum : Ergo vobis videtur sapientem debere se ultro imminentibus periculis objicere, ne illa timere videatur?

3. *Non timebit illa, sed vitabit*. Est cautio, εὐλάβεια, quam metui opponebant Stoici, et sapienti concedebant quum metum negarent. Cf. Diog. Laert. VII, 116. Cf. Upton. ad Arrian. II, 1 p. 350 ed. Schweigh. *R.*

4. *Quid ergo? inquit*. Perperam *inquis* vulgo. *Schw.*

5. *Omnia ista humanæ vitæ formidines putat*. Bene vertit *Lagrange : Il ne les regarde que comme de vains épouvantails*.

6. *Aliquando nobis*. Deerat vulgo *nobis*, nec omnino desiderabatur : sed adjectum dedere cum ed. *R.* mssti Paris. cum aliis apud Opsop. et Grut. *Schw.*

7. *Nostra sponte veniendum est?* Scilicet, seu quum patriæ salus jubet

Digitized by Google

Quæris, quid sit malum? — Cedere his, quæ mala vocantur, et illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt. Perit libertas, nisi illa contemnimus, quæ 24
nobis jugum imponunt. Non dubitarent, quid conveniret forti viro, si scirent, quid esset *Fortitudo*. Non est enim inconsulta temeritas, nec periculorum amor, nec formidabilium appetitio; scientia est distinguendi, quid sit malum, et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est, et eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est. — Quid ergo? si ferrum intentatur 25
cervicibus viri fortis; si pars subinde alia atque alia suffoditur; si viscera sua in sinu suo vidit; si ex intervallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur[1], et per [2]assiccata viscera recens dimittitur[3] sanguis; non timere istum tu dices, non dolere? — Iste vero dolet; sensum enim hominis nulla exuit virtus: sed non timet: invictus ex alto dolores suos spectat. Quæris, quis tunc animus illi sit? Qui ægrum amicum adhortantibus.

Quod malum est[4], nocet; quod nocet, deteriorem 26
facit; dolor et paupertas deteriorem non faciunt: ergo mala non sunt. — « Falsum est, inquit, quod proponitis: non enim, si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tem-

ut nosmet ipsi devoveamus, exemplo Decii, Reguli; seu, quum turpitudinis effugiendæ causa mors ultro nobis appetenda est, Catonis Uticensis instar.

1. *Repetitur.* Est arenæ verbum, et in re gladiatoria solemne: *repete* i. e. ingemina ictus atque itera. *L.*

2. *Assiccata* e codd. Pinc. al. recepi, præeunte Gronov. Ante: *siccata*. Repetitio τῶν *viscera* Gronovio non placuit: prætulit itaque *vulnera* (*viscera* legitur in Ruhk. ed., plane lapsu typogr.) ex ingenio. Sed repetitiones tales non infrequentes esse *constat*. Deinde Cic. Tusc. II, 14 est: ut e visceribus sanguis exeat. Nihil proinde mutandum est. *Ruhk.*

3. *Dimittitur* recte libri veteres; non *demittitur*. *Schw.*

4. *Quod malum est.... non sunt.* Stoicis syllogismus haud dubie h. l. melius procedit, quam Peripateticis, qui non regulæ conditionem (ut nostri Logici loquuntur) oppugnare debebant, sed totam subsumptionem, s.

Digitized by Google

pestas et procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit. » — Quidam Stoici ita adversus hoc respondent : Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id, quod proposuit, efficere, nec tenere cursum suum : deteriorem illum in arte sua
27 non fieri, in opere fieri. Quibus Peripateticus : Ergo, inquit, et Sapientem deteriorem faciet paupertas, dolor, et quidquid aliud tale fuerit : virtutem [enim [1]] illi non eripiet, sed opera ejus impediet. Hoc recte diceretur, nisi dissimilis esset gubernatoris conditio, et Sapientis. Huic enim propositum est, in vita agenda non utique, quod tentat, efficere, sed omnia recte facere ; gubernatori propositum est utique navem in portum perducere.
28 Artes ministræ sunt ; præstare debent, quod promittunt : Sapientia domina rectrixque est. Artes serviunt vitæ, sapientia imperat. Ego aliter respondendum judico : nec artem gubernatoris deteriorem ullâ tempestate fieri, nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit, sed utilem operam, et navis regendæ scientiam : hæc eo magis apparet, quo illi magis aliqua
29 fortuita via obstitit. Qui hoc potuit dicere [2] : « Neptune, nunquam hanc navem, nisi rectam ! » arti satisfecit : tempestas non opus gubernatoris impedit, sed succes-

minorem, quippe in qua cardo rerum vertitur. Videntur quoque in statu controversiæ formando non satis cauti fuisse Peripatetici; nam illud *deteriorem fieri* Stoici (ἠθικῶς) morali sensu; Peripatetici latiori sensu accipiebant.

1. *Virtutem enim. Virt. quidem* malebam, aut deletam saltem *enim* particulam : sed nil mutant libri. *S.*

2. *Qui hoc potuit dicere.... satisfecit.* Egregium hoc Rhodii gubernatoris dictum magni fiebat recte ab antiquis et sæpe laudabatur. Aristides Orat. I. Rhod. To. II, p. 346. C. adhortatur Rhodios, ut gubernatoris cujusdam, civis sui, dictum in memoriam revocent, qui fluctuante nave et jamjam submergenda dicebat : at, Neptune, scito, non hanc navim te nisi rectam demersurum (ἀλλ', ὦ Πόσειδον, ἴσθι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσων, ex emend. præstantissima Valcken. ad Eurip. Hippol. 309 p. 196 A.) Sæpe eo alludere solent veteres, e.

Digitized by Google

sum. —Quid ergo? inquit[1], non nocet gubernatori ea res, quæ illum tenere portum vetat? quæ conatus ejus irritos efficit? quæ aut refert illum, aut detinet et exarmat? — Non tanquam gubernatori, sed tanquam naviganti nocet. Alioqui gubernatoris artem adeo non impedit, ut ostendat; tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Navigio ista obsunt; non rectori ejus, qua rector[2] est. Duas personas habet gubernator : alteram communem cum omnibus, qui eamdem conscenderunt navem, in qua ipse quoque vector est; alteram propriam, qua gubernator est. Tempestas tanquam vectori nocet, non tanquam gubernatori. Deinde gubernatoris ars alienum bonum est; ad eos, quos vehit, pertinet; quomodo medici ars ad eos, quos curat. Sapientia commune bonum est, et eorum, cum quibus vivit, et proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse noceatur[3]; cujus ministerium, aliis promissum, tempestate impeditur : Sapienti non nocetur a paupertate, non a dolore, non ab aliis tempestatibus vitæ. Non enim prohibentur opera ejus omnia, sed tantum ad alios pertinentia : ipse semper in actu est[4] [et in effectu]; tunc maximus, quum illi for-

c. Cic. ad Q. Fratr. I, II, noster Consol. ad Marc. 6, 2, etc. Cf. Meursii Rhodus. 1, 17. *Ruhk.*

1. *Inquit.* Perperam *inquis* vulgo. *S.*

2. *Non rectori ejus, qua rector est.* Non impediunt quin rectoris artem vel perfectissimam ostendat.

3. *Fortasse noceatur.* Vulgo *nocetur* ex ed. *R.*; *noceat A. c.* Par. *a. b. d.* quibus inter se collatis, *noceatur* correxi. Si placuerit *noceat*, intelligetur e superioribus nomen *tempestas*; quod tamen parum commode fiet, quia mox sequitur verbum passivum *impeditur*, non *impedit. S.*

4. *Ipse semper in actu est* [*et in effectu*]. Vulgo, *ipse semper in actu est, non in effectu*, ex ed. *R.* quod interpretari poteras ex eo, quod supra, § 27, legitur, *sapienti propositum esse, non utique quod tentat efficere, sed omnia recte facere.* At negantem particulam ignorant alii libri omnes. Et quidem nude alii, *In effectu tunc maximus*, etc. ut ed. *A.* alii, *in actu est, et in effectu*, ut Pal. 2, et Col. Equidem ista verba, quæ ex scholio irrepsisse videntur, ut suspecta notavi : eadem prorsus abjecerat Mur. *Schw.*

Digitized by Google

tuna se opposuit : tunc ipsius Sapientiæ negotium agit, quam diximus et alienum bonum esse, et suum.

32 Præterea, ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur, quum illum aliquæ necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere [1], quemadmodum tractanda respublica sit; at illud docet, quemadmodum tractanda sit paupertas; per totam vitam opus ejus extenditur. [2] Ita nulla fortuna, nulla res, actus Sapientis excludit : id enim ipsum [3] agit, quo alia agere prohibetur. Ad utrosque casus aptus est, bonorum rector, et malorum victor.

33 Sic, inquam, se exercuit, ut Virtutem tam in secundis, quam in adversis, exhiberet [4]; nec materiam ejus, sed ipsam intueretur. Itaque nec paupertas illum, nec dolor, nec quidquam aliud, quod imperitos avertit et præcipites agit, prohibet. Tu illum premi putas malis? Uti-

34 tur. Non ex ebore tantum Phidias [5] sciebat facere simulacra; faciebat ex ære : si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset, quale ex illa fieri optimum posset. Sic Sapiens Virtutem, si licebit, in divitiis explicabit; si minus, in paupertate : si poterit, in patria; si minus, in exsilio : si poterit, imperator; si minus, miles : si poterit, integer; si minus, debilis. Quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

35 Certi sunt domitores ferarum, qui sævissima animalia,

1. *Propter paupertatem prohibetur docere;* factis nempe et usu : quia ex censu ad Rempublicam admittebantur. Non prohibetur scriptis : ut Zeno, Chrysippus, alii. *Lipsius.*

2. *Ita.* Sic codd. et Erasm. *Id* vitium typogr. in nonnullis edd. est. *S.*

3. *Id enim ipsum... prohibetur.* Id enim ipsum, a quo prohibetur alia agere, illi præbet materiam exercendi virtutem suam nedum illam comprimat.

4. *Exhiberet*, et *intueretur* recte libri vett. Vulgo *exhibeat... intueatur*, a Mureto. *Schw.*

5. *Phidias.* De Phidia, celeberrimo antiquitatis statuario et coævo Periclis, Socratis, etc., cf. ad Epist. IX, 4. Upton ad. Arrian. Diss. I, 6, 23. II, 8, 20. Auctoritas hujus artificis et post Senecam tanta fuit, ut

Digitized by Google

et ad occursum expavefacientia[1] hominem, cogunt pati jugum; nec asperitatem excussisse contenti, usque in contubernium[2] mitigant. Leonibus magister manum insertat; osculatur tigrim[3] suus custos; elephantem minimus Æthiops jubet subsidere in genua[4], et ambulare per funem[5]. Sic Sapiens artifex est domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exsilium, ubique[6] horrenda, quum ad hunc pervenere, mansueta sunt. Vale.

artifices juniores Olympiam, ut templum et statuam Jovis viserent, proficiscerentur. Cf. Fea ad Winckelmanni Hist. Art. To. II. p. 416 not. A. *Ruhk.*

1. *Ad occursum expavefacientia hominem, cogunt pati jugum.* Sic ed. Erasm. et unus e codd. Opsop. *Expavescentia hominem A. c. Par. a. b. d. Expaventia hominem* ed. *R.* et mss. Pal. 1, 3, 4. *Expaventia hominum* ed. Ven. cum mss. Pal. 2 et Col. Mox *cogunt pati jugum* scripsi cum ed. Erasm. et Pal. 4. Alii libri fere omnes, *cogunt pati sub jugum*; scriptura e duabus coalita, *cogunt pati jugum*, et, *cogunt sub jugum*. Vulgo ante Ruhk. edebatur *exterrentia hominem, docent pati jugum*; ubi *exterrentia* ex Mureti ingenio erat, *docent* vero ex ora Erasmi, nullo alio libro suffragante. Ruhkopfius in hunc modum edidit: *et ad occursum expavefacientia, hominum cogunt sub jugum. S.*—Libri, inquit Ruhkopfius, ostendunt fere *expaventia*: sed tamen unus Gallicus et quidam antiquitus impressi *expavefacientia*: quam veram lectionem dudum notavit Opsopœus et de conjectura Lipsius. Sed præterea duo Palatini: *hominum.* Duo *sub jugum*, alii duo *cogunt pati jugum.* Unde suspicor τὸ *pati* esse a manu aliena.

2. *Usque in contubernium.* Ut una degant, ac versentur. *Lipsius.*

3. *Tigrim. Trigida* ed. *A.* et ms. *c. Schw.*

4. *Subsidere in genua.* Ad rectorem illum cervice accipiendum. *L.*

5. *Et ambulare per funem.* Recte monuit Lipsius, hæc talia in ludis publice tunc exhibita et observata esse. Plinius in N. H. omnia confirmat, et nostris naturæ curiosis, e. c. Buffono observata sunt. De elephantis cf. Sueton. Galb. c. 6, etc. *R.*

6. *Ubique horrenda.* Sic percommode *R. A. c. et cætera horr.* ed. Mur. *et ubicumque horr.* ed. Lips. et seqq. utrumque contra librorum fidem. *Schw.*

Digitized by Google

EPISTOLA LXXXVI.

DE VILLA AFRICANI EJUSQUE BALNEO : DE OLEIS SERENDIS.

Quum Literni in ipsa Scipionis Africani villa esset, possessorem istius agri Ægialum conveniendi causa, iste vir maximus ejusque tempora Senecæ animo tam vivide obversantur, ut viri magnitudinem admirans et illa et sua tempora inter se comparet, atque simplicitate et frugalitate Scipionis ejusque temporum laudata in luxum deperditosque sui ævi mores invehatur. Sed hac comparatione mox prætermissa lætius quid commemorat, quod se in hac villa ab amico didicisse narrat. Se senem ait ab Ægialo didicisse, arbustum quamvis vetustum posse transferri.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

In ipsa Scipionis Africani villa jacens [1] hæc tibi scribo, adoratis Manibus ejus et ara [2], quam sepulcrum esse tanti viri suspicor. Animum quidem ejus in cælum, ex quo erat, redisse persuadeo mihi; non quia magnos exercitus duxit (hos enim et Cambyses furiosus, ac furore feliciter usus, habuit), sed ob egregiam moderationem

1. *In ipsa Scipionis Africani villa jacens*, i. animi causa commorans. Villa ibi fuisse dicitur, ubi nunc *Patria*, *Lago di Patria*, et *Torre di Patria* sunt. *Torre di Patria* distat unum milliarium german. a Cumis. Conf. Comitis de Stollberg Reise To. III, Epist. LXX. Eo secessit P. Corn. Scipio Africanus major, ut invidiam et certamina cum tribunis pl. qui eum pecuniæ publicæ captæ reum accusaverant, devitaret, a. U. c. 567, cf. Liv. XXXVIII, 50 sq. Ibi vitam egit, et morientem rure, eo ipso loco sepeliri se jussisse ferunt, monumentumque ibi ædificari, ne funus in ingrata patria fieret, Liv. XXXVIII, 53: qui tamen c. 56 alios tradit Romæ, alios Literni narrare et mortuum et sepultum esse, et utrobique monumenta ostendi et statuas. *Ruhk.*

2. *Et ara.* Sic recte *R. A. c.* Par. *a. b. d.* et alii optimi quique mssti. Nonnulli vero *et arca*, quod a Lipsio commendatum recepit Gron. et tenuit Ruhk. nulla critica nota allata. *Schw.* — Literni monumentum, inquit Ruhkopfius, *arcam* noster vo-

Digitized by Google

pietatemque, magis in illo admirabilem[1], quum reliquit patriam, quam quum defendit. Aut Scipio Romæ deesse debebat, aut Roma libertati[2]. « Nihil, inquit[3], volo derogare legibus, nihil institutis; æquum inter omnes cives jus sit; utere sine me beneficio meo[4], patria! causa tibi libertatis fui, ero et argumentum[5]. Exeo, si plus, quam tibi expedit, crevi. » — Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua in exilium voluntarium secessit, et civitatem exoneravit? Eo perducta res erat, ut aut libertas Scipioni, aut Scipio libertati faceret injuriam. Neutrum fas erat; itaque dedit locum legibus, et se Liternum recepit, tam suum exilium reipublicæ imputaturus, quam Hannibal[6].

cat, monumentoque statua superimposita fuit, quam tempestate dejectam nuper vidimus ipsi. Cf. Strabo V, 4, 4 p. 187 Lips. Valer. Max. III, 7. Hinc et noster *suspicatur*, non pro certo affirmat. *Ruhk.*

1. *Magis in illo admirabilem.* Sic edd. inde ab Erasmo. Potuerat vetus lectio teneri, *quam magis in illo admir. judico*, in quam consentiunt *R. A. c.* et Pal 2, 4, et Col. *Quam* tenent etiam Par. *a. b. d.* sed *judico* non agnoscunt. *Schw.*

2. *Aut Roma libertati.* Sic ed. Ven. quemadmodum olim in suo exemplo legerat Otho Frising. Hoc dicit Seneca: aut Scipio Romam deserere debebat, aut Roma deserere libertatem. Acute dictum varie ab aliis vel mutatum est, vel interpolatum. *Aut Roma esse in libertate non poterat* ed. *R. Aut Roma sine libertate* ed. *A.* et ms. *c. Aut Roma in libertate* ed. Erasm. cum mss. Par. Opsop. et Grut. unde Gronov. legendum censuerat *aut Romani libertati*, quod amplexus est Ruhk. quum antea legeretur *aut Romæ libertas* ex Mureti ingenio. *Schw.*

3. *Nihil inquit... argumentum.* Ex Livio hæc non desumpta sunt. Sed fuere diversæ de Scipione traditiones, ipso Livio auctore l. l. cf. Antias Auli Gellii VI, 8. *Ruhk.*

4. *Utere sine me beneficio meo, patria.* Sic Milo apud Ciceronem: « Tranquilla republica cives mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. »

5. *Argumentum.* Monstrabo libertatem tibi adhuc esse. Cæterum cf. Cic. de Off. III, 1. *Ruhk.*

6. *Tam suum exsilium reipublicæ imputaturus, quam Hannibal. Hannibali R. A. c.* et Pal. 2 *Hannibalis* ed. Erasm. et seqq. cum aliis Palat. et Col. Equidem, neutrum ferendum judicans, *Hannibal* correxi, plano sensu: ut Hannibal, ne civibus suis molestiam crearet, sponte in exilium exivit, (conf. Livium lib. XXXIII,

Digitized by Google

3 Vidi villam structam lapide quadrato; murum circumdatum silvæ; turres quoque in propugnaculum villæ utrimque subrectas; cisternam ædificiis ac [1] viridibus subditam, quæ sufficere in usum vel exercitus posset; balneolum angustum, tenebricosum, ex consuetudine antiqua: non videbatur majoribus nostris caldum, nisi ob-
4 scurum. Magna ergo me voluptas subiit, contemplantem mores Scipionis ac nostros. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est [2], abluebat corpus laboribus rusticis fessum; exercebat enim opere [3] se, terramque (ut mos fuit priscis) ipse
5 subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit; hoc illum pavimentum tam vile sustinuit [4]! At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus [5] refulserunt;

cap. 47 sq.) sic item Scipio. *Reipublicæ imputaturus*, idem valet: ac *Reipublicæ gratum facturus*, de rep. bene meriturus. *Schw.*—Aliter quoque eadem lectio intelligi potest: Scipio qui vicerat Hannibalem, qui rempublicam terrore punico liberaverat, eamdem sortem a Romanis expertus est ac Hannibal; nam Romani, qui Hannibalem Romæ acerrimum hostem patria sua exulare coegerant, iidem Scipionem reipublicæ tutorem, republica ejecerunt. Ruhk. qui edidit *quam Hannibalis*, sic explicat loc. *se Liternum* (*sc. in exilium*) *recepit*: quatenus reus beneficio legum uti et in exilium voluntarium secedere poterat. Hannibalis exilium ipsi tanquam auctori ejus tribuit noster, quo ut beneficio meritus est de republica. Liv. XXXIII, 47 Scipionem diu sed frustra repugnasse machinationibus Senatus narrat. Contra *Lagrange* eamdem ac Ruhkopfius lectionem secutus vertit: *Rendant son exil aussi honteux pour Rome que celui d'Hannibal.*

1. *Viridibus.* Ita vocabant prata et arboreta. *Muretus.*

2. *Quod tantum semel capta est.* A Gallis capta, Scipioni debuit, quod iterum ab Hannibale non capta fuit.

3. *Opere.* Perperam *operæ* ed. Bipont. et Ruhk. *Schw.*

4. *Sustinuit... sustineat. Substinuit... substineat* ed. *R. Schw.*

5. *Orbibus.* Crustis aut segmentis marmorum circuli speciem gerentibus, quas maculosas eximie æstimabant. Video nunc, his scriptis, amicissimum Jacobsium in Miscellan. phil. P. I, p. 88, eamdem sententiam tulisse, loco hoc adducto. Spectant huc Plinii N. H. XXXV, 1 verba, quæ luxum hunc confirmant, docentque, Neronis ævo hoc esse inventum. Nigricanti itaque marmori ut maculæ adessent, crustas numidicas interfe-

Digitized by Google

nisi Alexandrina marmora[1] Numidicis crustis distincta sunt; nisi illis undique operosa et in picturæ[2] modum variata circumlitio prætexitur; nisi vitro[3] absconditur camera; nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus[4]; nisi aquam argentea epistomia[5] fuderunt. Et adhuc plebeias fistulas 6
loquor : quid, quum ad balnea libertinorum pervenero? quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, impensæ causa[6]! quantum aquarum per gradus[7] cum fragore labentium! Eo deliciarum[8] pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minimæ sunt, rimæ magis, quam fenestræ, muro lapideo exsectæ, ut sine injuria munimenti lumen admitterent : at nunc blattaria[9] vocant 7
balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem

rebant et opere musivo circa ornabant. *Ruhk.*

1. *Alexandrina marmora.* Plura sane Alexandria et Ægypto advehebantur, *Luculleum* nigricans, *Ophites* maculans, *Porphyrites* punicans, et hæc ipsa iterum distincta : an autem unum aliquod proprie *Alexandrinum* dictum fuerit, ignoro. *Lips.*

2. *In picturæ modum.* Musivum opus intelligit, quo solent ambire quadras aut orbes, et velut marginare. Ideo addit *circumlitionem prætexi.* Vera autem etiam pictura in musivis, id est, variæ rerum formæ.

3. *Nisi vitro... camera.* Lucem affundit Stat. Silv. I, 5, 43 : « Effulgent cameræ vario fastigia vitro, » etc. ubi cf. not. *Ruhk.*

4. *In quas multa..... demittimus.* Explicat ipse Noster Ep. CVIII, § 16 : Decoquere corpus atque inanire sudoribus (sc. in balneo calido) inutile simul delicatumque credimus. *Ruhk.*

5. *Epistomia.* Quæ et *epitonia* vocantur, sunt obturacula ori vasorum aut labrorum indita, e quibus versis liquor emittitur, ut et in nostris balneis fieri solet. *Ruhk.*

6. *Impensæ causa.* Non ut usum, sed ut opes ostentent. Plinius hoc appellat *lautitiæ causa*, XXXVI, c. VI : « Columnis utebantur (antiqui) nec lautitiæ causa, sed quia firmius aliter statui non poterant. » *Lips.*

7. *Aquarum per gradus.* E labris aut receptaculis in solia inferiora et subjecta. *Lips.*

8. *Eo deliciarum... gemmas calcare nolimus.* Puto, pavimenta luxuriosa et pretiosa, lithostrata, quæ opere musivo constabant. Eadem de re Stat. Silv. I, 3, 54 : « Calcabam nec opinus opes. » Cf. Noster de Ira III, 35, 4. Ep. XVI, 7. *R.*

9. *Blattaria.* A blattis, quæ lucem

Digitized by Google

fenestris amplissimis recipiant; nisi et lavantur simul et colorantur[1], nisi ex solio agros et maria prospiciunt. Itaque, quæ concursum et admirationem habuerant quum dedicarentur[2], in antiquorum numerum rejiciuntur, quum aliquid novi luxuria commenta est, quo ipsa se [3]obrueret.

8 At olim et pauca erant balnea, nec ullo cultu exornata: cur enim ornaretur res quadrantaria[4], et in usum, non oblectamentum, reperta? Non suffundebatur aqua, nec recens semper velut ex calido fonte currebat; nec referre credebant, in quam perlucida[5] sordes deponerent. Sed, Dii boni, quam juvat[6] illa balnea intrare obscura, et gregali tectorio inducta, quæ scires Catonem[7] tibi ædilem, aut Fabium Maximum[8], aut ex Corneliis[9] aliquem,

9 manu sua temperasse? Nam hoc quoque nobilissimi ædiles fungebantur[10] officio, intrandi ea loca, quæ populum receptabant, exigendique munditias, et utilem ac salubrem temperaturam; non hanc, quæ nuper inventa est, similis incendio; adeo quidem, ut convictum in aliquo scelere

fugiunt et tenebrosis balneis gaudent, innascunturque. Plin. II, 28. Hinc Statius, Plin. al. qui balneorum mentionem sub imperatoribus injiciunt, laudant τὸ εὐφεγγὲς, bene luminosum. *Ruhk.*

1. *Colorantur.* Solent sub dio insolari, post unctionem; hic licet et libet in ipso balneo, sic aprico. *Lips.*

2. *Quum dedicarentur.* De publicis balneis accipe: atque ea solemniter solent usibus populi dedicari. — Statim post ædificationem cum invocatione Æsculapii et Hygeæ, quorum statuis balnea ornari solebant, ut e Lucian. t. VII, p. 298 sqq. Bip. videre licet, et cum votis pro salute populi. *R.*

3. *Obrueret.* I. se pessumdaret, obscuraret. *Ruhk.*

4. *Res quadrantaria.* Notum est, quadrantem (i. e. quartam assis partem) mercedulam balneatoris fuisse. *Lipsius.*

5. *Perlucida.* Aqua propter solis splendorem, qui in balneo erat. *R.*

6. *Quam juvat*, *R. A. c. Quam juvabat* ed. Erasm. et seqq. *Schw.*

7. *Catonem.* Uticensem. *Ruhk.*

8. *Fabium Maximum.* Cunctatorem. *Ruhk.* — Qui mora fregit impetum Hannibalis.

9. *Corneliis.* Scipionibus. *Ruhk.*

10. *Ædiles fungebantur.* Quorum erat loca inspicere et curare valetudini apta aut usibus quotidianis: sic popinas, ganeas, balneas, et hæc talia tuebantur; quæ, Seneca alibi dicit *loca ædilem metuentia.* — Plura de

Digitized by Google

servum vivum[1] lavari oporteat. Nihil mihi videtur jam interesse, ardeat balneum, an caleat. Quantæ nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus[2] diem admiserat! quod non in multa luce decoquebatur, et exspectabat[3] ut in balneo coqueretur[4]! O hominem calamitosum! nesciit vivere! Non saccata[5] aqua lavabatur, sed sæpe turbida, et, quum plueret vehementius, pæne lutulenta! Nec multum ejus intererat, an sic lavaretur; veniebat enim, ut sudorem illic ablueret, non ut unguentum. Quas nunc quorumdam futuras voces credis? « Non invideo Scipioni: vere in exsilio vixit, qui sic lavabatur. » Imo, si scias, non

his ædilium muneribus vide ap. me ad Taciti Ann. II, fin. et querelas similes ap. Plutarch. III. Quæst. nat. c. 10. Quæst. conviv. VIII, 9. *Lips.*

1. *Vivum lavari.* Sic percommode ac lepidissime ed. *A.* rursusque ed. Ven. et aliæ ante Ruhk. cum msstis ad unum omnibus. Perperam *vitium* ed. *R.* quod correcturus is qui editionem Tarvisinam curavit (ac forsan jam ante hunc, is quis Neapolitanæ præfuerat), ex conject. *invitum* scripsit; unde istam scripturam in ora suæ editionis notavit Erasmus. Nunc hoc ipsum *invitum* arripiens Ruhk. in contextu posuit, nullum sensum fundere vulgatam scripturam autumans. *Schw.* — Sensus est: illam undam tam calidam et ardentem esse ut servus illa mergi queat supplicii loco.

2. *Latis specularibus.* Ita assolent contra ventos objicere specularia (vicem hodie vitrearum) et illos excludere, lucem admittere. Martialis: « Hibernis objecta notis specularia puros Admittunt soles, et sine fece diem. » *Lipsius.*

3. *Et exspectabat, ut in balneo coqueretur.* Pro *exspectabat*, quæ lectio nunc est vulgata, Schweigh. scribi jubet *spectabat*, quod ante Lipsium dabant edd. cum msstis, excepto uno aut altero Gruteri, in quibus *exspectabat*, solemni librariis confusione verborum *spectare* et *exspectare*. *Spectabat*, inquit Schw. quam lepida ironia, pro Senecæ nostri more, dictum sit, nemo non videt.

4. *Coqueretur.* Perperam *concoqueret* jam inde ab ed. Ven. et Lipsio vulgatum erat; quod quam ineptum sit nemo non videt, quasi quisquam concoctionis causa in balneum descenderet! Recte vero *coqueretur* dedere *R. A. c.* nec dubito eamdem scripturam in aliis libris repertum iri, si modo diligentius fuerint inspecti: ex Par. *a* uno *non coqueretur* adnotatum reperio, imperite adjecta negatione, quæ tamen est subaudienda. *Schw.*

5. *Saccata aqua* cum Gronov. e codd. recepi: ante, *pacata.* — *Saccata.* Sacco (σάκκῳ) percolata: causa

Digitized by Google

11 quotidie lavabatur! Nam, ut aiunt[1] qui priscos mores Urbis tradiderunt, brachia et crura quotidie abluebant, quæ scilicet sordes opere collegerant; cæterum toti nundinis[2] lavabantur. Hoc loco dicet aliquis : « Liquet[3] immundissimos fuisse. Quid putas illos oluisse? » Militiam, laborem, virum! Postquam munda balnea inventa sunt,
12 spurciores sunt. Descripturus infamem et nimis notabilem deliciis Horatius Flaccus[4], quid ait?

Pastillos Rufillus olet!.....

Dares nunc Rufillum[5]; perinde esset, ac si hircum oleret et Gorgonii loco esset, quem idem Horatius Rufillo opposuit. Parum est, sumere unguentum; ni bis die terque renovetur, ne evanescat in corpore. Quid, quod iidem hòc odore[6], tanquam suo, gloriantur?

13 Hæc si tibi nimium tristia videbuntur, villæ imputabis; in qua didici ab Ægialo[7], diligentissimo patrefamiliæ (is enim hujus agri nunc possessor est), quamvis vetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere

fuit haud dubie aqua Tiberis fluvii, quam flavam et turbidam lutulentamque fuisse satis constat. Hinc *flavus Tiberis* ap. Horat. 1, 2 Carm. 13. *Ruhk.*

1. *Nam, ut aiunt... tradiderunt.* E. c. M. Porc. Cato major, M. T. Varro al. *Ruhk.*

2. *Nundinis.* I. octavo quoque die quo agricolæ Romam nundinarum causa veniebant. *Ruhk.*

3. *Liquet. Liquet mihi* ed. Gron. et seqq. cum Gruteri msstis. *mihi liquet* ed. *R.* Inutile pronomen recte abjecerat Erasm. Mire ed. *A.* et ms. *c. quotis liquet. Schw.*

4. *Horatius Flaccus.* Serm. I. 2, 27 : « Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.» Pastilli erant unguenti genus, διάπασμα (pillulæ unguentariæ). Martial. I, 88 : « Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino, Pastillos Cosmi luxuriosa voras.» *Ruhk.*

5. *Dares nunc Rufillum.* Si nostro tempore dares illum Rufillum, qui Horatii ætate delicatissimus habebatur.

6. *Hoc odore.* Inde ab ed. Er. temere omissum erat pronomen *hoc*, quod agnoscunt vett. libri omnes. *S.*

7. *Ægialo.* Quem et Plinius memorat inter vineæ nobiles cultores N. H. XIV, 5 bip.: « Magna fama et Vetuleno Ægialo perinde (ut Acil. Sthenelo, quem Plinius paulo ante laudaverat) libertino fuit, in Campaniæ

Digitized by Google

necessarium est[1], quorum nemo non olivetum alteri ponit[2] : quod vidi illum[3] arborum trimum aut quadrimum fastidiendi fructus autumno deponere. Te quoque pro- 14
teget illa, quæ

Tarda venit, seris factura nepotibus umbram[4],

ut ait Virgilius noster; qui non, quid verissime, sed quid decentissime diceretur, aspexit; nec agricolas docere voluit, sed legentes delectare. Nam (ut omnia[5] alia 15
transeam) hoc, quod mihi hodie necesse fuit deprehendere[6], adscribam :

Vere fabis satio est : tunc te quoque, medica, putres
Accipiunt sulci, et milio venit annua cura[7].

An uno tempore ista ponenda sint, et an utriusque verna sit satio, hinc æstimes licet. Junius mensis est, quo tibi

sure Liternino, majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exilium. » Vides ex eo Ægialum possessorem villæ hujus Scipionis fuisse. *Lipsius.*

1. *Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non olivetum alteri ponit : quod* (i. e. quale) *vidi illum arborum trimum aut quadrimum fastidiendi fructus a. d.* Intellige trimas et quadrimas arbores, ex quo semel a seminario translatæ sunt : nam quæ taleis desectis ex arbore et depositis institutæ sunt, excultæ quinquennio demum habiles translationi sunt, teste Columella V, 6, 9; Plin. XVII, 11. Addit Seneca, ipsum etiam arbustum posse transferri. *Gronov.* — Propter malos fructus, quos ferrent, iterum pangere, transferre s. transplantare solitus erat, vel autumni tempore. *R.*

2. *Alteri ponit.* Simile illud nostri *La Fontaine*, in fabula dicta *le Vieillard et les trois Jeunes Hommes :*

Mes arrière-neveux me devront cet ombrage ;
Eh bien ! défendez-vous au sage
De se donner des soins pour le plaisir d'autrui?
Cela même est un fruit que je goûte aujourd'hui.

3. *Quod vidi illum arborum trimum aut quadrimum fastidiendi fructus.* Hanc esse omnium cod. mss. scripturam docuit Gruter. et Gronov., qui Lipsii Muretique lectionem : *quod vidi, hoc dico : illud arboretum*, recte damnavit. *Schw.*

4. *Tarda venit... umbram.* Virgil. Georg. II, 58.

5. *Omnia alia.* Restitui posteriorem vocem, temere omissam in ed. Bipont. et Rubk. *Schw.*

6. *Deprehendere. Reprehendere* edd. a Mur. ex Lipsii conject. invitis libris omnibus, qui in *deprehend.* consentiunt, præter unam ed. *R.* in qua *apprehendere. Schw.*

7. *Verefabis... cura.* Virgil. Georg. I, 215 et sq.

Digitized by Google

scribo, jam proclivus[1] in Julium : eodem die vidi fabam metentes, milium serentes[2].

16 Ad olivetum revertor, quod vidi duobus modis depositum[3]. Magnarum arborum truncos, circumcisis ramis et ad unum redactis pedem, cum rapo suo[4] transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illæ pependerant. Hoc fimo tinctum[5] in scrobem demisit; deinde terram non aggessit tantum, sed calcavit et pressit.

17 Negat quidquam esse hac, ut ait, spissatione[6] efficacius; videlicet frigus excludit et ventum : minus præterea movetur; et ab hoc nascentes radices prodire patitur, ac solum apprehendere, quas necesse est cereas[7] adhuc,

1. *Proclivus*. Ed. *A*. rursusque ed. Ven. et seqq. nec aliud ex msstis prolatum video : noster tamen Arg. *c. proclivis* habet. Perperam *proclivius* ed. *R. Schw*.

2. *Milium serentes*. Defensionem contra Senecæ reprehensionem dederunt interpp. Virgilii, qui docent, Virgilium in fabæ satione per ver ritum circumpadanæ Italiæ secutum esse, nec medicam (nostrum *luzerne*) solum eodem tempore seri, sed milium quoque æstate, hieme et vere. *Ruhk*.

3. *Depositum*. Ex Gronovii emendatione recepit Ruhk. et nos tenuimus. Videtur tamen forsitan teneri debuisse vulgatum *dispositum*, quod ipsum verbum eadem notione transferendi, transplantandi haud semel apud Columellam occurrit; ut lib. XI, cap. 3, pag. 454, 456, 457, etc. ed. Bipont. *Schw*.

4. *Cum rapo suo*. Restitui constantem veterum librorum scripturam. Quod vulgo edebatur, *cum scapo suo*, Mureti inventum erat, nec necessarium illud hoc loco, et per se parum felix. *Rapum* commode intelligetur tuber illud, quod in imo caudice esse solet, e quo radices exeunt: estque id ipsum, quod mox *caput radicis* dicit Seneca. Conf. not. ad § 19. *Schw*.

5. *Fimo tinctum*. Gronovii emendationem *tactum* recepit Ruhk. Nobis ferendum vulgatum visum erat, in quod libri omnes consentiunt. *Schw*. — Sic autem Ruhk. defendit *tactum*. *Tangere* enim, ait, in hac re solemne est, apud Plin. et scriptores de re rust. Tingo, τίγγω, sensum auctoris non satis exprimit. Cæterum *tingere*. *tangere*, *tinctum*, *tactum*, etsi diversæ significationis atque originis, tamen a librariis confundi solent. Proinde recepi, silentibus omnibus mss. Rem exprimit Columella V, 6; Plin. XVII, 11.

6. *Hac, ut ait, spissatione*. Ita aliquot scripti. Muretus tamen et asseclæ, *pisatione*, quasi *pinsatione*, quod miror. Non enim ἀναλόγως *pinsatio* a *pinsere*. Vulgata quid clarius? *Lips*.

7. *Cereas adhuc*. Vulgo *teneras*

Digitized by Google

et precario hærentes, levis quoque revellat agitatio. Parum autem arboris, antequam obruat, radit[1]. Ex omni enim materia quæ nudata est, ut ait, exeunt radices novæ. Non plures autem super terram eminere debet truncus, quam tres aut quatuor pedes; statim enim ab imo vestietur, nec magna pars, quemadmodum in olivetis veteribus, arida et retorrida erit. Alter ponendi modus hic fuit: ramos fortes, nec corticis duri, quales esse novellarum arborum solent, eodem genere deposuit. Hi paulo tardius surgunt; sed, quum tanquam a planta processerint, nihil habent in se aut horridum aut [2] triste. Illud etiamnunc vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri: hujus capillamenta [3] quoque, si fieri potest, colligenda sunt; deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore radicescat. Et vidi non tantum mense Februario positas; sed jam [4] Martio exacto tenent et complexæ sunt non suas ulmos [5]. Omnes autem istas arbores, quæ, ut ita dicam, grandiscopiæ sunt[6], ait aqua adjuvandas cisternina: quæ si prodest, habemus pluviam in nostra 18 19

edd. ab Er. quod si in aliquo cod. ms. repertum est, haud dubie ex scholio invectum erat: *cereas* cum ed. Ven. dabat unus cod. Pinc. et Pal. 2. et Col.; idem vero vocab. latebat in *certas*, quod præfert ed. *R.* et in *ceteras* quod habet ed. *A.* et ms. *Schw.*

1. *Radit.* Pincianus correxit, cum antea *radix* legeretur: placet vel invitis libris. *Lips.*

2. *Aut horridum aut triste.* Sic meliores libri. Vulgo *horridum nec triste. Schw.*

3. *Capillamenta* radices subtiliores e capite pendentes. *Ruhk.*

4. *Sed jam.* Vulgo *sed etiam. S*

5. *Non suas ulmos.* Ad imitationem Virgil. II, Geor. 82: de arbore silvestri, cui surculi feraces inserti sunt: *Miraturque novas frondes et non sua poma. Ruhk.*

6. *Arbores, quæ, ut ita dicam, grandiscopiæ sunt.* Sic recte vet. libri omnes, nisi quod temere plerique velut duas voces scribunt *grandis copiæ.* Dicit autem arbores *grandiscopias*, quarum radix grandibus scopis sive scopiis, quæ *capillamenta* paulo ante dixerat, instructæ sunt. Istud vocab. quum præter rationem in *grandiscapiæ* mutassent viri docti, ex hoc dein probare conati sunt, pro *rapo* supra § 16, *scapo* scriptum oportuisse: ita (quod nimis frequenter accidit mortalibus) ex errore in errorem inciderunt. *Schw.*

Digitized by Google

potestate. Plura te docere non cogito; ne, quemadmodum Ægialus noster[1] me sibi adversarium[2] paravit, sic ego parem te mihi. Vale.

1. *Ægialus noster.* Rectius abjicietur posterius vocab. quod (nescio unde ab Erasmo invectum) ignorant *R. A. c.* Par. *a. b. d.* aliique codices apud Opsopœum et Grut. *Schw.*

2. *Me sibi adversarium,* æmulum industriæ et vel superare conantem. *Lipsius.*

EPISTOLA LXXXVII.

DE FRUGALITATE ET LUXU : AN DIVITIÆ BONUM SINT?

Occasione secessus cujusdam, quem amico describit ut frugalissimum, se nondum eo pervenisse queritur, ut fortuita a bonis discernat, et in vita perversam recti verecundiam exuat, etiamnunc curans opiniones alienas stupensque ad supervacua. His et similibus cogitationibus delabitur ad dissertatiunculas de Bono. Primus syllogismus est : quum omne quod bonum sit, bonos faciat, fortuita non bona esse, quippe quæ bonos non faciant. Refutat itaque Peripateticos, qui bonum vocant omne utile pertinereque dicunt ad beate vivendum, quum Stoici omne quod æstimatione (ἀξίᾳ) omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam putent (cf. Cic. de Fin. III, 12) et animo puro, sincero et magno constare illud pronuntient, ideoque quod per se bonum est, intelligant. Quæ quidem in fortuita cadere non possunt. Deinde refutat eosdem Peripateticos, qui contendant contra Stoicos, bonum ex malo nasci. In his Senecæ videmus animo obversatum esse discrimen inter materiam et formam actionis, ut nostris loquendi formulis utar. Neque malum neque bonum ortum suum ducit e materia, sed e forma actionis; jam quum e. c. divitiæ solummodo ad materiam pertineant, neque malum neque bonum sunt, sed commoda i. e. quæ magis proficiant sani judicii homini, quam noceant. Neque mala s. incommoda sunt, quoniam, ut Posidonius ait, non causa efficiens mali, sed nonnisi præcedens (causam occasionalem cum scholasticis vocaveris) sunt : neque pro bono habendæ sunt, quia non omni noxa carent, quia animum non attollunt, etc. : duntaxat commoda dici possunt.

Cf. Argum. Epist. LXVI præmissum, et quos ibi laudavi. *Tiedemann System d. st. Phil.* III, p. 35 sqq.

Digitized by Google

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

NAUFRAGIUM[1], antequam navem ascenderem, feci : quomodo acciderit, non adjicio, ne et hoc putes inter Stoica paradoxa[2] ponendum; quorum nullum esse falsum, nec tam mirabile, quam prima facie videtur, quum volueris approbabo, imo etiam si nolueris. Interim hoc me iter docuit, quam multa haberemus supervacua, et quam facili judicio possemus deponere, quæ, si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata. Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculum potuit, sine 2
ullis rebus, nisi quæ corpore nostro continebantur, ego et Maximus[3] meus biduum jam beatissimum agimus. Culcita in terra jacet, ego in culcita. Ex duabus penulis, altera stragulum, altera opertorium facta est. De prandio nihil detrahi potuit[4] : paratum fuit non magna [5] hora, nusquam sine caricis[6], nusquam sine pugillaribus. Illæ, 3

1. *Naufragium... feci.* Quatenus expertus sit, quam parum adhuc profecerit in contemnendis fortuitis commodisque. *Ruhk.*

2. *Paradoxa* sæpius jam memorata vidimus, ut Stoicis præsertim propria, quæ Cicero admirabilia vocat contraque opinionem omnium, sed verissima, auctore Cleanthe, qui aiebat παράδοξα μὲν, οὐ μὴν παράλογα. Spectant autem imprimis ad Stoæ dogmata de sapiente, de summo bono, de virtute rel. Cf. Cic. de Paradoxis; Arrian. Diss. IV, 1. *Ruhk.*

3. *Maximus.* Est ille Cæsonius Max. inter intimos et fidos ejus amicos, de quo Tacitus et Martialis. Notavi ad Taciti Annal. XV in fine et locum hunc ibi adde. *Lipsius.*

4. *Nihil detrahi potuit.* Quia nihil, nisi quod omnino necessarium erat placando ventri, pransuris offerebat.

5. *Non magna hora.* Vulgo *non magis hora* ab Erasm. cum plerisque mss., quorum quidem nonnulli *ora* habent, ut Arg. *c.* cum ed. *A.* Prætuli equidem id quod dedit ed. *R.* Videtur autem *non magna hora* idem valere ac *non multa hora*, *non multo die*; scil. non medio die, ut fere solebant, sed maturius : aut hoc dicit, non multum temporis consumptum esse in parando prandio. *Schw.*— In loco hoc corrupto Codd. nullam opem præstant. Nonnulli dant : *parentium fuit non magis ora.* Muretus quidem ait in uno libror. suorum legi : *paratum fuit sine magis hira*, unde eruit, *sine magiro* (ἄνευ μαγείρου, sine coquo). *Ruhk.*

6. *Nusquam sine caricis, nusquam sine pugill.* Sic vulgg. Ed. *R.* pro

Digitized by Google

si panem habeo, pro pulmentario sunt; si non, pro pane; quotidie mihi annum novum [1] faciunt, quem ego faustum et felicem reddo bonis cogitationibus, et animi magnitudine; qui nunquam major est, quam ubi aliena seposuit, et fecit sibi pacem, nihil timendo; fecit sibi divitias, nihil concupiscendo. Vehiculum, in quo positus [2] sum, rusticum est. Mulæ [3], vivere se, ambulando
4 testantur; mulio excalceatus, non propter æstatem [4]. Vix a me obtineo, ut hoc vehiculum velim videri meum: durat adhuc perversa recti verecundia [5]. Quoties in aliquem comitatum lautiorem incidimus, invitus erubesco; quod argumentum est, ista, quæ probo, quæ laudo, nondum habere certam fidem [6] et immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit, pretioso gloriabitur [7]. Parum adhuc profeci; nondum audeo frugalitatem palam ferre; etiam nunc curo opiniones viatorum.

priore *nusquam* scribit *nunquam*, quod Schw. in textum recepit.—*Nusquam sine caricis* i. aridis ficubus, de quibus Plin. N. H. XV, 19: « Ficus panis simul et obsonii vicem siccatæ implent. »

1. *Quotidie mihi annum novum.* Hæc enim dulcia anno novo, quasi omen, dare et mittere invicem solebant, talis futuri anni. Ovidius I Fast. vss. 185 *sq.* « Quid vult palma sibi, rugosaque carica, dixi, Et data sub niveo condita mella cado? Omen, ait, causa est: ut res sapor ille sequatur, Et peragat cœptum dulcis ut annus iter. » Et *caricas* igitur et *cariotas* sive palmulas (*palmas* poeta dicit) tunc solent datare. Martialis: « Aurea porrigitur Jani cariota Kalendis. » *Lips.*— Cf. Jo. Lydus in *Bibl. der alten Litt. u. K.* VII p. 32. *R.*

2. *In quo positus.* Sic rursus ed. *R.* Vulgo *in quod impositus. Schw.*

3. *Mulæ ... æstatem.* Mulæ mulique in vehiculis apud homines illarum regionum in usu erant et sunt hodieque. Hæ mulæ erant macræ, vix vivæ, quas, nisi ambularent, non crederes vivere: ita macie sunt enectæ: mulio autem pauperrimus erat. *R.*

4. *Non propter æstatem.* Sed propter paupertatem.

5. *Perversa recti verecundia.* Nempe eum pudebat rei, cui nulla adhærebat vera turpitudo.

6. *Fidem.* Jam Grut. mss. suos quosdam sequens pronior erat in *fidem*, quam quæ vulgata erat *sedem*. Gronovius veritatem docuit. Sensus: Illa nondum apud me in decreta abierunt atque animo infixa sunt. *Ruhk.* cui assentitur Schw.

7. *Gloriabitur* libri vett. Vulgo *gloriatur*, a Mur. *Schw.*

Digitized by Google

Contra totius generis humani opiniones mittenda vox 5
erat : « Insanitis, erratis, stupetis ad supervacua, neminem æstimatis suo! Quum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem ponitis singulorum, quibus aut pecuniam crediturí estis, aut beneficia (nam hæc quoque jam expensa fertis) : « Late possidet, » sed multum debet ; habet domum formosam, sed alienis » nummis paratam ; familiam [1] nemo cito speciosiorem » producet, sed nominibus [2] non respondet ; si creditori- » bus solverit, nihil illi supererit. » Idem in reliquis quo- 6
que facere debebatis, excutere quantum proprii quisque habeat! » Divitem illum putas, quia aurea supellex etiam in via eum sequitur ; quia in omnibus provinciis arat[3] ; quia magnus kalendarii liber[4] volvitur ; quia tantum suburbani agri possidet, quantum invidiose [5] in desertis Apuliæ possideret. Quum omnia [6] dixeris, pauper est. —Quare ?—Quia debet.—Quantum ? inquis. — Omnia. Nisi forte judices interesse, utrum aliquis ab homine, an a fortuna [7] mutuum sumpserit. Quid ad rem per- 7

1. *Familiam* servorum. *Ruhk.*

2. *Nominibus*, i. creditoribus. *R.*

3. *Arat*, i. possessiones habet, ut Hor. Epod. IV, 13. *Ruhk.*

4. *Magnus kalendarii liber*, i. fœnebris pecuniæ liber : nam Kalendis usuræ cedebant et petebantur. Itaque nomina et pecunia per Kalendas in tali codice scribebantur. De quo Martialis : « Superba densis arca palleat nummis, Centum explicentur paginæ Kalendarum. » Cf. ad Ep. XIV fin. *R.*

5. *Quantum invidiose in desertis Apuliæ possideret*, ideoque permultum ; nam si quis latifundii apulici in desertis illis, quæ hodieque non cultiora sunt (Busching IV, p. 489.) possessor invidiam creare velit, mirum quantum possidere oportet. Fortasse quis de ovium migrationibus cogitet, quæ ex Samnio autumni tempore in Apuliæ loca calidiora s. saltus calidiores fiebant et vectigalia præstabant possessoribus istarum regionum, Hodieque obtinent, uti in antiquitate. Horat. Epod. I, 25 sq. ubi vide Bottiger. Cf. post Busching l. l. *Lasteyrie*, *Traité sur les Bêtes à laine d'Espagne*. *Ruhk.*

6. *Quum omnia*. Vulgatæ præbent *et quum omnia ;* languide et invitis msstis. *Schw.*

7. *A fortuna*. Quæ scilicet olim ab inexspectante ea repetet, quæ in mutuum collocavit, nudatumque adventitiis bonis relinquet.

Digitized by Google

tinent mulæ saginatæ, unius omnes coloris? Quid ista vehicula cælata?

> ... Instrati ostro alipedes, pictisque tapetis;
> Aurea pectoribus demissa monilia pendent;
> Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum [1].

Ista nec dominum meliorem possunt facere, nec mulam. M. Cato Censorius [2] (quem tam reipublicæ fuit [3] nasci, quam Scipionem; alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canterio [4] vehebatur, et hippoperis quidem [5] impositis, ut secum utilia portaret.
8 O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis [6] in via divitibus, cursores et Numidas [7] et multum ante se pulveris agentem! Hic sine dubio cultior comitatiorque, quam M. Cato, videretur; hic, qui inter illos [8] apparatus delicatus quummaxime dubitat, utrum se ad gladium locet [9], an ad cultrum. O quantum erat sæ-

1. *Instrati... aurum.* Versus sunt Virgilii Æn. VII, 277 sq. *Ruhk.*

2. *M. Cato Censorius* qui et priscus s. major vocatur. Similia de Catone Plutarchus quoque narrat in Ej. vita To. I, p. 336 et p. 347 ed. Frcf. *Ruhk.*

3. *Quem tam reipublicæ fuit nasci.* Hanc lectionem vulgatæ: *quem tam reip. hercule profuit nasci* præferendam et veram esse Gronovius monstravit, tum ex edd. veneta et tarvis., tum e Pinciani al. codd. tandem ex usu sermonis Senecæ proprio. *Fuit nasci*, est, fuit operæ pretium, interfuit, aut ex usu fuit nasci. Cf. I. F. Gronov. Obss. IV, 8, p. 601 sq. *R.*

4. *Canterio.* Equo secto. *Lips.*

5. *Hippoperis quidem.* Horatius manticam appellat Serm. VI, 106: « Nunc mihi curto Ire licet mulo.... Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. » Ab utroque equi latere dependebant: nam ephippia nostra apud antiquos in usu non fuisse, jam supra monuimus; cf. Jo. Beckmann. *Beytrage zur Gesch. der Erf.* III 1 p. 40 sq. et iterum in *Vorrath kleiner Anmerk.* II Part. *Ruhk.*

6. *Trossulis.* Cf. ad Ep. LXXVI, 1; in itinere etiam opes suas ostentare cupiunt. *Ruhk.*

7. *Numidas.* Honori sibi duxisse divites, ut Numidæ equites, servi sui, in itinere ipsos comitarentur, hic locus docet. Cf. Epist. CXXIII, 6. Tacit. Ann. III, 53 not. Lipsius ad II Hist. Tacit. 40. *Ruhk.*

8. *Hic qui inter illos apparatus delicatus.* Sic ed. *R.* cum msstis. Vulgo *hic inter illos apparatus delicatos qui. Schw.*

9. *Utrum se ad gladium locet.* Iste quidem dives apparet, sed ære

Digitized by Google

culi decus, imperatorem triumphalem, censorium, et, quod super omnia hæc est, Catonem, uno caballo esse contentum, et ne toto quidem! partem enim sarcinæ, 9
ab utroque latere dependentes, occupabant. Ita non omnibus obesis mannis, et asturconibus [1], et [2] tollutariis præferres unicum illum equum, ab ipso Catone defrictum?

Video non futurum finem in ista materia ullum, nisi quem ipse mihi fecero. Hic itaque conticescam, quantum ad ista [3]; quæ sine dubio talia divinavit futura, qualia nunc sunt, qui primus appellavit *impedimenta*. Nunc 10
volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere, ad Virtutem pertinentes, quam satisfacere vitæ beatæ contendimus. « Quod bonum est [4], bonos facit; nam et in arte musica, quod bonum est, facit musicum: fortuita [5] bonum non faciunt; ergo non sunt bona. » —

alieno obrutus deliberat, utrum apctoret se et faciat gladiatorem, an bestiarium. Mos pessimi ævi, ut honeste nati arenæ operas locarent, grandi pretio. Itaque iste desperabundus hoc agitat. Gladius gladiatorum est: cultter venatorum. Vide me Saturn. II, cap. 3. *Lipsius.*

1. *Asturconibus.* Isti equi ab Hispania a Romanis arcessebantur, eorumque vectura blanda et ad delicias usque mollis: celebres erant et celeritate, unde Martialis: « Hic brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus astur equus. » Græci vocabulo βαδίζειν significabant eorum incessum mollem et delicatum, latini utebantur verbo *ambulare* quod apud Gallos dicitur *aller l'amble.* (E notis *Lagrange.*)

2. *Tollutariis. Tollutarius* proprie est qui ad numerum colligit ungues. *Tollutim* incedere est numeratim, molliter et inconcussim. Vide notam Salmasii in Julio Capitolino, cap. 3, not. 3, in qua doctissime nos erudiit quid essent asturcones, tollutarii, colatorii, guttonarii. (E notis *Lagr.*)

3. *Quantum ad ista* sc. instrumenta luxus, quæ hoc sensu recte *impedimenta*, voce militari, vocari possunt. *Ruhk.*

4. *Quod bonum est, bonos facit.* Omnia, quæ dignitati et naturæ humanæ congruunt, virtus, honesta et bona sunt, ideoque bonos faciunt. Cf. Stob. Ecl. II, c. 7, p. 200, 202, 120 ed. Heeren. *Ruhk.*

5. *Fortuita* quæ non in nostra potestate sunt, e. c. opes. Peripatetici stoicis consentire non poterant, quum contrarias de bono sententias haberent, et adeo fortuita in bonorum nu-

Digitized by Google

Adversus hoc sic respondent Peripatetici, ut, quod pri-
11 mum proponimus, falsum esse dicant. « Ab eo, inquiunt, quod est bonum, non utique fiunt boni. In musica est aliquod bonum, tanquam tibia, aut chorda, aut organum aliquod aptatum ad usus canendi; nihil tamen horum facit musicum. » — Hic respondebimus : Non intelligitis quomodo posuerimus, « quod bonum est in musica [1]. » Non enim id dicimus, quod instruit musicum, sed quod facit : tu ad supellectilem artis, non ad artem
12 venis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique musicum faciet. Etiamnunc facere id planius volo. Bonum in arte musica duobus modis dicitur : altero, quo effectus musici adjuvatur; altero, quo ars. Ad effectum pertinent instrumenta, tibiæ, et organa, et chordæ; ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis; uti forsitan non potest arte. Hoc non est æque duplex in homine [2] : idem enim bonum et hominis, et vitæ.

13 «Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest, bonum non est : opes autem et lenoni, et lanistæ contingunt : ergo non sunt bona [3]. » — Falsum est, in-

merum referrent, e.c. divitias, gloriam, nobilitatem. Cf. Stob. Ecl. II, 7 p. 286. Cæterum merito miraris, quod status controversiæ, quem vocamus, a disputantibus neglectus sit. *Ruhk.*

1. *Bonum est in musica.* Sic recte ed. *R.* cum ms. *c.* et aliis. Vulgo *bonum est musico. Schw.*

2. *Hoc non est æque duplex in homine.* Int. non eamdem distinctionem facere potes in homine, ac in artifice; nam quod bonum est homini, bonum est vitæ ejus : quam phrasin sic vertit *Lagrange : Mais dans l'homme il n'y a pas la même distinction : ce qui est bon pour lui l'est pour sa vie.*

3. *Ergo non sunt bona.* Hic syllogismus bene cum antecedenti cohæret, s. idem docet : quippe quo efficitur, fortuita non esse bona. Statuunt autem, Musarum studia, et litterarum, uti et equorum atque canum, in universum artes liberales omnes studia quidem vocari, non tamen scientias; atque adeo inter probos habitus (ἕνια τῶν σπουδαίων ἕξεσι) eos numerant. Stob. Ecl. II, 7, pag. 121 sq. unde et Chrysippus magno usui esse artes liberales ait-

Digitized by Google

quiunt, quod proponitis. Nam et in grammatica, et in arte medendi, aut gubernandi, videmus humillimis quibusque bona contingere. — Sed istæ artes non sunt magnitudinem animi professæ, non consurgunt in altum, nec fortuita fastidiunt. Virtus extollit hominem, et supra cara mortalibus collocat: nec ea, quæ bona, nec ea, quæ mala vocantur, aut cupit nimis, aut expavescit. Chelidon [1], unus ex Cleopatræ mollibus, patrimonium grande possedit. Nuper Natalis, tam improbæ linguæ, quam impuræ, in cujus ore [2] feminæ purgabantur, et multorum heres fuit, et multos habuit heredes. Quid ergo? utrum illum pecunia impurum effecit, an ipse pecuniam inspurcavit [3]? quæ sic in quosdam homines, quomodo denarius in cloacam cadit. Virtus super ista consistit; suo ære censetur [4]; nihil ex istis quomodolibet incurrentibus bonum judicat. Medicina, et gubernatio, non interdicit sibi ac suis admirationem [5] talium rerum. Qui non est vir bonus, potest nihilominus medicus esse; po-

bat (τυχρηστεῖν τὰ ἐγκύκλια μαθήματα). Diog. Laert. VII, 129. Contraria huic stoicæ sententiæ statuisse Peripateticos patet, v. c. e Stob. Ecl. II, 7 p. 290. *Ruhk.*

1. *Chelidon* et *Natalis* impurissimi homines, quos nonnisi ex hoc loco cognoscimus. Occurrit ap. Tacit. Ann. XV, 50 Anton. Natalis; sed an idem sit, nescitur. *Ruhk.* — Lipsius autem affirmat eum non esse eumdem ac Antonium Natalem, qui in Pisoniana conjuratione Senecam ipsum accusavit: nam ait Seneca nuper fuisse; ergo jam obierat. Quis scit, an pater hujus?

2. *In cujus ore fem. p.* explicari putat Lipsius a Seneca De Benef. IV, 31. *Ruhk.*

3. *Inspurcavit.* Sic ed. *R.* cum mss Par. *a. b. d.* Col. et Jur. *Conspurcavit* ed. Ven. Et. et Mur. Mendose *inspurgavit* aut *impurgavit A. c.* et mss. Pal. Unde *impuravit* ex Gruteri conjectura edidit Lipsius et seqq. *Schw.*

4. *Suo ære censetur.* Proprio, non adventitio bono. *Lipsius.*

5. *Admirationem* bene habet: nec admittenda est Gronovii emendatio *admixtionem.* Virtus, ait Seneca, non permittit admirationem pecuniæ et similium rerum, medicina et gubernatio permittit. Cæterum subscribo iis, quæ idem Vir summus monuit de solemni mutatione τῶν X et A. Cf. Gronov. Obss. IV, 14 p. 554 sq. *Ruhk.*

Digitized by Google

test gubernator, potest grammaticus, tam mehercules, quam coquus. Cui contingit[1] habere non quælibet, hunc non quemlibet dixeris. Qualia quisque habet, talis est. Fiscus[2] tanti est, quantum habet; imo in accessionem
16 ejus venit quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit, nisi quod pecuniæ in eo conditæ numerus effecit? Idem evenit magnorum dominis patrimoniorum; accessiones illorum et appendices sunt. Quare ergo Sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo, «quod contemptissimo cuique contingit, bonum non esse.» Itaque indolentiam[3] nunquam bonam dicam[4]: habet il-
17 lam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem, et molestia vacare[5] bonum dicam: quid est otiosius verme?

Quæris, quæ res Sapientem faciat? — Quæ[6] Deum. Des oportet illi divinum aliquid, cæleste, magnificum. Non in omnes bonum cadit, nec quemlibet possessorem patitur. Vide,

> Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuset.
> Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ;
> Arborei fœtus alibi, atque injussa virescunt
> Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,

1. *Cui contingit...dixeris*, i. is non est bonus, σπουδαῖος, φρόνιμος, quia virtute caret. *Ruhk.*

2. *Fiscus*. s. sportula pecuniaria, saccus, sonula nihili est sine pecunia, auget tamen ejus pretium. *Ruhk.* — Non sensus *accessionis* est, augeri sacco pretium nummorum: sed nummos rem esse præcipuam; saccum nil nisi vile additamentum: sic in homine divite divitiæ sunt res præcipuæ; homo fere nihil est: nam non habet divitias homo, sed divitiis habetur. Homo accedit divitiis, non divitiæ homini.

3. *Indolentiam*. Epist. LXVI, 42: « Apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur: ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione, etc. »

4. *Nunquam bonam dicam*. Corrige *bonum*. Error ex aliqua posteriorum editionum Lipsianarum in ed. Gron. indeque in alias omnes propagatus. *Schw.*

5. *Molestia vacare* in bonis posuerunt Peripatetici. Vid. e. c. Stob. Ecl. II, 7 p. 292 (ἡδονὴν καὶ ἀοχλησίαν). *Ruhk.*

6. *Quæ Deum*. Sc. perfecta ratio: quæ pars in nobis est communis illius rationis, i. e. Dei. *Lipsius.*

Digitized by Google

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum [1]....

Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si invicem alius aliquid ab alio peteret. Summum illud Bonum habet et ipsum suam sedem; non nascitur ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus, quæris? Animus! Hic, nisi purus ac sanctus est, Deum non capit [2]. 18

« Bonum ex malo non fit : divitiæ autem fiunt ex avaritia [3] : divitiæ ergo non sunt bonum. » — Non est, inquit [4], verum, bonum ex malo non nasci; ex sacrilegio enim et furto pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium et furtum; sed ideo, quia plura mala facit, quam bona : dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis et animi et corporis. — Quisquis hoc dicit, necesse est recipiat, sacrilegium sicut malum sit, quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit : quo quid fieri portentosius potest? Quanquam [5], sacrilegium, furtum et adulterium inter bona haberi, prorsus [6] persuasimus. 19 20

1. *Ferrum.* Versus Virgilii Georg. I, 53 sq. *Ruhk.*

2. *Deum non capit.* Sic Ep. XXXI, 9: « Quid aliud voces hunc (animum rectum, bonum, magnum) quam Deum in humano corpore hospitantem? » Ep. XLI, 1 et 2 : « Bonus vir sine Deo nemo est. » *Ruhk.*

3. *Divitiæ autem fiunt ex avaritia: divitiæ ergo*, etc. Sic commodissime omnium ed. *A.* et mss. *c. Schw.*

4. *Non est, inquit.* Peripatetieus, cujus sectæ bonum omne id placebat esse, quod utile fieri possit, quatenus boni viri eo utantur. Stob. p. 290. *Ruhk.*

5. *Quanquam* ex Gruteri conject. recepit Lipsius et tenuimus nos cum aliis. Perperam nude *quam sacrilegium*, etc., edd. vett. et mss. *Schw.* — *Quanquam.... in triumphis feruntur.* Hac occasione utitur noster, uti ejus interdum est mos, exspatiandi quum ad carpendum sæculum suum, quippe cui jam sacrilegia, furta, adulteria inter bona essent, tum ad philosophiam peripateticam occulte traducendam, utpote quæ omnes virtutis nervos frangendo, ut cum Ciceron loquar, talia probare videretur. *Ruhk.*

6. *Persuasimus* (scil. nobis et aliis); sic præbent libri omnes consensu. *Schw.*

Digitized by Google

Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio gloriantur? Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adjice nunc, quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit, et recte factum[1] vocabitur; nostra enim actio est: quod nullius mortalium cogitatio recipit. Ergo bona
21 nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum est, quia multum mali affert; si remiseritis[2] illi supplicia, si securitatem spoponderitis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem aut ad carcerem differs: statim puniuntur quum facta sunt, imo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata
22 respondent: bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem est honestum et bonum. — Quidam[3] ex nostris adversus hoc sic respondent: « Putemus pecuniam bonum esse, undecumque sumptam; non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam si ex sacrilegio sumitur. » Hoc sic intellige. In eadem urna et aurum est, et vipera: si aurum ex urna sustuleris, quia illic et vipera est, non ideo (inquam[4]) mihi urna aurum dat, quia viperam habet; sed aurum dat, quum et vi-

1. *Recte factum*, κατόρθωμα, rectum factum explicat Cic. Fin. III, 14, 18. De Off. I, 3. Stob. II, 7 p. 158, 180, i. e. officium perfectum, ut sapere, juste agere, ideoque virtutum functiones. Tiedemann. Syst. III, 299 sq. *Ruhk.*

2. *Remiseritis* et *spoponderitis* recta *R. A. c.* Vulgo *remiseris*, et *sponderis*. *Schw.*

3. *Quidam.* Stoici, qui in Peripateticorum partem, ut Syncretistæ quidam, inclinarent. Sicut aurum non recipit naturam viperæ, ita pecunia ex sacrilegio sumpta naturam sceleris non recepit, ideoque ut quælibet pecunia usurpari potest et pro lucro haberi. *Ruhk.*

4. *Inquam.* Verbum (*inquam*) quum abesset vulgo, dedere *R. A. c.*

Digitized by Google

peram habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit; 23
non quia[1] turpe et sceleratum est sacrilegium, sed quia et lucrum habet. Quemadmodum in illa urna vipera malum est, non aurum, quod cum vipera jacet; sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. A quibus[2] dissentio: dissimillima utriusque rei conditio est. Illic aurum possum sine vipera tollere; hic lucrum sine sacrilegio facere non possum. Lucrum istud non est appositum sceleri, sed immixtum.

« Quod dum consequi volumus, in multa mala incidi- 24
mus, id bonum non est : dum divitias autem consequi volumus, in multa mala incidimus : ergo divitiæ bonum non sunt[3] » — Duas, inquit, significationes habet propositio vestra : unam, « dum divitias consequi volumus, in multa nos mala incidere; » in multa autem mala incidimus et dum virtutem consequi volumus. Aliquis, dum navigat studii causa, naufragium fecit; aliquis captus est. Altera significatio talis est : « Per quod in mala in- 25
cidimus, bonum non est. » Huic propositioni[4] non erit consequens, per divitias nos, aut per voluptates, in mala

Pal. 2 et Opsop. quos secutus est Schw.

1. *Non quia... sed quia.* Utrobique *qua* dant edd. a Mureto refragantibus libris. *Schw.*

2. *A quibus dissentio.* Unice veram scripturam servavit cod. Pal. quart. Vulgo *quibus opponitur* edd. cum *R. A. c.* Par. *a.* Pal. 2, et Col. Sed *a quibus* Par. *b. d.* Pal. 1 et 3, omisso verbo *dissentio*, scilicet librario ad proximum verbum *dissimillima* aberrante. Post *dissimillima* poterat cum *R. A. c.* et aliis inseri particula *enim;* nec male omissa in edd. inde a Mureto, cum Par. *b. d.* et aliis apud Pinc. *Schw.*

3. *Sunt.* Hic syllogismus alio modo monstrat, fortuita ideoque et divitias non esse bona : quia mala secum habent non apposita, sed immixta, nec pure bona esse possunt : verbo, dignitati et naturæ humanæ adversantur. Propositio autem major labefactatur, ideoque et minor, sed non idcirco Peripateticis assentiendum est. Etenim non de eo, quod interdum bona captans in mala incidere possis, sed quod semper in ea incidas, sermo fit. Quæ de commodis monentur, meliora et firmiora sunt. *Ruhk.*

4. *Huic propositioni. Propositio* Par. *b. d.* Unde suspiceris, *Huic pro-*

Digitized by Google

incidere : aut, si per divitias in multa mala incidimus, non tantum bonum divitiæ non sunt, sed malum sunt. Vos autem tantum *illas* dicitis *bonum non esse*. Præterea, inquit, conceditis divitias habere aliquid usus : inter *commoda*[1] illas numeratis. Atqui eadem ratione ne commodum quidem erunt; per illas enim multa nobis in-
26 commoda eveniunt. — His quidam hoc respondent : Erratis, qui incommoda divitiis imputatis. Illæ neminem lædunt : aut nocet sua cuique stultitia, aut aliena nequitia; sic, quemadmodum gladius, qui neminem occidit, occidentis telum est. Non ideo divitiæ tibi nocent,
27 si propter divitias tibi nocetur. Posidonius[2] (ut ego existimo) melius : qui ait, « divitias esse causam malorum, non quia ipsæ faciant aliquid, sed quia facturos[3] irritant. » Alia est enim causa efficiens, quæ protinus necesse est noceat; alia præcedens : hanc præcedentem[4] causam divitiæ habent. Inflant animos, superbiam pariunt, invidiam contrahunt, et usque eo mentem alienant, ut
28 fama pecuniæ nos, etiam nocitura, delectet. Bona autem omni carere culpa decet : pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant; extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quæ bona sunt, fiduciam faciunt; divitiæ audaciam : quæ bona sunt, magnitudinem animi dant; divitiæ insolentiam. Nihil autem aliud est insolen-

posito scripsisse Senecam. *Schweigh.*

1. *Commoda.* Hæc commoda, εὐχρηστα, ut sæpe jam vidimus, terminus technicus Stoæ sunt, quo æstimabilia designantur, quæ neque per se bona neque mala sunt, attamen æstimatione quadam digna, προηγμένα, producta. Cf. Ep. LXVI argum. LXVII, 5, LXXIV, 17 not. Sext. Empir. adv. Math. II, 62 divitias iis annumerat. *Ruhk.*

2. *Posidonius.* Vid. not. ad Epist. XXXIII, 3. *Ruhk.*

3. *Facturos irritant.* Lipsius laudat Sophocl. Antigon. 298 sqq. ed. Brunk. *Ruhk.* — Ovid. similiter : « Opes, irritamenta malorum. »

4. *Præcedentem causam.* Hanc causam præcedentem, προηγουμένην, non prave comparaveris cum causa occasionali scholasticorum, s. impulsiva. *Ruhk.*

Digitized by Google

tia, quam species magnitudinis falsa[1]. — Isto modo, inquit[2], etiam malum sunt divitiæ, non tantum bonum non sunt. — Essent malum, si per se nocerent[3]; si, ut dixi, haberent efficientem causam : nunc præcedentem habent, et quidem non irritantem tantum animos, sed attrahentem. Speciem enim boni ostendunt verisimilem, ac plerisque credibilem. Habet Virtus quoque præcedentem causam ad invidiam; multis enim propter sapientiam, multis propter justitiam invidetur : sed nec ex se hanc causam habet, nec verisimilem. Contra enim verisimilior illa species hominum animis objicitur a virtute, quæ illos in amorem et admirationem vocet. Posidonius sic interrogandum ait : « Quæ neque magnitudinem animo dant, nec fiduciam, nec securitatem, non sunt bona : divitiæ autem, et bona valetudo, et similia his, nihil horum faciunt : ergo non sunt bona. » Hanc interrogationem magis etiamnunc hoc modo intendit : « Quæ neque magnitudinem animo dant, nec fiduciam, nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creant, mala sunt : a fortuitis autem in hæc impellimur : ergo non sunt bona. » — Hâc, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. — Alia est commodorum conditio, alia bonorum. Commodum est, quod plus usus habet quam molestiæ; bonum sincerum esse debet, et ab omni parte innoxium. Non est id bonum, quod plus prodest; sed quod tantum prodest. Præterea[4] commodum et ad animalia pertinet, et ad imperfectos homines,

1. *Species magnitudinis falsa* recte edd. a Mur. Olim *falsæ* edd. cum ms. *c.* et Par. *a. b. d. Schw.*

2. *Inquit* recte ed. *R.* et mss. Par. *a. b. d.* scil. adversarius Peripateticus. Vulgo *inquis. Schw.*

3. *Si per se nocerent* vulgo, cum *A. c. Si ipsæ nocerent* mss. Par. *a. b. d.* cum aliis. Vitiose *ipsi* ed. *R. Schw.*

4. *Præterea.* Perperam vulgo *propterea*, invitis edd. vett. et msstis. *S.*

Digitized by Google

et ad stultos[1]. Itaque potest ei esse incommodum mixtum; sed commodum dicitur, a majore sua parte æstimatum. Bonum ad unum Sapientem pertinet; inviolatum esse oportet.

Bonum animum habe! Unus tibi nodus, sed Herculaneus[2], restat. « Ex malis bonum non fit : ex multis paupertatibus divitiæ fiunt; ergo divitiæ bonum non[3] sunt. » — Hanc interrogationem nostri non agnoscunt : Peripatetici et fingunt illam, et solvunt. Ait autem[4] Posidonius, hoc sophisma, per omnes dialecticorum scholas jactatum, sic ab Antipatro refelli. « Paupertas non per possessionem[5] dicitur; sed per detractionem, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem (Græci κατὰ στέρησιν dicunt) : non, quod habeat, dicta[6], sed quod non habeat.

1. *Stultos* opponit Stoa sapientibus, τοὺς φαύλους τοῖς σπουδαίοις. *R.*

2. *Herculaneus*. Nodus Herculaneus nihil aliud est ac nodus Gordianus, id est, nodus inextricabilis, insolvendus. Nemo ignorat quomodo ab Alexandro solutus fuerit. Huic nodo dotes singulares et mirificæ addicebantur, ut colliges e Plinio Nat. Hist. lib. XXVIII, cap. 6. De hoc nodo sic Pompeius Festus de verbor. signif. lib. III, voce *Cingulo* : « Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat... hoc Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX liberos reliquit. » Non decentiore allegoria significari poterat adimendam esse uxori virginitatem. Nos docet Macrobius serpentes duos marem et feminam, quibus virga Mercurii cingebatur, in Ægypto signum fuisse generationis, quia serpentes isti inter se nodo Herculaneo vinciebantur. (E notis *Lagrange*.)

3. *Bonum non sunt*. Hunc syllogismum Peripatetici invenerunt haud dubie propterea, ut irriderent Stoicos, et ut Dialecticos exagitarent. Etenim ipsi serio fingere eumque verum habere non poterant, ne conclusione victa sua ipsi cæderent, quippe quos constat ex Aristotele, Stobæo, al. divitias inter bona numerasse. *R.*

4. *Ait autem... refelli*. Antipatrum itaque Seneca non legit, sed hæc e Posidonio mutuatus est. Hic *Antipater* Tarsensis celebris fuit stoicus, Diogenis Babylonii discipulus et Panætii Rhodii magister, vixit circa a. U. c. 600, Carneadis coævus. Omnia ejus scripta, quæ multa fuere, deperdita sunt. Cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III p. 537 sq. Harl. *Ruhk*.

5. *Per possessionem*. Sic recte libri vett. non *per positionem*, quod ex Erasmi ingenio erat. Græci philosophi opponunt ἕξιν (hanc *possessionem* noster latine dicit) et στέρησιν. *Schw*.

6. *Non, quod habeat, dicta*. Po-

Digitized by Google

Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest; divitias multæ res faciunt, non multæ inopiæ. Aliter, inquit, quam debes, paupertatem intelligis. Paupertas est, non 36
quæ pauca possidet, sed quæ multa non possidet. Ita non ab eo dicitur, quod habet; sed ab eo, quod ei deest. » Facilius, quod volo, exprimerem, si Latinum verbum esset, quod ἀνυπαρξία[1] significatur. Hanc paupertati Antipater assignat. — Ego non video, quid aliud sit paupertas, quam parvi possessio. De isto videbimus, si 37
quando valde vacabit, quæ sit divitiarum, quæ paupertatis substantia : sed tunc quoque considerabimus, numquid satius sit paupertatem permulcere, divitiis demere supercilium[2], quam litigare de verbis, quasi jam de rebus judicatum sit. Putemus nos ad concionem vocatos.

stremum verbum commode dedit ed. *R.* Vulgo *dicitur*, ab Erasmo cum Par. *a.* *Dicit* ed. *A.* cum Arg. *c.* Par. *b. d.* et Pinc. *Schw.*

1. Ἀνυπαρξία. Vocab. quod h. l. scripserat Seneca in vetustis editionibus et in msstis, partim Græcis litteris imperite pictum magis quam scriptum exhibetur, partim Romanis litteris miserrime deformatum, partim prorsus omissum vacuo spatio relicto. Non fuisse hic locum vocabulo ἀπορία, quod sua auctoritate posuerat Erasmus, ex toto orationis contextu facile apparebat; tenuerunt id tamen ad hunc diem, uno prudentissimo Gronovio excepto, editores ad unum omnes. Intactum hunc locum prætermiserat Pincianus. Gruterus ex Palatinis codd. nihil se extricare potuisse professus est. In ed. *A.* quo loco græca vox poni debuerat, vacuum spatium est. Ed. *R.* monstrum vocabuli *Armynapicia* habet. Ex portentosa scriptura græca, quam noster ms. *c.* exhibet, equidem hariolatus eram ἀναυτάρκεια hic scribi debuisse, quod sonaret *cum quis non habet quod satis est.* Sed quoniam in suis codd. Opsopœus ANHYΠΑΡΞΙΑ se reperisse ait, quod ipsum etiam in aliis codd. Paris. Emmericus noster reperit, intellexi recte a Gronovio ἀνυπαρξία in contextu positum esse, quod unice verum erat, denotatque *defectum*, sive ita loqui licet, *carentiam* τῆς ὑπάρξεως, i. e. *rei familiaris.* (Conf. Lexic. nostrum Polyb. voc. ὕπαρξις.) Figura autem illa H, quæ loco tertiæ litteræ ponitur in msstis, quam eamdem noster etiam Arg. *c.* servavit, non litteram η valet, ut Opsopœus existimaverat, temere huc invectam; sed *nota* est *aspirationis* cum qua pronuntiari vocalis Υ debebat. *Schw.*

2. *Paupertatem permulcere... supercilium.* Int. demere paupertati quod acerbum habet, et divitiis demere superbiam.

Digitized by Google

Lex de abolendis divitiis fertur : his interrogationibus suasuri aut dissuasuri sumus [1] ? his effecturi, ut populus Romanus paupertatem, fundamentum et causam imperii sui, requirat ac laudet ; divitias autem suas timeat ? ut cogitet, has se apud victos reperisse ; hinc ambitum, et largitiones, et tumultus, in Urbem sanctissimam temperantissimamque irrupisse ; nimis luxuriose ostentari gentium spolia ; quod unus populus eripuerit omnibus, facilius ab omnibus uni eripi posse. — Hæc satius est suadere ; et expugnare affectus, non circumscribere [2]. Si possumus, fortius loquamur : si minus, apertius [3]. Vale.

1. *His... sumus.* Sæpius jam eamdam sententiam expressit Noster, verbi g. quum dixit supra : « subula leonem excipis. »

2. *Circumscribere.* Int. definire verbis quid sint.

3. *Apertius.* Scilicet sermonibus intellectu facilioribus : nam qui audiunt, istis captiunculis stoicorum impediti, dum verba sequi laborant, non possunt quin res ipsas obliviscantur.

EPISTOLA LXXXVIII.

ARTES LIBERALES IN BONIS NON ESSE, NIHIL AD VIRTUTEM CONFERRE.

De pretio, quod liberalibus studiis, Grammaticæ, Musicæ, Geometriæ et Astronomiæ statuendum sit, cum amico sententiam suam rogatus communicat. Jam quum *meritoria* sint, nec bonum virum efficiant, quod ne promittunt quidem, iis eatenus boni quid tribuit, quatenus præparant ingenium, non detinent. Quam quidem sententiam per inductionem, quam vocamus, accuratius demonstrat, omnia hæc studia docendo illud neque præstare, neque velle : quum partim professores harum artium sibi invicem repugnent, et plerumque inutilia quærant, partim cupidinum nostrarum instrumenta fiant, partim quietem nostram turbent. Etiamsi itaque studia liberalia nihil conferant virtuti, tamen expediunt, quatenus ingenium ad disquisitiones graviores præparant. Hinc sequitur, ad philosophiam ea non pertinere, quippe quæ scientia boni et mali sit, quum studia liberalia nihil

Digitized by Google

nisi instrumenta haberi debeant. Quid, quod ipsa philosophia sine illis constare potest, quæ quum curiositatem sæpe inutilem moveant, animum detinent et ab iis abstrahunt, quæ maxime scitu digna sunt. Sextus Empiricus πρὸς τοὺς μαθηματικοὺς (dogmaticos) eodem modo, quo Seneca, has artes oppugnavit.

Quæstionem, quam in hac epistola sibi tractandam sumpsit Seneca, jam antiquioribus temporibus, quin adeo a Socrate institutam accepimus, ut quem scimus subtiliores disquisitiones, atque ideo Astronomiam, et plurimam Mathematices partem, nisi susque deque habuisse, tamen non commendasse, sed indifferenter tractasse. Cf. Xenoph. Memor. Socr. IV, 7, 3. Platon. Phædon. c. 46 sq. Grammaticam autem neque tetigit, neque carpere potuit Socrates ejusque proximi asseclæ, quum sæculo demum Ptolemæorum in numerum artium referri cœpisset. Cæterum quum Antisthenem, tum Diogenem Sinopensem e Diog. Laert. VI, 103 sq. scimus disciplinas, Geometriam, Musicam, et similia repudiasse. Quam eamdem sententiam et Aristo Chius et Bion Borysthenites secuti sunt. Cf. Philolog. Biblioth. II, p. 33 sq. Stoicorum autem sententia de his studiis ex hac sola epistola nobis innotuit, præter unum locum Diog. Laert. VII, 32, ubi Cassius Scepticus Zenonem accusat, quod disciplinas liberales inutiles statuat in principio suæ Reipublicæ (τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀποφαίνειν). Quam tamen accusationem parum firmo fundamento nixam crediderim, quum nulla hujus opinionis mentio apud cæteros antiquitatis auctores reperiatur, nec congruat systemati stoico. Accedit, quod Chrysippus, quem in omnibus fere decretis Stoæ secutum esse scimus Zenonem, contrarium præferat, et tantum absit, ut studia liberalia repudiet, ut usum eorum defendat, teste Diog. Laert. VII, 129: εὔχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα φησὶν ὁ Χρύσιππος. Eamdem sententiam jam diu ante Chrys. tuitus erat Pythagoras (cf. Brucker. Hist. cr. Phil. III, p. 595), Aristotel. rel.

Attigit quæstionem hanc de studiis liberalibus una cum altera (Diog. Laert. VII, 41), utrum instrumenti aut partium loco in Philosophia tractanda considerari debeant Logica, Ethica et Physica, Tiedemannus, *Syst. der Stoisch. Philos.* I, p. 12 sqq.: in qua tamen lite Stoicorum dijudicanda vir ille egregius justo cupidius versatus est, quippe qui, quum ipse fateatur, disputationis hujus argumenta periisse, nec sibi claram de ea obversari notionem, parum tamen sese abesse pronuntiat, quin subtilitatibus coactis atque contortis, satis quippe frequentibus Stoæ, tribuendam arbitretur. Enimvero verisimile est, quum virtus summus finis sit Stoæ, ad quam contendendum sit sapientiæ studiosis, Stoicos illud quæsivisse, materialiter, an formaliter (ut nostris verbis utar) adhibendæ sint illæ disciplinæ. Discimus hoc e Seneca, qui hac ep. init. ait: præparant ingenium. Sententiam hancce secutus est, et defendit Zeno Tarsensis.

Qui vero de artibus, quæ apud Græcos floruere, liberalibus, plura scire velit, is adeat Wowerii Polymathiam, et Ger. Jo. Vossium de IV artibus popularibus, etc.

Digitized by Google

Denique legi meretur et comparari Oratio sacra Zollikoferi de litterarum pretio, quæ exstat in ejus Oratt. sacr. *über die Würde des Menschen*, Lipsiæ, 1784, p. 249 sqq.

Harum litterarum peritis non mirum videbitur, hanc epistolam sub nomine Libri de liberalibus studiis in codd. venire, et propterea separatim inveniri. Factum hoc est quum ob argumentum, tum ob diligentiam ab uno alterove Grammatico in eo insumptam, cujus quidem rei exempla sunt Horatii Ars poetica, Somnium Scipionis e Ciceronis libr. VI de Rep. desumptum, atque separatim a Macrobio explicatum, etc. Plurimi tamen Codd. epistolis assignant.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

De *Liberalibus studiis*[1] quid sentiam, scire desideras. —Nullum[2] suspicio, nullum in bonis numero, quod ad æs exit. Meritoria artificia sunt; hactenus utilia, si præparent[3] ingenium, non detineant. Tamdiu enim istis immorandum est, quamdiu nihil animus agere majus potest; rudimenta sunt nostra, non opera. Quare *liberalia studia* dicta sint, vides: quia homine libero digna sunt. Cæterum[4] unum studium vere liberale est, quod liberum facit; hoc Sapientiæ, sublime, forte, magnanimum; cæ-
2 tera pusilla et puerilia sunt[5]. An tu quidquam[6] in istis

1. *De liberalibus studiis.* De hac epistola monent Erasmus et Gruterus, non reperiri eam inter Epistolas in quibusdam Codd. mss. sed separatim. Sic Gruterus ipsam offendit in veteri Palatino cod. qui Declamationes Senecæ patris continebat, tali cum titulo: *L. Ann. Senecæ liber de septem liberalibus artibus incipit feliciter:* neque aliter insigniri ait a Palatin. quarto, qui ipsam posuit post libellum de Remediis fortuitorum. Alii tamen codd. mss. non exemerunt Epistolarum numero. Nec dubitandum est, quin pro epistola haberi debeat. *Ruhk.*

2. *Nullum... ad æs exit.* I. cui *æs*, i. e. pecunia scopus, finis summus actionis est. Cæterum mirari subit cum Lipsio, quod Muretus aliique viri docti ad hunc locum nodum in scirpo quærant, quum omnia clara sint. Despicio, ait, omnes artes, quæ mercedulam quærant, i. *meritoriæ* sint. *R.*

3. *Præparent... detineant.* Dedere vett. libri. Vulgo *præparant ... detinent. Schw.*

4. *Cæterum... magnanimum.* Idem ad Helviam c. 16. *Lips.*

5. *Cætera pusilla et puerilia sunt.* Istis declamationibus, quibus liberales artes oppugnantur, non defuere fautores tum apud veteres, tum apud recentiores: ut Seneca Romæ, sic apud nos *J.-J. Rousseau* adversus artes et disciplinas pessime, quamvis eloquentissime invectus est.

6. *An tu quidquam... cernis?* Hoc

Digitized by Google

esse credis boni, quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non [1] discere debemus ista, sed didicisse.

Quidam illud de liberalibus studiis quærendum judicaverunt, an virum bonum facerent. Ne promittunt [2] quidem, nec hujus rei scientiam affectant. [3] *Grammaticus* circa curam sermonis versatur; et, si latius evagari vult, circa historias; jam, ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad Virtutem viam sternit? 3
syllabarum enarratio, et verborum diligentia, et fabularum memoria, et versuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frænat? Ad Geometriam transeamus, et ad Musicam: nihil apud illas invenies, quod vetet timere, vetet cupere. Quisquis hæc ignorat [4], alia frustra scit.

Videndum utrum doceant isti Virtutem, an non: si non docent, ne tradunt quidem; si docent, philosophi sunt. Vis scire, quam non ad docendam virtutem consederint? aspice quam dissimilia inter se omnium studia 4
sint: atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte

judicium justo cupidius esse quivis intelligit: sed enim stoice dictum est. Nam quod bonum est, et bonos facit. Ep. LXXXVII, 10. *Ruhk.*

1. *Non discere... sed didicisse.* Nos viri senesve; sunt enim rudimenta, non opera. *Ruhk.*

2. *Ne promittunt... affectant.* Specie eorum s. forma considerata, non materia quam tractant. *Ruhk.*

3. *Grammaticus.* Ex hoc loco patet Grammaticus quid fuerit apud Romanos. Is enim exponit, quid littera, vocalis, syllaba, rel. sit; tum docet discipulos, ut pure, emendate loquantur scribantve; tandem Criticam exercet. Distinguit itaque noster Grammaticum a magistris ludi, grammatistis, qui primas litteras (legere, scribere, numerare) docebant. Cf. Gerh. Jo. Vossius De Arte Grammat. I, 1, 5 ubi nostri quoque loci memor fuit, et Wolf. Prolegom. ad Homer. p. 231 sqq. Quintil. Inst. Or. I, 4 Gesn. egregie naturam Grammatices exponit, et hanc artem laudat, quam noster hic deprimit. *Ruhk.*

4. *Quisquis hæc ignorat.* I. e. quomodo timere aut cupere desinat. Loquitur de musica tanquam philosophus stoic. qui etsi huic arti non abjudicet efficaciam in animum mores-

Digitized by Google

tibi Homerum[1] philosophum fuisse persuadent; quum his ipsis, quibus colligunt, negent. Nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam[2] probantem, et voluptates refugientem, et ab honesto ne immortalitatis quidem pretio recedentem; modo Epicureum[3], laudantem statum quietæ civitatis, et inter convivia cantusque vitam exigentis; modo Peripateticum[4], bonorum tria genera inducentem; modo Academicum, incerta omnia dicentem[5]. Apparet nihil horum esse in illo[6], quia omnia sunt[7]: ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse. Nempe sapiens[8] factus est,

que hominum a veteribus toties celebratam (cf. *Chabanon* in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* To. 46), tamen neque docere, neque tradere virtutem contendit. *Ruhk.*

1. *Nisi forte tibi Homerum... negent.* Ad hoc studium nugatorium spectant scripta, quæ Thom. *Gale* collegit, Heraclides pont. Plutarchi vita Homeri, Sallustius, Cornutus rel. Cf. Fabricii Bibl. græc. Vol. I. p. 542 sqq. Wolfii Prolegom. ad Hom. p. 164 sqq. Lips. Manud. I, 7. *Ruhk.*

2. *Stoicum... virtutem solam probantem.* Nam quod Ulysses patriam illam suam, tanquam nidulum in asperrimis saxis positam, tanti facit, ut ab ejus studio ac cupiditate ne immortalitate quidem a Circe et a Calypsone proposita avocari queat; id ita interpretantur, ut Ithacæ nomine virtutem accipiant, præ qua una sapienti viro alia omnia contemnenda sunt. *Muretus.* — De istis sequentibusque, videsis Plutarchum libro de Homero, per partes et sectas, ut hic Seneca, exsequentem. *Lips.*

3. *Modo Epicureum.* Duplex talis locus: prior Odyss. ι, v. 209, ubi Ulysses in Alcinoi gratiam, laudat Phæacum dapsilem illam vitam: quos versus Plutarchus, et ex eo Muretus huc conducunt. Alter est Iliad. ς v. 491 sqq. in descriptione clypei Achillis; qui magis sane ad Senecæ ista facit. *Lips.*

4. *Peripateticum, bonorum tria genera.* Animi, corporis, externa tertia, Cic. Tusc. I, 30. Hæc Homerum jam Il. ω, 376 sqq. attigisse nugabantur. *Ruhk.*

5. *Incerta omnia dicentem.* Ideo Pyrrhonii sibi vindicabant, et ducem suæ sectæ præscribebant. Laertius in Pyrrhone. *Lips.*

6. *Nihil horum esse in illo.* Quod nec stoicus, nec Epicureus, nec Academicus fuerit, non ideo philosophia caruit, si saltem credimus Horatio, lib. I, Ep. II: « Trojani belli scriptorem, maxime Lolli, Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi... Quid turpe, quid utile, quid non, Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit. »

7. *Quia omnia sunt. Cui omnia insunt* ed. Gron. et sqq. e nonnullis Grut. codd. *Schw.*

8. *Nempe sapiens... cognosceret.* I. e. manifeste jam sapiens factus est, antequam carmina pangendi faculta-

Digitized by Google

antequam carmina ulla cognosceret : ergo illa dicamus, quæ Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quærere, utrum major ætate fuerit Homerus [1], an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire, an minor Hecuba fuerit [2], quam Helena ; et quare tam male tulerit ætatem [3]. Quid, inquam, annos Patrocli et Achillis [4] in- 6

tem haberet. Sequentes quæstiones viros doctos antiquitatis, Grammaticos præsertim, egregie vexarunt : in quibus prior potissima est. Cf. Fabric. Bibl. Gr. I. p. 567 sq. Cæterum notum est, hæc et talia a Grammaticis in libris, quos ἀπορήματα, προβλήματα etc. inscripsere, esse tractata. Cf. Wolf. l. l. p. 195 sq. Idem vero judicium, quod Noster affert, sectati sunt Diogenes Sinop. ap. Diog. Laert. VI, 27, (τούς τι Γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὁδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοοῦντας) et Bion Borysthen. ap. Stob. Serm. IV, p. 118 Schow. *Ruhk.*

1. *Major ætate fuerit Homerus.* Asserit Plutarchus, Consol. ad Apollonium, atque alii : alii contra. Varro, quasi arbiter, putat non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint; apud A. Gellium III, cap. XI. Idem A. Gellius in chronologia : « De Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constat, ætatem eos egisse vel iisdem fere temporibus, vel Homerum aliquanto antiquiorem. » Videsis Velleium, et nostras ibi notas. *L.*

2. *An minor Hecuba fuerit, quam Helena.* Sic ed. *R.* Tarv. Ven. et dein rursus ed. Mur. et seqq. cum mss. Par. et Gruterianis, quorum duo etiam *juniòr* præferebant. *An major* ed. Erasm. cum ed. *A.* et ms. *c.* eadem fere sententia. *Cum major Hec. fuerit* vet. cod. Jur. Sed præstat *an minor;* scilicet, an verum sit quod Grammatici nonnulli, Homerum reprehendentes, contendunt, Hecubam (quam socrum Helenæ Homerus facit) fuisse ætate minorem quam Helena; quandoquidem Helena primum Theseo fuisset nupta, qui Herculis fuerat æqualis. (Conf. Luciani Somnium s. Gallum, c. 17. T. VI, edit. Bip. pag. 315.) *Schw.* — Non satis mirari possumus has voces vertisse *Lagrange : Si Hécube est plus petite qu'Hélène*, quasi hic de statura ageretur.

3. *Quare tam male tulerit ætatem*, (Hecuba), ut senior videretur quam esset, interpret. Lipsio et *Lagrange* qui vertit : *Et pourquoi celle-ci parut plus âgée qu'elle n'était.* Schw. scribit *tam male contulerit ætatem ;* « Scilicet, inquit, quare tam male Homerus ætatem Helenæ et Hecubæ contulerit, adeoque putidum admiserit anachronismum. Istud *contulerit* ex ed. *R.* revocavi : pro quo quum alii libri nudum verbum *tulerit* dedissent, hoc recepto Erasmus sua auctoritate particulam *et* præmisit, quam nullus vetus codex agnoscit. Sic prodiit vulgata scriptura, *et quare tam male tulerit ætatem;* quam eis relinquendam putavi, qui eam commodiorem nostra judicaverint. » Erasmum sequuti sumus.

4. *Patrocli et Achillis.* Vulgo putant juniorem fuisse Patroclum : sed vide quæ super hac re collegit Politianus cap. XLV Miscellaneorum.

Digitized by Google

quirere ad rem existimas pertinere? Quæris, Ulysses ubi erraverit, potius, quam efficias, ne nos semper erremus? Non vacat audire[1] utrum inter Italiam et Siciliam jactatus sit, an extra notum nobis orbem : neque enim
7 potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates nos animi quotidie jactant, et nequitia in omnia Ulyssis mala impellit[2]. Non deest forma, quæ sollicitet oculos, non hostis; hinc monstra effera et humano cruore gaudentia; hinc insidiosa blandimenta aurium; hinc naufragia, et tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo patrem, quomodo ad hæc tam honesta vel naufragus navigem! Quid inquiris[3], an Penelope impudica fuerit, an verba sæculo suo dederit? an Ulyssem illum esse, quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me[4], quid sit pudicitia, et quantum in ea bonum; in corpore, an in animo posita sit!

8 Ad *Musicam* transeo. Doces me, quomodo inter se acutæ ac graves voces consonent, quomodo nervorum disparem reddentium sonum fiat concordia : fac[5] potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea

1. *Non vacat audire.... longus.* Aristarchus illam sententiam, Crates Mallotes hanc sequebatur et tuebatur. Cf. Aul. Gell. XIV, 6. *Ruhk.*

2. *In omnia Ulyssis mala impellit.* Eædem causæ, quæ Ulyssi tot tantaque mala crearunt, ut scelus (ἀπασθαλία) sociorum in mactandis Solis bobus, Circe, Sirenes, Polyphemus, etc. allegorice sumptæ more stoico et nos vexant. *Ruhk.*

3. *Quid inquiris... suspicata sit.* Vides hic quædam problemata e commentariis Criticorum veterum in Homeri Odysseam, satis nugatoria. Lipsius quidem ait : bis idem quærit, ideoque *an* verba *s. s. d.* legere mavult : sed sunt diversæ sententiæ. Nam non opus erat, ut impudica esset, si procos falleret. *Ruhk.*

4. *Doce me...posita sit.* Livius I, 58 hinc Lucretiam vitiatam loquentem induxit : « Cæterum corpus est tantum vitiatum, animus insons : » et amicos eam consolantes : « mentem peccare, non corpus. » Lipsius laudat Augustin. de Civ. Dei, I, 17 et 18. *R.*

5. *Fac potius... discrepent.* Diogenis Sin. hoc est ap. Diog. Laert. l. l. τοὺς μουσικοὺς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρ-

Digitized by Google

discrepent! Monstras mihi, qui sint modi [1] flebiles: monstra potius, quomodo inter adversa non emittam flebilem vocem!

Metiri me *Geometria* [2] docet latifundia: potius [3] doceat 9
quomodo metiar quantum homini sit satis! Numerare docet me *Arithmetica*, et avaritiæ commodare digitos: potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes! non esse feliciorem, cujus patrimonium tabularios [4] lassat; imo, quam supervacua possideat qui infelicissimus futurus est, si, quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre dividere? Quid prodest, 10
colligere subtiliter pedes jugeri, et comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens et aliquid ex meo abradens? Docet me [5], quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego doceri volo [6], quomodo totos hilaris amittam. — Paterno agro, inquit, et avito expellor. — Quid? ante avum tuum quis istum agrum tenuit? Cujus, non dico hominis, sed populi fuerit, expedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. 11
Cujus colonus es? si bene tecum agitur [7], heredis. Ne-

μόνησθαι, ἀνάμεσον δὲ ἴχειν τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη. *Ruhk.*

1. *Modi flebiles.* Lydii. *Lips.*

2. *Geometria,* sic ed. *R. Geometer A. c. Geometres* vulgo, ab Er. *Schw.*

3. *Potius doceat* edd. ab Er. cum ms. Pal. 2. *Potius quam doceat R. A. c.* Par. *a. b. d.* et alii apud Grut. Et sic rursus iidem libri paulo post, *potius quam doceat.* Rursusque hac ead. ep. § 12 iidem, *potius quam hoc discam. Schw.*

4. *Tabularios lassat.* Qui tabulis accepti et expensi, vectigalium et opum præerant, quos calculatores, ἀριθμητὰς nomines. Sic fere P. Faber ad L. 92 ff. de regul. Jur. Alii interpretantur: qui inventarium scribunt. Cf. R. Stephano-Gesner. Thesaur. h. v. *Ruhk.*

5. *Docet me.* Alii *doces. Schw.*

6. *Doceri volo.* Vulgo *discere volo. Schw.*

7. *Si bene tecum agitur.* Id est, ut felix sis, et ex voto res succedat, prolis tuæ colonus es; aut, si prolem non habes, externi hæredis. Quid si nec hæredis? nam potes intestatus mori, potest tyrannus eripere, et fisco applicare. *Lips.*

Digitized by Google

gant jurisconsulti[1] quidquam publicum usucapi : publicum est hoc quod tenes[2]; quod tuum dicis, publicum est, et quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri; in quadratum redigis quamcumque acceperis formam; intervalla siderum dicis; nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum! dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis, quæ recta sit linea : quid tibi prodest, si, quid in vita rectum sit, ignoras?

12 Venio nunc ad illum, qui *cælestium notitia* gloriatur :

> Frigida Saturni sese quo stella receptet,
> Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes[3].

Hoc scire quid proderit[4]? ut sollicitus sim, quum Saturnus et Mars ex contrario stabunt, aut quum Mercurius vespertinum faciet occasum vidente Saturno? Potius hoc discam, ubicumque sunt ista, propitia esse, non posse
13 mutari. Agit illa continuus ordo fatorum[5] et inevitabilis

1. *Negant jurisconsulti... publicum est.* Recte jurisconsultos noster in partes suas vocat, quippe quibus constat Stoicorum decreta et principia in deliciis fuisse. Quum enim hi veluti regnum quoddam generis humani vel universalem omnium deorum hominumque rempublicam statuerent, consequens erat, ut et Jureconsulti bona s. publica s. communia dupliciter acciperent, nonnullaque omni jure, alia tantum jure gentium communia appellarent, quæ tamen ex jure civili Romanorum essent in Reipub. dominio, neque a quoquam *usucapi*, acquiri possent. Cf. *Gerard. Noodt. Probabil.* I, 8 p. 21 sqq. *R.*

2. *Publicum est hoc quod tenes* etc. Variant in his libri; eamdemque sententiam alii brevius complectuntur, alii fusius explicant, nec forsan absque interpolatione. *Schw.*

3. *Frigida... orbes.* Versus Virgilii Georg. I, 336.

4. *Hoc scire quid proderit.* Nonne hic Senecæ responderi potest ad id valuisse astronomiam ut, certas quibus astra reguntur leges retegendo, deturbaret astrologiam, quæ ex imperfecta motus cælestis notitia manaverat? Sic liberales disciplinæ ad id proficiunt, ut animum erroribus suis et proinde terroribus, quos isti gignunt errores, liberent.

5. *Continuus ordo fatorum.* Quum omnia sidera partes Jovis esse dicerent Stoici, vitam sideribus atque rationales animas tribuebant, quin ea pro diis habebant divinatione præditis, fato tamen subditis. Cf. Lipsii

Digitized by Google

cursus; per statutas vices[1] remeant. — Effectus rerum omnium aut movent, aut notant[2]! — Sed sive, quidquid evenit, faciunt; quid immutabilis rei[3] notitia proficiet? sive significant; quid refert providere, quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient.

> Si vero solem ad rapidum stellasque sequentes
> Ordine respicies, nunquam te crastina fallet
> Hora, nec insidiis noctis capiere serenæ[4].

Satis abundeque provisum est, ut ab insidiis tutus essem. 14
Numquid me crastina non fallit hora? fallit enim, quod nescienti evenit. Ego, quid futurum sit, nescio; quid fieri possit, scio. Ex hoc nihil desperabo; totum exspecto: si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora, si parcit; sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio et non utique casura. Itaque secunda exspecto[5]; malis paratus sum.

In illo feras me necesse est non per præscriptum eun- 15
tem[6]. Non enim adducor, ut in numerum liberalium artium *pictores* recipiam, non magis quam *statuarios*, aut marmorarios, aut cæteros luxuriæ ministros. Æque luctatores, et totam oleo ac luto[7] constantem scientiam, expello ex his studiis liberalibus; aut et unguentarios

Manud. in Phys. stoic. II, 14, ubi Senecæ de hac re loca collecta sunt. Tiedem. II p. 115, 129 sqq. 136 sqq. *R.*

1. *Statutas vices.* Vulgo *statas vices*, invitis mss. *Schw.*

2. *Effectus.... aut notant.* Objectio notitiam illam cælestium defendentis.

3. *Quid immutabilis rei.* Belle in Anthologia: Εἴ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν, Καὶ μὴ παθεῖν· καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν· Εἴ δὲ δεῖ παθεῖν, ἃ δ' ἦν μαθεῖν, Τί δεῖ μαθεῖν; χρὴ γὰρ παθεῖν. « Scire si licet, quæ debes subire, et non subire, pulchrum sit scire: sed si subire oportet, quæ licet scire, quorsum scire? nam debes subire. » *Lips.*

4. *Si vero...serenæ.* Versus Virgilii Georg. I, 424.

5. *Itaque secunda exspecto.* Ex conject. correxi. Vulgo *utique sec. exsp.* voce e superioribus temere repetita. *Schw.*

6. *In illo... euntem.* I. e. non numerantem artes liberales ut vulgo. Nam et pictores al. in hunc numerum plerumque referebantur. Plin. N. H. XXXV, 10. *Ruhk.*

7. *Oleo ac luto.* Ceromate et haphe.

Digitized by Google

recipiam, et coquos, et cæteros voluptatibus nostris ingenia accommodantes sua. Quid enim [1], oro te, liberale habent isti jejuni vomitores [2], quorum corpora in sagina,
16 animi in macie et veterno sunt? An liberale studium istud esse juventuti nostræ credimus, quam majores nostri rectam exercuerunt [3] hastilia jacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset jacentibus. Sed nec hæ [artes [4],] nec illæ, docent aluntve Virtutem. Quid enim prodest equum regere, et cursum ejus fræno temperare, affectibus effrænatissimis abstrahi? Quid prodest multos vincere luctatione vel cæstu, ab iracundia vinci?

17 Quid ergo? nihil liberalia nobis conferunt studia?— Ad alia multum, ad Virtutem nihil! Nam et hæ viles ex professo artes, quæ manu constant, ad instrumenta vitæ plurimum conferunt, tamen ad virtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia

Supra Epist. LVII initio Athleticam intelligit. *Lips.*

1. *Quid enim, oro te... sunt?* Omnes hi artifices nullam utilitatem habent, quum tantum voluptatibus inserviant, et gulæ famulis, qui crapula graves et mane jejuni vomunt, ut edere atque potare possint. Lipsius conferri jubet Ep. CXXII. Cic. de Off. I, 42 eamdem sententiam habet. Vulgarem autem hunc morem fuisse jam Ciceronis tempore, ut post cœnam ad vomitum irent convivæ et cibo alvum exonerarent, ne largius sumptus noceret, videre licet e Cic. Orat. pro Dejot. c. 7. et Celso I, 3. Asotos vocat eos Cic. Fin. II, 8. Sed mox succrevit illa nequitia, ut vel jejuni vomerent, quam Noster sæpius carpit, v. c. ad Helv. 9, 10. *Ruhk.*

2. *Jejuni vomitores.* Qui locus lucem trahit ab altero Epist. CXXII. « Non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejuni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis, et ad cibum ebrii transeunt? »

3. *Rect.* (i. e. non jacentes) *exerc.* Meus: *rectum exerc. hastile jacere:* atque ita legendum censeo. Rectum hastile ideo, quia sequitur *sudem torquere.* In ludis exercitus gladio se parabant, et ideo ventilabant: hastile autem, missile telum erat in rectum. Tamen si quis tueri *rectum* velit: possit e sequentibus: *Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset jacentibus.* Opponat *rectis, jacentes. Lips.*—Vertit *Lagrange: Une jeunesse que nos ancêtres exerçaient* debout *à lancer le javelot*, etc.

4. *Artes.* Vocabulum *artes* ex conjectura adjeci. *Schw.*

Digitized by Google

virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam virtutem præparant[1]. Quemadmodum *prima* illa[2], ut an- 18
tiqui vocabant, *litteratura*, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox præcipiendis locum parat; sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem, sed expediunt. « Quatuor ait esse Posidonius[3] artium genera : sunt vulgares et sordidæ, sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. » [4]*Vulgares* opificum, quæ manu constant, et ad instruendam vitam occupatæ sunt; in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicræ* sunt, quæ ad voluptatem oculorum 19
atque aurium tendunt. His annumeres licet machinatores, qui pegmata[5] per se surgentia excogitant, et tabu-

1. *Ad accipiendam virtutem præparant.* Philo, De congressu quær. erudit. gratia : « Ut in ædibus vestibula sunt ante fores ; in oppidis pro-urbia, per quæ in ipsa itur : sic virtuti præjacent liberales artes ; hæc enim via est, quæ fert ad illam. » (E græco a Lipsio versum.)

2. *Quemadmodum prima illa.... traduntur?* Sic Cic. Partit. 7 : « Illa constat ex notis litterarum, et ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ (*elementa*) ». Postea tamen sic grammatice vocabatur nostra, secundum Senecam et Quintil. Inst. or. II, 1 et 14. *Ruhk.*

3. *Posidonius.* Ciceronis ille celeber æqualis, tradidisse hæc videri potest in libro περὶ καθηκόντων. *Ruhk.*

4. *Vulgares... est.* Sellulariæ artes sunt, quarum opifices βάναυσοι, χειροπάνακτες, χειροτέχναι. De iis et Cic. de Off. I, 42 ait : « Illiberales autem et sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. » Nec aliter de iis senserat Xenoph. Œcon. IV, 2. Memor. Socr. II, 7. Aristoteles Rep. VII, 9. VIII, 1 et 2. Tantummodo apud Corinthios erant in æstimatione quadam, Herodot. II, 167. Causa autem hujus contemptus continebatur præcipua studio belli, et æstimatione summa earum virtutum, quæ eo spectarent. Sed conf. *Garve* ad Cicer. de Off. I. p. 278 sqq. *Ruhk.*

5. *Pegmata.* Πήγματα, machinæ ligneæ et plicatiles et confixiles in ludis scenicis adhiberi apud Romanos solitæ, quæ tam artificiose confectæ erant, ut, ubi positi erant Dii et heroes, ac, quum pantomimis unice delectarentur Romani, citharœdi etiam et tibicines, mimorum saltationibus accinentes (Phædri fab. V, 7), causis latentibus tolli aut deprimi, majores minoresve fieri, atque incredibili celeritate dissolvi possent in alias subinde formas transeuntes. Tale pegma erat Theatrum, quod Curio exstrui jussit. Plinius XXXVI, 15. Cf. Lipsius de Amphitheatro c. 22. *R.*—De pegmatibus vide Philandrum in nonum Vitruvii :

Digitized by Google

lata tacite in sublime crescentia, et alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus, quæ cohærebant; aut his, quæ distabant, sua sponte coeuntibus; aut his, quæ eminebant, paulatim in se residentibus[1]: his imperitorum feriuntur oculi, omnia subita (quia causas non novere) mirantium. *Pueriles* sunt, et aliquid habentes liberalibus simile, hæ artes, quas ἐγκυκλίους Græci, nostri *liberales* vocant[2]. Solæ autem *liberales* sunt, imo, ut dicam verius, *liberæ*, quibus curæ Virtus est.

Quemadmodum, inquit, est aliqua pars[3] Philosophiæ naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis; sic et hæc quoque liberalium artium turba locum sibi in Philosophia vindicat. Quum ventum est ad naturales quæstiones, *geometriæ* testimonio statur. Ergo, quam adjuvat, pars ejus est. — Multa adjuvant nos, nec ideo partes nostræ sunt; imo, si partes essent, non adjuvarent. Cibus adjutorium corporis est, non tamen pars est. Aliquid nobis præstat geometriæ ministerium. Sic philosophiæ necessaria est, quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriæ pars est, nec illa philosophiæ. Præterea utraque fines suos habet. Sapiens enim causas naturalium et quærit, et novit, quorum numeros mensurasque geometer[4] perse-

de cœnationibus autem aliisque ædificiis versatilibus Suetonium in Nerone, et hunc nostrum Epistola XC.

1. *Paulatim in se residentibus.* Ex hoc loco intelliges in movendis et transmutandis theatrorum machinis, variandisque scenæ prospectibus, quod vocamus gallice *changemens à vue*, non minorem artem exhibuisse veteres quam recentiores.

2. *Pueriles... vocant.* Grammatice i. e. ars legendi et scribendi, gymnastice, musica, ars delineandi. Cf. Aristot. de Rep. VIII, 3: artes populares alias vocatæ, de quibus Ger. Jo. Vossius egregie exposuit. Circa ol. 70 scholæ harum artium publicæ Athenis aperiri cœperunt. Cf. post Desid. Heraldi Obss. ad. Jus att. et rom. VII p. 608. *Böttiger* in prolusione: Quid sit docere fabulam p. 10. 11. *Ruhk.*

3. *Est aliqua pars Philos.* Temere vulgo et invitis vett. libris, *est animi aliqua pars* etc. inde ab ed. Lips. *S.*

4. *Geometer R. A. c.* quomodo mox omnes § 22. Hoc loco *geometres* vulgo. *Schw.*

Digitized by Google

quitur et supputat. Qua ratione constent cælestia, quæ illis 22
sit vis, quæve natura, sapiens scit : cursus et recursus, et quasdam observationes[1], per quas descendunt et allevantur, ac speciem interdum stantium præbent, quum cælestibus stare non liceat, colligit *mathematicus*[2]. Quæ causa[3] in speculo imagines exprimat, sciet[4] sapiens : illud tibi geometer potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine, et qualis forma speculi, quales imagines reddat. Magnum esse solem philosophus probabit; 23
quantus sit, mathematicus; qui usu quodam et exercitatione procedit : sed, ut procedat, impetranda illi quædam principia sunt. Non est autem ars sui juris, cui precarium fundamentum est[5]. Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo excitat.[6] *Mathematica*, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat; accipit prima[7], quorum beneficio ad ulteriora perveniat : si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset comprehendere, dicerem multum collaturam mentibus nostris, quæ tractatu cælestium crescunt trahuntque aliquid ex[8] alto.

1. *Quasdam observationes.* Priorem vocem, cum deesset vulgo, adjeci ex ed. *R.* cui assentiuntur Par. *a. b. d. Schw.*

2. *Colligit mathematicus.* Cf. Lipsii Physiol. stoic. II, 13 sqq. *Ruhk.*

3. *Quæ causa in speculo... reddat.* Cf. Senecæ Nat. Qu. I, 4 sqq. *Ruhk.*

4. *Sciet sapiens.* Sic commodius ed. *R.* quam vulgo *scit sap.* Alii libri mendose *sciens sapiens. Schw.*

5. *Precarium fundamentum est.* Non videmus quomodo intelligat precarium esse mathematicorum fundamentum : nam Mathematici principia sua non magis aliunde trahunt, quam Philosophi sua.

6. *Totum opus a solo excitat.* Ab ipsis fundamentis, et nullis aliis subsidiis ab usu quodam et exercitatione desumptis : nostri dicerent, a priori. *Ruhk.*

7. *Accipit prima.* Vulgo *aliena accipit principia;* ubi prima vox ab Erasmo ex ing. aut ex scholio adjecta est : abest quidem *R. A. c.* et Par. *a. b. d.* Tum *principia* habet quidem ed. *A.* et ms. *c.* sed *prima* ed. *R.* cum Par. *a. b. d.* et Grut. Denique vero pro *accipit*, rectius ponetur *accepit*, quod est in Par. *b. d.* et in Pal. 2. 3. 4. *Schw.*

8. *Trahuntque.... ex alto.* Perperam vulgo *ex illo :* nec melius *ex aliquo* Par. *b. d. : ex alio* dabant *R.*

Digitized by Google

24 Una re consummatur animus [1], *scientia Bonorum ac Malorum* immutabili, quæ soli *Philosophiæ* competit: nulla autem ars alia [2] de bonis ac malis quærit. Singulas lubet circumire [3] virtutes. Fortitudo [4] contemptrix timendorum est; terribilia, et sub jugum libertatem nostram mittentia, despicit, provocat, frangit: numquid ergo
25 hanc liberalia studia corroborant [5]? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Ure, inquit, cæde, occide; non prodam: sed, quo magis secreta quæret dolor, hoc illa altius condam! Numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia voluptatibus imperat; alias odit atque abigit, alias dispensat, et ad sanum modum redigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quan-
26 tum velis, sed quantum debeas, sumere. Humanitas vetat

A. c. cum Par. *a.* et quinque Gruterianis; unde perspecte Gruterus vidit, *ex alto* scriptum oportuisse. *S.*

1. *Una re consummatur animus.* Bene vertit *Lagrange : Il n'y a qu'une science qui imprime à l'ame le sceau de la perfection.*

2. *Nulla autem ars alia.* Sic edd. ab. Er. *Nihil autem ulla ars alia* dabant edd. vett. et mssti, quam scripturam revocatam velim, quum præter rationem ab ea sit discessum. *S.*

3. *Singulas lubet circumire.* Tenui *lubet* a Ruhk. ex Mureti conject. revocatum. Alii vulgo *habet*, consentientibus mssti; quod quum non ferendum videretur, *havet* (i. e. *avet*) corrigendum censuerat Pithœus, *habeo* Lipsius. Equidem haud cunctanter *avet* probaturus eram, si modo aliud exemplum hujus verbi impersonaliter sic usurpati succurrisset: sane nec præmissa verbo aspiratio moratura me erat, nec literarum *v* et *b* permutatio, satis frequenter et alibi in libris nostris occurrens. *S.*

4. *Fortitudo... est.* Non illas quatuor cardinales Stoæ virtutes percenset: quod ut faceret, nihil cogebat, sed pro lubitu nonnullas, et eas præstantiores afferre attinebat. *Ruhk.*

5. *Numquid ergo... corroborant.* Profecto corroborant. Quod si enim nulla majora sunt ad virtutem incitamenta, quam ipsius virtutis exempla, nonne artium liberalium ope fortiter gestorum memoria remanet, atque ingenti æmulationis ardore accendit posterorum animos? quis se unquam fortiorem atque ad omnia pratiorem sensit, quam quum aut Mucii, aut Reguli, aut Catonis egregia facinora apud historicos legisset? Sic quam opem liberales artes a philoso-

Digitized by Google

superbum esse adversus socios, vetat avarum; verbis, rebus, affectibus, comem se facilemque omnibus præstat; nullum alienum malum putat; bonum autem suum ideo maxime [1], quod alicui bono futurum est, amat. Numquid liberalia studia hos mores præcipiunt [2]? Non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem; non magis quam frugalitatem ac parcimoniam; non magis quam clementiam [3], quæ alieno sanguini tanquam suo parcit, et scit homini non esse homine prodige utendum.

Quum dicatis, inquit, sine Liberalibus studiis ad Virtutem non perveniri, quemadmodum negatis illa nihil conferre virtuti?— Quia nec sine cibo ad virtutem pervenitur, cibus tamen ad virtutem non pertinet. Ligna nihil navi conferunt, quamvis non fiat navis nisi ex lignis [4]. Non est, inquam, cur aliquid putes ejus adjutorio fieri, sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studiis veniri ad Sapientiam posse; quamvis enim Virtus discenda sit, tamen non per hæc discitur. Quid est autem, quare existimem, non fu- 27 28

phia accepere, illam philosophiæ reportant. Illæ enim artes sunt quasi nutrices omnium virtutum. Hæ rudes hominum mitigant animos: nec omnino immerito contendere poetæ et oratores, homines a victu fero dulcitudine cantus aut eloquentiæ revocatos, urbes ædificasse et societates inchoavisse. Vide Horatium Flaccum Arte Poetica, 396; et Ciceronem de Oratore, lib. 1.

1. *Ideo maxime.* Vulgo *id maxime*, ex Mureti ing. *Schw.*

2. *Humanitas.... Numquid.... hos mores præcipiunt.* Adeo tamen verum est litteras, si non ad omnes virtutes, saltem ad humanitatem comparandam conferre, ut litteræ a veteribus appellatæ fuerint humaniores litteræ; atque, in nostris etiam collegiis, scholæ in quibus aut poesi aut eloquentiæ studetur, appellantur *classes d'humanités.*

3. *Clementiam.* Si non hic est finis eloquentiæ, ut clementiam præcipiat, attamen aliquando clementiam parit. Quomodo unquam, quum de vita hominis agitur, irato tyranni animo clementia induceretur, sublata eloquentia? Quam pulcherrime Cæsarem docuit clementiam Tullius in Ligario! Quam pulchrum reportavit triumphum eloquentia, qui nunquam soli philosophiæ contigisset!

4. *Nisi ex lig. R. A. c.* Par. *a. b. d.* et alii. Vulgo *sine lig.* ab Er. *Schw.*

Digitized by Google

turum sapientem eum, qui litteras nescit, quum Sapientia non sit in litteris? Res tradit, non verba : et nescio, an certior memoria [1] sit, quæ nullum extra se subsidium habet. Magna et spatiosa res est, Sapientia : vacuo illi loco opus est : de divinis humanisque discendum est, de præteritis, de futuris, de caducis, de æternis, de tem-
29 pore; de quo uno vide quam multa quærantur [2]! Primum, an ipsum sit aliquid [3]? deinde, an aliquid ante tempus [4] sit sine tempore? cum mundo cœperit? an etiam ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit et tempus? Innumerabiles quæstiones sunt de animo [5] tantum : unde sit? qualis sit? quando esse incipiat? quamdiu sit? aliunde alio transeat, et domicilia [6] mutet, ad alias animalium formas aliasque conjectus? an non amplius quam semel
30 serviat, et emissus vagetur in toto? utrum corpus sit, an non sit? quid sit facturus, quum per nos aliquid facere desierit? quomodo libertate sua usurus, quum ex hac

1. *Certior memoria.* Ideo Druides ap. Cæsar. VI, 14 non fas esse existimabant, versus et carmina, quæ ediscerent, litteris mandare : quod Cæsari etiam eam ob causam instituisse videntur, quod nolint eos qui discunt, litteris confisos, minus memoriæ studere : quod fere plerisque accidit, adjungit Cæsar, ut præsidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. Spectat huc observatio, quam Plato in Phædro To. X. p. 380 sq. bip. Thamo Ægyptiorum regi tribuit : litterarum usum propter recordationis negligentiam, oblivionem in animo discentium parere, quippe quos externis litterarum monimentis confisos res ipsas animo non revolvere. *Ruhk.*

2. *Quærantur.* De his quæstionibus multus est Lipsius in Physiolog. stoic. II, 24; III, 8, etc., quæ omnia hic exponere brevitas nostra non permittit. *Ruhk.*

3. *An ipsum sit aliquid.* Sic ed. *R.* cum Par. *d.* et vet. cod. Jur. *An per se sit aliq.* edd. ab Er. cum *A. c.* et Par. *a. b.* quod e scholio ductum videtur. *Schw.*

4. *An aliquid ante tempus sit sine tempore? cum mundo cœperit? an etiam ante mundum* etc. Sic ed. *R.* cum melioribus quibusque mss. Vulgo, *an aliquid ante tempus sit: si tempus cum mundo cœpit, an et ante*, etc. *Schw.*

5. *Sunt de animo.* Totum et hunc locum ordine, pertractatum videas, si lubet, Physiol. III, Dissert. VIII et deinceps. *Lips.*

6. *Domicilia* ed. *R.* cum aliis. Vulgo *domicilium* invitis libris. *Schw.*

Digitized by Google

effugerit cavea? an obliviscatur priorum, et illic nosse se incipiat, postquam de corpore abductus in sublime secessit? Quamcumque partem rerum humanarum divinarumque comprehenderis, ingenti copia quærendorum ac discendorum fatigaberis. Hæc, tam multa, tam magna, 31
ut habere possint liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias Virtus; laxum spatium res magna desiderat. Expellantur omnia! totum pectus illi vacet!

«At enim delectat artium notitia multarum.»—Tantum itaque ex illis retineamus, quantum est necessarium. An tu existimas reprehendendum, qui supervacua usu sibi comparat, et pretiosarum rerum pompam in domo explicat; non putas eum, qui occupatus est in surpervacua litterarum supellectile? Plus scire velle, quam sit satis, intemperantiæ genus est. Quid? quod ista liberalium artium 32
consectatio molestos, verbosos, intempestivos, sibi placentes facit, et ideo non discentes necessaria, quia supervacua didicerunt. Quatuor millia librorum [1]Didymus grammaticus scripsit; miser[2], si tam multa supervacua legisset! In his libris de patria Homeri quæritur, in his de Æneæ matre vera; in his, libidinosior Anacreon[3], an ebriosior vixerit? in his, an Sapho[4] publica fuerit? et

1. *Didymus.* Alexandrinus, grammaticus Aristarcheus, χαλκέντερος, ferreis visceribus, ab assiduitate indefatigabili appellatus, qui sub Augusto Imper. floruit et multos tum poetas, imprimis Homerum, tum prosaicos auctores græcos commentariis illustravit. Demetrius Trœzen. ap. Athen. IV, p. 139 al. computant 3500 ab eo scriptos libros. Cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 386 sqq. Harl. Etsi sequentes quæstiones supervacaneæ videbantur Senecæ, nobis tamen, quibus fatum tot tantaque antiquitatis monumenta invidit, haud una ex causa perquam utilia forent. *Ruhk.*

2. *Miser.* Sic edd. a Mur. ex Pinc. libris. *Miserere* ed. *R. Misererer A. c.* Par. *a. b. d.* Ops. et Grut. unde *miser erat.* ed. Er. *Schw.*

3. *Anacreon.* De Anacreonte cf. Fabric. B. G. II, p. 91 sq. *Ruhk.*

4. *Sapho.* De Sapho ibid. p. 137 sq. *Ruhk.*

Digitized by Google

33 alia, quæ erant dediscenda, si scires. I nunc, et longam esse vitam nega! Sed ad nostros quoque quum perveneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno impendio temporum, magna alienarum aurium molestia[1], laudatio hæc constat, *O hominem litteratum!* Simus hoc titulo rusticiore contenti, *O virum bonum!* Itane est? annales evolvam omnium gentium, et, quis primus carmina scripserit, quæram; quantum temporis inter Orphea intersit et Homerum, quum fastos non habeam, computabo; et Aristarchi ineptias[2] quibus aliena carmina compinxit, reco-
34 gnoscam[3]; et ætatem in syllabis conteram? Itane in geometriæ pulvere hærebo? Adeo mihi præceptum illud salutare excidit, *Tempori parce!* Hæc sciam? et quid ignorem[4]? Appion[5] grammaticus, qui sub C. Cæsare tota

1. *Alienarum aurium molestia.* Quia, ut hunc titulum litterati hominis adipiscerentur, auditores suos longo tædio afficiebant.

2. *Aristarchi ineptias, quibus aliena carmina compinxit.* Sic *R. A. c.* Grut. et alii. Vulgo *Aristarchi notas,... compunxit*, quod videtur ex Erasmi ingenio procusum. *Schw.*

3. *Recognoscam.* More illius ætatis: fuere enim, qui in rationes, quibus ductus Aristarchus versus, quos Homeri aliorumque poetarum non esse judicaret, obelo confixisset s. pro alienis spuriisve declarasset, inquirerent, exempli causa Didymus, Appion etc. *Ruhk.*

4. *Et quid ignorem?* Id est, (ut equidem interpretor) et quid est, quale quantique momenti et quam necessarium est id, quod ignorare mihi necesse est, ut ista sciam! Itaque *interrogandi signum* cum *exclamandi nota* permutatum velim. Est ista veterum librorum omnium scriptura, revocata a Ruhk. postquam *ut quid ignorem* ex Mureti ing. editum fuerat. *Schw.*—Paulo videtur obscurior sensus a Schw. propositus, servata interrogationis nota: ideo nos simpliciter intelligimus, ut Gronovius interpretatur: Hæc scilicet necesse est me discere! et quid igitur possem ignorare? omnia scire hominem, est ἀδυνάτων. Sunt igitur quædam, quæ nescire licet. Ex talibus vel maxime ista duco; quæ si scire me oportet, nescio profecto, quid tandem sit, quod mihi liceat nescire. Lectio: *Hæc sciam, ut quid ignorem?* satis convenientem sensum offerebat, ut vertit *Lagrange: N'apprendrai-je jamais à ignorer quelque chose?*

5. *Appion. Apion* ms. *c.* non male. Vitiose *Aphion* ed. *R. Apyon A. S.*—*Appion*, Alexandrinus, qui ut accusaret Judæos, Romam ad Caium Caligulam Imperat. mittebatur contra Philonem. Multa scripsit, et ad illustrandos poetas, e. c. Homerum,

Digitized by Google

circulatus est[1] Græcia, et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, aiebat, « Homerum, utraque materia consummata, et Odyssea, et Iliade, principium adjecisse operi suo, quo bellum Trojanum complexus est: » hujus rei argumentum afferebat[2], « quod duas litteras in primo versu posuisset ex industria, librorum suorum numerum continentes. » — Talia sciat oportet, qui multa vult scire. 35

Non vis cogitare[3], quantum temporis tibi auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio privata, quantum occupatio quotidiana, quantum somnus? Metire ætatem tuam! tam multa non capit. De *liberalibus studiis* loquor; *Philosophi* quantum habent supervacui? quantum ab usu recedentis? Ipsi[4] quoque ad syllabarum distinctiones, et conjunctionum ac præpositionum proprietates descenderunt, et invidere grammaticis, invidere geometris. Quidquid in illorum artibus supervacuum erat, transtulere in suam. Sic effectum est, ut diligentius scirent loqui, quam vivere. Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, et quam infesta veritati sit! Protagoras[5] ait, « de omni re in utramque partem disputari posse ex æquo, et de hac 36 37

unde et *in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus* i. alter Homerus cognominabatur, et historica, e. c. librum adversus Judæos, cui Flavius Josephus respondit. Cf. Ger. Io. Vossius de Histor. Gr. II. p. 190sq. *Ruhk.*

1. *Circulatus est.* Revocavi ex ed. *R.* cui suffragabatur cod. ms. Lipsii. Alii vulgo *circumlatus. Circumdatus* ms. *c. Schw.*

2. *Hujus rei argumentum afferebat, quod duas litteras.* Sc. M et H in prima Iliadis voce MHNIN, quæ signant 48. *Lipsius*, qui similes nugas affert ex Plutarch. Quæst. conviv. IX, 3. *Ruhk.*

3. *Non vis cogitare* Sic optime unus Grut. quum antea in edd. esset, *noli cogitare;* ap. Muretum, *nunc cogita:* Pincianus ex veteri lectione scribat littera minore, ut cohæreat superioribus: *non cogitare. Ruhk.*

4. *Ipsi... geometris.* E. c. Plato, Aristoteles, Stoici. *Ruhk.*

5. *Protagoras... sit.* Hæc et sequentia bene pertractavit Lipsius in Manud. ad Physiol. stoic. II, 4. *Tic-*

Digitized by Google

ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit.» Nausiphanes[1], ait, « ex his, quæ videntur esse, nihil magis esse, quam non esse. » Parmenides[2] ait, « ex his, quæ videntur, nihil esse ab uno diversum[3].» Zenon[4] Eleates omnia negotia de negotio dejecit: ait, *Nihil esse*. Circa eadem fere Pyrrhonii[5] versantur, et Megarici, et Eretrici, et Academici, qui novam induxerunt[6] scientiam,
38 *nihil scire*[7]. Hæc omnia in illum supervacuum studiorum

demann Geist. der, specul. Philos. I. p. 351 sqq. *Ruhk.*

1. *Nausiphanes.* De Nausiphane, Pyrrhonis discipulo et Epicuri magistro, vid. Diog. Laert. IX, 69 ibiq. Menagium. *R.*

2. *Parmenides.* De Parmenide cf. Tiedemanni *Geist. d. s. Phil.* I, 170 sq. *Ruhk.*

3. *Nihil esse ab uno diversum.* Ex Erasmi ora hoc adscivi; quanquam vereor, ne ex ingenio viri, non e vet. cod. ductum sit: scilicet ex scriptura ed. *R. nihil esse ab universo*, collata cum eo quod infr. § 38 legitur, *si Parmenidi credo, nihil est præter unum*, colligi ista scriptura *ab uno diversum* poterat. Si teneas scripturam in contextu Erasmi positam, *nihil esse in universo*, cui suffragantur Par. *a. b. d.* cum Pinciani Gruterique libris, nihil intererit inter Parmenidis et Zenonis placitum. Pincianus ex conjec. malebat, *nihil esse nisi unum*: Muretus item ex conject. et post eum alii ediderunt *nihil esse in universum*; quo quidem nihil promovebatur. Defectu manifeste laborat ms. *c.* nil aliud nisi hæc habens, *ex his quæ videntur universo*; Ed. *A. ex his quæ videntur nihil esse universo. Schw.* — Ruhk. amplexus est Gronovii conjecturam, *nisi universum.* Mox enim, ait, § 38 habes: *si Parmenidi, nihil est præter unum.* Senserat autem τὸ πᾶν ἓν εἶναι, quod propemodum ipse docet Seneca Ep. XCV, 40 *omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est.* Cf. Plut. adv. Colot. Vol. II. pag. 1114. D. Fref. Tiedemann. *Geist der spek. Phil.* I p. 190 sq. et Fragmenta Parmenidis coll. et illustr. a Fulleborn (1795, Zullichaviæ.) p. 60 sq. Antea: *in universum*: ap. Muretum al.: *in universo* ap. Er. et in codd. Grut. *Ruhk.*

4. *Zenon Eleates.* De Zenone Eleate conf. Tiedemanni *Geist d. s. Phil.* 1. 297. *Ruhk.*

5. *Pyrrhonii, Megarici.* De *scepticis* hic sermonem esse cuique patet, qui etsi sectam nullam proprie constituere possent, rejecta quippe omni auctoritate conditoris systematis cujuscumque, scholas tamen quasdam formarunt a nostro nominatas. Convenisse autem constat in hisce fere: etsi notiones consensu nostro sint comprobandæ, nulla tamen causa satis sufficiens est, qua perducamur ad earum objectivam, quam vocant, veritatem agnoscendam. Cf. Christi. Weissii commentatio de Scepticismi causis atque natura. Lipsiæ 1801. *R.*

6. *Induxerunt.* Temere *duxerunt* ed Bipont. et inde ed. Ruhk. *Schw.*

7. *Nihil scire.* Percommode *nihil*

Digitized by Google

liberalium gregem conjice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt; hi spem omnis scientiæ eripiunt: satius est supervacua scire, quam nihil. Illi non præferunt lumen, per quod acies dirigatur ad verum; hi oculos mihi effodiunt. Si Protagoræ credo[1], nihil in rerum natura est, nisi dubium; si Nausiphani, hoc unum certum est nihil esse certi; si Parmenidi, nihil est præter unum; si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid 39
ista, quæ nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est, aut inanis, aut fallax. Non facile dixerim, utrum magis irascar illis, qui nos nihil scire voluerunt; an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire. Vale.

sciri scribitur in nostro Arg. *c.* Conf. Cic. Acad. lib. I, cap. 12. et de Orat. I. 51. *Schw.*

1. *Si Protagoræ credo.* H. subito desinunt *codices Parisienses* ab Emmerico nostro collati. Eodemque fere loco desinebant *quatuor Gallici codices ab Opsopœo* olim collati; quorum unus idem ipse erat, qui a nobis nota *Par. b.* insignitus est. *Schw.*

Digitized by Google

Digitized by Google

CLARISSIMI VIRI *D. DIDEROT*

TESTIMONIUM

DE L. ANNÆI SENECÆ

EPISTOLIS I-LXXXVIII.

LES LETTRES de Sénèque sont adressées à Lucilius, son ami et son élève dans la philosophie stoïcienne. « Lucilius, je vous » réclame, vous êtes mon ouvrage. » Ils étaient âgés tous deux : « Nous ne sommes plus jeunes. » Lucilius, né dans une condition médiocre, s'était élevé par son mérite au rang de chevalier romain, et avait obtenu la place d'intendant en Sicile.

La matière traitée dans cette correspondance est très-étendue ; c'est presque un cours de morale complet. Je vais le suivre ; mais pour m'épargner à moi-même et aux autres la sécheresse et le dégoût d'une table, j'indiquerai, chemin faisant, quelques-uns des traits qui m'ont le plus frappé, ce que je voudrais avoir recueilli de ma lecture ; et surtout, qu'on ne se persuade pas qu'il n'y ait rien ni à remarquer, ni à apprendre dans celles dont je n'annoncerai que le sujet. Lisez le reste de mon ouvrage comme vous liriez les Pensées détachées de La Rochefoucault.

La première est sur le tems. Sénèque dit, et ne dit que trop vrai : « Qu'une partie de la vie se passe à mal faire, la plus » grande à ne rien faire, presque entière à faire autre chose que » ce qu'on devrait. »

« Où est l'homme qui sache apprécier le tems, compter les » jours, et se rappeler qu'il meurt à chaque instant? »

« Je me trouve dans le cas de ces gens ruinés sans qu'il y ai

Digitized by Google

» de leur faute : tout le monde les excuse, personne ne les » assiste. »

Il traite dans la IIe des voyages.

« Le voyageur a beaucoup d'hôtes et peu d'amis.... » Il ressemble au possesseur d'un palais qui passerait sa vie à parcourir ses riches et vastes appartemens, sans s'arrêter un instant dans celui que son père, sa mère, sa femme, ses enfans, ses amis, ses concitoyens occupent.

Et dans la même, des lectures, autre sorte de voyage.

« Ne pouvant lire autant de livres que vous en pouvez acqué- » rir, n'en acquérez qu'autant que vous en pourrez lire. »

« On lit pour se rendre habile : si on lisait pour se rendre » meilleur, bientôt on deviendrait plus habile. »

« Si vous consultez la nature sur le travail et sur le repos, » elle vous répondra qu'elle a fait le jour et la nuit. »

C'est là qu'il dit d'Épicure : « Je passe dans le camp ennemi en espion, mais non en déserteur. »

Si vous avez à faire choix d'un ami, lisez la IIIe, où l'on trouve, entre autres, cette maxime de Pomponius :

« Il y a des yeux tellement accoutumés aux ténèbres, qu'ils » voient trouble au grand jour. »

« Ne faites rien que votre ennemi ne puisse savoir. »

La IVe vous affranchira des terreurs de la mort et des sollicitudes de la vie.

« Le tyran me fera conduire, où?... Où je vais. »

« Un mal n'est pas grand, quand il est le dernier des maux. » La perte la moins à craindre est celle qui ne peut être suivie » de regrets. »

« Celui qui ne veut que satisfaire à la faim, à la soif, aux » besoins de la nature, ne se morfond point à la porte des » grands, n'essuie ni leurs regards dédaigneux, ni leur politesse » insultante. »

Frappez à cette porte pour autrui, n'y frappez jamais pour vous.

Dans la Ve, sur la singularité, il adresse à Lucilius des conseils dont quelques-uns d'entre nous pourraient profiter.

Digitized by Google

« N'allez pas, à l'exemple de certains philosophes moins curieux de faire des progrès que du bruit, affecter dans votre » extérieur, vos occupations, votre genre de vie, une originalité qui vous distingue : vous vous interdirez cet habillement » bizarre, cette chevelure hérissée, cette barbe hétéroclite, et » toutes ces voies détournées pour arriver à la considération. » Eh ! le nom de philosophe n'est déjà que trop odieux, avec » quelque modestie qu'on le porte !... N'y aura-t-il donc aucune » différence entre nous et le vulgaire ?... Il y en aura, mais je » veux qu'on y regarde de près pour l'apercevoir. »

« Il faut que la vie du sage soit un mélange de bonnes mœurs » et de mœurs publiques.... » Qu'en pense Diogène ? Celui-ci disait à son élève : Que ta vie ne soit point un mélange bigarré de bonnes mœurs et de mœurs publiques.... « Il faut qu'on l'admire et qu'on s'y reconnaisse..... » Il importe peu que des fous t'admirent ; et si le peuple se reconnaît en toi, ce sera presque toujours tant pis pour toi.

« Je n'aime à apprendre que pour enseigner. » Je n'aime à apprendre que pour être moins ignorant.

« La plus belle découverte cesserait de me plaire, si elle n'était » que pour moi.... » La découverte la plus simple, ne fût-elle que pour moi, me plairait encore. Ce n'est pas que je n'aime aussi à répandre le peu que je sais. Si le hasard m'offre une belle page ignorée, j'en jouis doublement, et par l'admiration qu'elle me cause, et par l'espoir de l'indiquer à mes amis.

« Philosophe, où en es-tu?... » Heureux celui qui s'est fait cette question, et qui s'est répondu : Je commence à me reconcilier avec moi-même !

Voulez-vous savoir ce que c'est que la véritable amitié ? Vous l'apprendrez dans la VIe.

« Combien d'hommes, dit-il, ont plutôt manqué d'amitié que » d'amis !.... » Le contraire ne serait-il pas aussi vrai ? et ne pourrait-on pas dire : Combien d'hommes ont plutôt manqué d'amis que d'amitié !

L'amour est l'ivresse de l'homme adulte ; l'amitié est la pas-

Digitized by Google

sion de la jeunesse : c'est alors que j'étais lui, qu'il était moi. Ce n'était point un choix réfléchi ; je m'étais attaché, je ne sais par quel instinct secret de la conformité. S'il eût été sage, je ne l'aurais pas aimé ; je ne l'aurais pas aimé, s'il eût été fou : il me le fallait sage ou fou de cette manière. J'éprouvais ses plaisirs, ses peines, ses goûts, ses aversions ; nous courions les mêmes hasards : s'il avait une fantaisie, j'étais surpris de ne l'avoir pas eue le premier : dans l'attaque, dans la défense, jamais, jamais il ne nous vint en pensée d'examiner qui de nos adversaires ou de nous avait tort ou raison : nous n'avions qu'une bourse ; je n'étais indigent, que quand il était pauvre. S'il eût été tenté d'un forfait, quel parti aurais-je pris ? Je l'ignore : j'aurais été déchiré de l'horreur de son projet, si j'en avais été frappé, et de la douleur de l'abandonner seul à son mauvais sort. Qu'est devenue cette manière d'exister si une, si violente et si douce ? A peine m'en souviens-je : l'intérêt personnel l'a successivement affaiblie. Je suis vieux, et je m'avoue, non sans amertume et sans regret, qu'on a des liaisons d'habitude dans l'âge avancé, mais qu'il ne reste en nous, à côté de nous, que le vain simulacre de l'amitié. *Jam proximus ardet Ucalegon.* Cet Ucalégon du poète, c'est vous, c'est moi : on ne pense guère à la maison d'autrui, quand le feu est à la nôtre.

Ah ! les amis ! les amis ! il en est un ; ne compte fermement que sur celui-là : c'est celui dont tu as si long-tems et si souvent éprouvé la bienveillance et la perfidie ; qui t'a rendu tant de bons et de mauvais offices, qui t'a donné tant de bons et de mauvais conseils ; qui t'a tenu tant de propos flatteurs et adressé tant de vérités dures, et dont tu passes les journées à te louer et à te plaindre. Tu pourras survivre à tous les autres ; celui-ci ne t'abandonnera qu'à la mort : c'est toi ; tâche d'être ton meilleur ami.

« Le philosophe Attalus préférait un ami à faire, à un ami déjà fait... » Un peintre célèbre court après un voleur et lui offre un tableau fini, pour l'ébauche que le voleur avait enlevée de dessus son chevalet. Il me déplaît qu'on en fasse autant en amitié.

Digitized by Google

J'ai vu l'amour, j'ai vu l'amitié héroïques; le spectacle des deux amis m'a plus touché que celui des deux amans. D'un côté, c'était la raison; de l'autre, la passion qui faisait de grandes choses : l'homme et l'animal.

« Les présens de la fortune! Dites ses pièges. »

Il conseille, lettre VIIe, la fuite du monde. « Je ne rapporte » jamais de la société les mœurs que j'y ai portées. »

Quel est celui d'entre nous assez sage, ou assez corrompu qui n'en puisse dire autant?

« Rien de plus nuisible aux bonnes mœurs que la fréquenta- » tion des spectacles.... » Des spectacles de Rome? cela se peut; des nôtres, je ne le crois pas.

A propos des spectacles de son tems qui n'étaient que des exécutions, Sénèque dit : « Un homme a-t-il volé? qu'on le pende. » A-t-il assassiné? qu'on le tue. Mais toi, malheureux specta- » teur, qu'as-tu fait pour assister à la potence?... » Cela est beau.

« Il est dur de vivre sous la nécessité, mais il n'y a point de » nécessité d'y vivre. »

« Arracher à Caton son poignard, c'est lui envier son immor- » talité. »

« La vertu a perdu de son prix pour celui qui se surfait celui » de la vie. »

Malheur à celui que quelques-unes de ces pensées que je jette au hasard, à mesure que la lecture du philosophe me les offre, ne plongera pas dans la méditation!

« Rien de plus commun qu'un vieillard qui commence à vivre. » Rien de plus commun qu'un vieillard qui meurt avant que d'avoir vécu. La plupart des hommes meurent le hochet à la main.

« L'homme puissant craint autant de maux qu'il en peut faire... » D'où naît donc cet abus si fréquent de la puissance? C'est que l'effet naturel de la force est d'inspirer l'audace, et que l'effet naturel du pouvoir est d'affaiblir la crainte.

« Le désespoir des esclaves immole autant d'hommes que les » caprices des rois... » Je le désirerais.

Digitized by Google

« L'esclave a-t-il sur son maître le droit de vie et de mort?...» Qui peut en douter? Puissent tous ces malheureux enlevés, vendus, achetés, revendus, et condamnés au rôle de la bête de somme, en être un jour aussi fortement persuadés que moi!

Ici, il apostrophe les Romains; il leur reproche d'enseigner la cruauté à leur souverain qui ne saurait l'apprendre. Sénèque n'avait pas encore démêlé le caractère de son élève, et son commerce épistolaire avec Lucilius commença apparemment pendant les cinq premières années du règne de Néron.

« La route du précepte est longue, celle de l'exemple est » courte. Les disciples de Socrate et d'Épicure profitèrent plus » de leurs mœurs que de leurs discours...» (Let. VIe) Il résulte de cette maxime, applicable surtout à l'éducation des enfans, qu'il faut leur adresser rarement de ces préceptes dont la vérité ne peut être constatée que par une longue expérience; mais parlez sensément, agissez toujours bien devant eux. C'est ainsi que les Romains préparaient à la république des magistrats, des guerriers et des orateurs. Vous serez difficile sur la compagnie dans laquelle vous pourrez les admettre, si vous pensez qu'il y a tel mot, telle action capable de détruire le fruit de plusieurs années.

Heureux les enfans nés de parens élevés aux grandes places! ils entendent, dès le berceau, parler de grandes choses.

L'activité du sage est le sujet de la VIIIe.

Dans la IXe, où il en caractérise l'amitié, il prétend qu'on refait aussi aisément un ami perdu que Phidias une statue brisée. Je n'en crois rien. Quoi! l'homme à qui je confierai mes pensées les plus secrètes; qui me soutiendra dans les pas glissans de la vie; qui me fortifiera par la sagesse de ses conseils et la continuité de son exemple; qui sera le dépositaire de ma fortune, de ma liberté, de ma vie, de mon honneur; sur les mœurs duquel les hommes seront autorisés à juger des miennes; je dis plus, l'homme que je pourrai interroger sans crainte; dont je ne redouterai point la confidence; dont, pour me servir de l'expression de génie du chancelier Bacon, j'oserai éclairer le fond de la caverne, sans sentir vaciller le flambeau dans ma main; cet

Digitized by Google

homme se refait en un jour, en un mois, en un an ! Eh ! malheureusement la durée de la vie y suffit à peine ; et c'est un fait bien connu des vieillards, qui aiment mieux rester seuls que de s'occuper à retrouver un ami.

Lorsque notre philosophe se demande à lui-même ce qu'il s'est promis en prenant un ami, et qu'il se répond : « d'avoir quelqu'un » pour qui mourir, qui accompagner en exil, qui sauver aux dépens » de nos jours... » il est grand, il est sublime, mais il a changé d'avis.

Lorsque, comparant l'amour et l'amitié, il ajoute que l'*amour est presque la folie de l'amitié*, il est délicat. Lorsqu'il répond à la question, Quelle sera la vie du sage sur une plage déserte, dans le fond d'un cachot? *celle de Jupiter dans la dissolution des mondes;* il montre une ame forte. De pareilles idées ne viennent qu'à des hommes d'une trempe rare.

Il traite dans la xe de la solitude.

« Cratès disait à un jeune homme : Que fais-tu là seul ? » Le jeune homme lui répondit : « Je m'entretiens avec moi-» même..... — Prends garde, lui répliqua le philosophe, de » t'entretenir avec un flatteur... » Le sot cesse d'être un sot pour le moment où il nous flatte, et nous dirions volontiers de lui : Mais cet homme n'est pourtant pas trop bête.

« Vivez avec les hommes, comme si les dieux vous voyaient : » parlez aux dieux, comme si les hommes vous entendaient. »

Dans la xie, des avantages de la vieillesse, de la mort et du suicide.

La manière dont les habitans de sa campagne, son fermier, son jardinier, ses arbres, ses charmilles, lui rappellent son grand âge, est charmante. « Qu'est-ce que cet homme qu'on a posté-là, » et qu'on ne tardera pas d'y exposer ? Où a-t-on trouvé ce sque-» lette ? le beau passe-tems de m'apporter ici les morts du voi-» sinage ! — Quoi ! vous ne reconnaissez pas Félicion, le fils » de votre métayer, à qui vous avez donné tant de jouets, quand » il était enfant ? »

Dans la xiie, des effets de la philosophie sur les défauts et sur les vices.

Digitized by Google

Dans la XIIIe, du courage que donne la vertu, et du desdouci de l'avenir.

« Le sage qui craint l'opinion ressemble à un général qui » s'ébranle à la vue d'un nuage de poussière élevé par un trou- » peau. »

« Espérer, au lieu de craindre, c'est remplacer un mal par » un autre. »

Dans la XIVe, des soins du corps.

« Donnons-lui des soins, mais prêts à le précipiter dans les » flammes, au moindre signal de la raison, de l'honneur, du » devoir. »

« L'administration d'une république livrée à des brigands n'est » pas digne du sage.... » Hommes publics, consolez-vous, si votre disgrâce est arrivée, ou si le mauvais génie de l'état veut qu'elle arrive.

« Le sage ne provoquera point le courroux des grands... » Maxime pusillanime; c'est le condamner à taire la vérité.

On dit : *Vivre d'abord, ensuite philosopher.* C'est le peuple qui parle ainsi; mais le sage dit : philosopher d'abord, et vivre ensuite, si l'on peut, ou aimer la vertu avant la vie.

Si le philosophe ne croyait pas que la périlleuse vérité qu'il va dire fructifierait dans l'avenir, il se tairait. Il parle, en attendant un grand prince, un grand ministre qui exécute; il aime la vertu; il la pratique : il fait peut de cas de la vie, il méprise la mort. Un d'entre eux disait : « La nature qui a fait le tyran » terrible m'a fait sans peur. » S'il peut conserver la vie en attaquant le vice, il le fera; mais s'il est impossible de vivre et de dire la verité, il fera son métier. Quoi ! l'apôtre de la vérité n'aurait pas le même courage que l'apôtre du mensonge !

On ne fait point une tragédie de la mort de celui qui craint l'échafaud, et qui va lâchement apostasier au pied d'un tribunal. Il ignore que sa mort sera plus instructive que tous ses écrits.

« Le sage, dans la prospérité, me montre l'apôtre de la vertu; » dans l'adversité, son martyr. »

Pourquoi le sang du philosophe ne serait-il pas aussi fécond

Digitized by Google

que celui des martyrs? C'est qu'il est plus facile de croire que de bien faire.

« Il y a trois passions qu'il ne faut point exciter : la haine, » l'envie, le mépris. »

Cela est plus digne du moine de Rabelais que du disciple de Zénon. C'est vous, Sénèque, qui m'avez appris à vous répondre : Il y a des hommes dont il est glorieux d'être haï : le tourment de l'envie est toujours un éloge; le mépris n'est souvent qu'une affectation.... « Craignons l'admiration.... » Et pourquoi? Faisons tout ce qui peut en mériter.

Il s'entretient avec son ami, Lettres XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, des exercices du corps, de l'utilité de la philosophie, de la richesse, de la pauvreté, des persécutions; de la calomnie; qu'il faut embrasser la philosophie sans délai; des amusemens du sage; de la colère, des passions, des vices, des vertus, des avantages du repos; de la société, des fonctions publiques, du bonheur, du malheur.

« Le même mot peut sortir de la bouche d'un sage et d'un fou.»

« La sagesse, comme l'or, est l'équivalent de toute richesse. »

« La richesse est souvent la fin d'une misère et le commen- » cement d'une autre. »

« Le philosophe a son ennemi et sa discipline comme le mi- » litaire : pour vaincre, la bravoure seule ne suffit pas. »

On dit : Ce fait, de qui le tenez-vous? « Ce témoin est sus- » pect : c'est son père; c'est son ami; c'est son collègue; c'est » son protecteur; c'est son client... » Qui est-ce qui vous contredit ainsi? C'est l'envie, l'envie que vous affligez par le récit d'une belle action.

Les préceptes de Sénèque sont austères; mais l'expérience journalière et l'usage du monde en confirment la vérité : on ne les conteste que par vanité ou par faiblesse. C'est dans sa XXe Lettre qu'il dit aux grands, aux gens en place, un mot simple, mais qu'ils devraient avoir sans cesse à la bouche, s'ils sentaient vivement les inconvéniens de leur élévation : « Quand viendra » le jour heureux, où l'on ne me mentira plus? »

Digitized by Google

Je ne relis point les ouvrages de Sénèque sans m'apercevoir que je ne les ai point encore assez lus.

Quel est l'objet de la philosophie? C'est de lier les hommes par un commerce d'idées, et par l'exercice d'une bienfaisance mutuelle.

La philosophie nous ordonne-t-elle de nous tourmenter? Non.

Dans la Lettre VIII, sur l'activité du sage, il parle des drames mixtes, dont le ton est grave, et le genre moyen entre la tragédie et la comédie. Ce genre eut-il aussi des détracteurs chez les anciens? Il ne le dit pas.

Selon lui, Lettre XIV : « La philosophie est une espèce de » sacerdoce révéré des gens de bien, respecté même de ceux » qui ne sont méchans qu'à demi; et celui qui jette de la boue » au philosophe est une espèce d'impie. » Non, non, Suilius, Aristophanes modernes, jamais la dépravation ne sera assez générale, assez durable, assez puissante, ou la ligue de l'ignorance et du vice contre la science et la vertu assez forte, pour empêcher la philosophie d'être vénérable et sacrée.

Ne nous engageons point dans les querelles, méprisons les propos de l'impudent; soyons convaincus qu'il n'y a que des hommes abjects qui osent nous insulter. Ne soyons pas plus offensés de leurs injures que nous ne serions flattés de leur éloge; abandonnons le pervers à sa honte secrète. — « Est-ce qu'il en éprouve? » — Je le crois, depuis qu'un de ces infâmes salariés des grands pour déchirer les gens de bien, a dit d'une satire de commande, qu'il n'était pas bien sûr d'être content de l'avoir faite. Un des châtimens de la folie est de se déplaire à elle-même.

L'ouvrage de Sénèque est un champ où l'on trouve toujours à glaner. Je vois que, dans l'opulence, il s'exerçait à la pauvreté; au milieu des richesses, il se rit de la peine inutile que la fortune s'est donnée.

« Dieux, accordez-moi la sagesse, et je vous tiens quittes du » reste.... » Mais, Sénèque, dans votre système est-ce que les Dieux accordent la sagesse? La sagesse n'est-elle pas l'ouvrage du sage? et n'est-ce pas la raison pour laquelle, dans votre en-

Digitized by Google

thousiasme, vous avez élevé quelquefois le sage au-dessus des Dieux, sages par leur nature, sans efforts et sans mérite !

Dans les pensées de Sénèque les plus subtiles, dans ses opinions les plus paradoxales, il y a presque toujours un côté juste.

Comme il n'y a presque aucune proposition sur les mœurs qui soit vraie sans exception, il arrive souvent au moraliste d'assurer le pour et le contre ; selon qu'il se renferme dans la loi générale, ou qu'il ne considère qu'un cas particulier, l'homme lui paraîtra grand ou petit.

Il dit, Lettre XXI, à propos de la vraie gloire du sage : « En » vain Atticus aurait eu pour gendre Agrippa, pour descendans » Tibère et Drusus ; parmi ces noms illustres le sien serait ignoré, » si le prince des orateurs ne lui eût adressé quelques lettres. » Lucilius, si la gloire vous touche, les miennes vous feront » plus connaître que toutes vos dignités : qui saurait qu'il exista » un Idoménée, sans celles d'Épicure ? »

Il ajoute : « J'ai aussi quelques droits sur les races futures ; je » puis sauver un nom de l'oubli et partager mon immortalité » avec un ami.... » Qu'on doit être heureux par cette pensée ! En effet, quoi de plus doux que de croire qu'on enrichira sa nation d'un grand nom de plus ? Ne se félicite-t-on pas d'avoir pris naissance dans une contrée célèbre par les hommes rares qu'elle a produits ? Est-il de plus flatteuse espérance que de laisser à ses parens, à ses amis, à ses descendans, aux étrangers, aux siens, à l'univers, un sujet d'admiration, d'entretien et de regrets ? Qui est-ce qui a fait cet ouvrage, ce poème, ce tableau, cette statue, cette colonnade ? C'est un Français, c'est Bouchardon, c'est Pigal ; c'était l'ami de mon grand-père, voilà son buste. Avec quel plaisir mon père, qui l'avait vu dans sa jeunesse, nous entretenait de son maintien, de son caractère et de ses opinions ! Voilà la maison qu'il habitait ; on la visite encore. La république a doté une de ses arrière-nièces ; un citoyen bienfaisant tira de l'indigence un de ses descendans, qui n'avait d'autre mérite que de porter son nom. Malheur à l'homme personnel qui lira cette page avec dédain ! Si par hasard c'est un

Digitized by Google

artiste distingué, croyez qu'il n'est sincère ni avec vous, ni avec lui-même.

Une sorte de reconnaissance délicate s'unit à une curiosité digne d'éloge, pour nous intéresser à l'histoire privée de ceux dont nous admirons les ouvrages. Le lieu de leur naissance, leur éducation, leur caractère, la date de leurs productions, l'accueil qu'elles reçurent dans le tems; leurs penchans, leurs goûts honnêtes ou malhonnêtes, leurs amitiés, leurs fantaisies, leurs travers, leur forme extérieure, les traits de leurs visages, tout ce qui les concerne arrête l'attention de la postérité. Nous aimons à visiter leurs demeures; nous éprouverions une douce émotion à l'ombre d'un arbre sous lequel ils se seraient reposés; nous voudrions voir et converser avec les sages dont les travaux ont augmenté le pouvoir de la vertu et les trésors de la vérité. Sans ce tribut, la sagesse accumulée des siècles serait un don gratuitement accordé à des ingrats.

« Mes concitoyens ne m'ont point élevé aux honneurs : Idoménée, ils ont mieux fait, ils m'en ont ôté le désir..... » Ce mot est d'Épicure.

Notre stoïcien, conduit à la porte des jardins de ce philosophe, y grave une inscription qui atteste l'austérité de l'un et l'impartialité de l'autre. La voici :

« Passant, tu peux t'arrêter ici : la volupté y donne la loi.— » Quoi ! c'est de la farine détrempée que tu me présentes, c'est » d'eau que tu remplis ma coupe ! — Assurément; à ma table » les mets apaisent la faim, la boisson n'irrite pas la soif; voilà » ma volupté. »

« Agissez toujours, Lucilius, comme si Épicure vous regar» dait. »

C'est ainsi que Sénèque pensait de ce philosophe si mal connu et tant calomnié. On ne s'est pas acharné avec moins de fureur sur la doctrine d'Épicure que sur les mœurs de Sénèque.

Je lis dans un auteur moderne (Batteux, *Morale d'Épicure*) : « On oppose Sénèque comme un bouclier impénétrable à tous les » traits qu'on peut lancer sur Épicure. Il est vrai que l'apologie

Digitized by Google

» que Sénèque a faite d'Épicure est formelle ; mais il est à crain-
» dre que, loin de justifier l'un, elle ne donne des soupçons contre
» l'autre. Si, à l'honneur d'Épicure, leurs doctrines avaient des
» apparences communes, ce serait à la honte de Zénon. »

Lorsque Sénèque fait l'éloge d'Épicure, il ne décrie point Zénon, non plus qu'il ne préconise celui-ci, lorsqu'il attaque le premier. C'est un juge impartial qui pèse ce que chaque secte enseigne de contraire ou de conforme à la vérité, et qui s'en explique avec franchise. Si les talens sublimes et les vertus transcendantes de l'académicien des Inscriptions, qui a enrichi l'histoire critique de la philosophie de son examen de la vie et de la doctrine d'Épicure, ne m'étaient parfaitement connus, je penserais qu'un auteur qui se sert de l'éloge de l'une des écoles pour les rendre toutes deux suspectes, est un mauvais logicien, s'il pense ce qu'il écrit, ou un dangereux hypocrite, s'il écrit ce qu'il ne pense pas.

Un littérateur du jour aurait-il la vanité de se croire mieux instruit des sentimens d'Épicure, dont les ouvrages nous manquent, qu'un ancien philosophe, qu'un Sénèque, qui les avait sous les yeux?

Qu'Épicure et Zénon se soient accordés l'un et l'autre à regarder la vertu comme le plus essentiel de tous les biens, et qu'ils en aient eu les mêmes idées : que s'ensuit-il? Que l'Épicurien n'en était pas moins corrompu, et que le stoïcien en était peut-être moins sage. Voilà une étrange conclusion.

Eh! c'est bien assez de condamner Épicure, sans lui associer aussi lestement le philosophe Sénèque son apologiste ; Sénèque, que saint Jérôme, qui n'était pas le plus tolérant des pères de l'église, loue pour la pureté de sa morale, la sainteté de sa vie, et qu'il a inscrit dans le catalogue des auteurs sacrés.

« O Dieu ! je vois à tes côtés un Sénèque à qui tu rends le
» prix du sang qu'il eût versé pour toi; un Épictète qui te ché-
» rit dans les fers ; un Antonin qui ne te méconnut pas sur le
» trône ; j'y vois un Tite qui regrettait les instans où il avait
» négligé de faire du bien aux hommes ; un Aristide qui honora

Digitized by Google

» la pauvreté, et qui préféra le nom de Juste aux honneurs et » aux richesses ; un Régulus qui sourit aux bourreaux ; et je » vois loin de toi des barbares qui, la croix à la main, assou- » vissent leurs fureurs, et réussiraient à te faire haïr, si l'homme » vertueux pouvait t'imputer leurs atrocités... » Ces lignes énergiques ne sont pas de moi ; mais je les envie à l'auteur anonyme d'un *Éloge de Socrate*.

Sénèque ne ferme presque pas une de ses Lettres sans la sceller de quelques maximes d'Épicure, et ces maximes sont toujours d'un grand sens et d'une sagesse merveilleuse : quelle honte pour le Zénonisme !

C'est dans la XXIIe Lettre sur les conseils et sur les affaires, que Sénèque dit des goûts passagers de l'ambition : « C'est un » amant qui querelle avec sa maîtresse ; n'allez pas prendre un » moment d'humeur pour une rupture.... » Croit-on que cette pensée déparât celles de La Rochefoucault ? Il ajoute : « Nous » mourons plus mauvais que nous ne naissons. Je t'avais en- » gendré, nous dit la nature, sans désirs, sans crainte, sans su- » perstition, sans perfidie, sans vice... » Celà est-il bien vrai ?... « Retourne comme tu es venu. La vie nous corrompt. »

« Vicieux, je te condamne à quitter, ou le vice, ou la vie. Choisis. »

En parcourant les Lettres XXIII et XXIV, sur la philosophie, source des vrais plaisirs, sur le passé, le présent, le futur, les craintes de l'avenir, les terreurs de la mort, je me suis rappelé l'endroit où Horace recommande au poète la lecture des feuillets de Socrate ; on pourrait lui dire avec plus de raison encore : *Rem tibi Senecæ poterunt ostendere chartæ*. Si tu crains d'être un poète *exsangue*, un diseur de puérilités sonores, si tu veux connaître les vices, les vertus, les passions, les devoirs de l'homme dans toutes les conditions et les circonstances, lis Sénèque.

Homme pusillanime, si les deux grands fantômes, la douleur et la mort, t'effraient, lis Sénèque.

« Que veulent dire ces fouets armés de pointes aiguës, ces » chevalets, cet attirail de supplices ? Quoi ! ce n'est que de la » douleur ! Ce n'est rien, ou elle finira promptement. A quoi

Digitized by Google

» bon ces glaives, ces feux, ces bourreaux qui frémissent au-
» tour de moi? Quoi ! ce n'est que la mort? Mon esclave la bra-
» vait hier. »

Il s'occupe, Lettre XXV, des dangers de la solitude : si l'homme se retire dans la forêt par vanité ou par misanthropie, s'il y porte une ame pleine de fiel, il ne tardera pas à y devenir une bête féroce : celui dont il y prendra conseil est un méchant qui achèvera de le pervertir.

Tel homme se croit sage, tandis que sa folie sommeille.

C'est dans une des Lettres qui suivent qu'il dit au philosophe : « Que fais-tu là ?... » et que le philosophe lui répond : « Hélas ! » couché dans une même vaste infirmerie, je m'entretiens avec » les autres malades.... » On est vraiment touché de cette modestie.

Il écrit, Lettres XXVI, XXVII, XXVIII et XXIX, des avantages de la vieillesse, de la vertu, du vrai bonheur, des voyages, des conseils indiscrets. On voit, dans cette dernière, qu'il y avait aussi à Rome des hommes pervers qu'on se plaisait à associer aux philosophes en général, dans le dessein cruel de souiller la pureté des uns par la turpitude des autres. Ce fait me rappelle l'auteur de *l'Anti-Sénèque*, et la constante affectation des ennemis de la philosophie à le citer parmi les hommes sages et éclairés dont la vie se passe à chercher la vérité et à pratiquer la vertu. Si ces calomniateurs des gens de bien n'étaient pas étrangers à tout sentiment honnête, ils rougiraient de placer ce nom justement décrié à côté des noms les plus respectables et les plus respectés.

La Mettrie est un auteur sans jugement, qui a parlé de la doctrine de Sénèque sans la connaître ; qui lui a supposé toute l'âpreté du stoïcisme, ce qui est faux ; qui n'a pas écrit une seule bonne ligne dans son *Traité du Bonheur*, qu'il ne l'ait ou prise dans notre philosophe, ou rencontrée par hasard, ce qui n'est et ne pouvait malheureusement être que très-rare ; qui confond partout les peines du sage avec les tourmens du méchant, les inconvéniens légers de la science avec les suites funestes de

Digitized by Google

l'ignorance ; dont on reconnaît la frivolité de l'esprit dans ce qu'il dit, et la corruption du cœur dans ce qu'il n'ose dire ; qui prononce ici que l'homme est pervers par sa nature, et qui fait ailleurs de la nature des êtres la règle de leurs devoirs et la source de leur félicité ; qui semble s'occuper à tranquilliser le scélérat dans le crime, le corrompu dans ses vices ; dont les sophismes grossiers, mais dangereux par la gaîté dont il les assaisonne, décèlent un écrivain qui n'a pas les premières idées des vrais fondemens de la morale, de cet arbre immense dont la tête touche aux cieux et les racines pénètrent jusqu'aux enfers ; où tout est lié, où la pudeur, la décence, la politesse, les vertus les plus légères, s'il en est de telles, sont attachées comme la feuille au rameau qu'on déshonore en l'en dépouillant ; dont le chaos de raison et d'extravagance ne peut être regardé sans dégoût que par ces lecteurs futiles qui confondent la plaisanterie avec l'évidence, et à qui l'on a tout prouvé quand on les a fait rire ; dont les principes, poussés jusqu'à leurs dernières conséquences, renverseraient la législation, dispenseraient les parens de l'éducation de leurs enfans, renfermeraient aux Petites-Maisons l'homme courageux qui lutte sottement contre ses penchans déréglés, assureraient l'immortalité au méchant qui s'abandonnerait sans remords aux siens ; et dont la tête est si troublée et les idées sont à tel point décousues, que, dans la même page, une assertion sensée est heurtée par une assertion folle, et une assertion folle par une assertion sensée, en sorte qu'il est aussi facile de le défendre que de l'attaquer. La Mettrie, dissolu, impudent, bouffon, flatteur, était fait pour la vie des cours et la faveur des grands. Il est mort comme il devait mourir, victime de son intempérance et de sa folie ; il s'est tué par ignorance de l'art qu'il professait.

Je n'accorde le titre de philosophe qu'à celui qui s'exerce constamment à la recherche de la vérité et à la pratique de la vertu ; et lorsque je rayerai de ce nombre un homme corrompu dans ses mœurs et ses opinions, puis-je me promettre que les ennemis de la philosophie se tairont ? Non.

Digitized by Google

Voltaire, diront-ils, en a fait
Voltaire en aura dit dans une o
qu'un homme de bien en doit pe
entre nos mains, et d'après les r

J'admire Voltaire comme un
qui aient encore paru, et c'est de
mais je ne suis pas toujours de s
une pièce de poésie fugitive que
Voltaire, et moins encore puise
la morale d'un écrivain.

Dans la même Lettre, Sénèq
sur les jugemens populaires : « .
» peuple : ce que je sais n'est pa
» de son goût, je ne le sais pas.

La contrainte des gouverneme
sans qu'on s'en aperçoive ; machi
taine classe d'idées fortes, comm
nous blesserait; et lorsqu'on s'est
sillanime et circonspecte, on rev
audacieuse et franche. On ne pe
du fond de son tombeau : c'est l
là qu'il faut s'adresser aux homm
losophes de laisser un testamen
une idée utile et grande. Je souhai
pour l'honneur des académies et
qu'il nous fasse attendre le sien l

« A Paris, diriez-vous cela ?—
» d'un homme libre dans la cont
» et l'ame d'un esclave dans la co
» libres. — Jusqu'à présent je n'a
» fait autant de plaisir. » C'est la
cabinet d'une grande souveraine

Lisez la Lettre XXX, de la m
tendre de pied ferme, et vous n
nouveau sur ce sujet dans nos éc

Digitized by Google

délicat que ce mot : « L'ame s'échappe du vieillard sans effort ; » elle est sur le bord de sa lèvre ?... » Quoi de plus sensé que ce qui suit? « Qu'est-ce que ces noms d'empereur, de sénateur, » de questeur, de chevalier, d'affranchi, d'esclave ?.... » ou en style moderne, de rois, de grands, de nobles, de roturiers, de paysans? Ce que c'est, répond-il, Lettre XXXI : « Des titres in- » ventés pour enorgueillir les uns, et dégrader les autres. N'a- » vons-nous pas tous le ciel au-dessus de nos têtes? »

Il vous exhortera à la philosophie, Lettre XXXII; il vous dira, Lettre XXXIII, que, dans un ouvrage de l'art, il faut que, la beauté de l'ensemble fixant le premier coup-d'œil, on n'aperçoive pas les détails, et que, dans un ouvrage de philosophie ou de littérature, les beaux vers, les sentences, sont les dernières choses à louer.

Il encourage Lucilius à l'étude de la philosophie, Lettre XXXIV, et le félicite sur ses progrès. Il prouve, Lettre XXXV, qu'il ne peut y avoir d'amitié qu'entre les gens de bien. La mort d'un ami ravit à l'homme vertueux un témoin de ses vertus ; au méchant, un complice, peut-être indiscret, de ses crimes. Les avantages du repos, les vœux du vulgaire, le mépris de la mort, texte auquel il ne se lasse point de revenir ; le courage que donne la philosophie, les dangers de la prospérité, l'éloquence qui convient au sage, la voix de la divinité qui est en nous, ou *la* conscience, la rareté des gens de bien, l'occupent depuis la Lettre XXXVI jusqu'à la LIe.

Voici un paragraphe de la Lettre XLI : je le trouve si beau, que je ne puis m'empêcher de le transcrire : « S'il s'offre à vos » regards une vaste forêt, peuplée d'arbres antiques dont les » cimes montent jusqu'aux nues, et dont les rameaux entrelacés » vous dérobent l'aspect du ciel; cette hauteur démesurée, ce » silence profond, ces masses d'ombres que la distance épaissit » et rend continues, tant de signes ne vous *intiment*-ils pas la » présence d'un Dieu? Sur un antre creusé dans un énorme » rocher, s'il s'élève une montagne; cette profonde, immense, » obscure cavité ne vous frappera-t-elle pas d'une terreur reli-

Digitized by Google

» gieuse? L'éruption d'un fleuve souterrain a fait dresser des » autels ; les fontaines d'eaux thermales ont un culte ; l'opacité » de certains lacs les a rendus sacrés ; et lorsque vous rencon- » trerez un homme tranquille dans le péril, serein dans l'adver- » sité, intrépide au sein des orages, qui, placé sur la ligne des » Dieux, voit les faibles mortels sous ses pieds, le respect n'in- » clinera pas votre front?... Pour être descendu du ciel, le sage » ne s'est pas expatrié. Les rayons du soleil qui se répandent sur » la terre, tiennent au globe lumineux d'où ils sont élancés ; » ainsi l'ame du grand homme, de l'homme vertueux, envoyée » d'en haut pour nous montrer la divinité de plus près, séjourne » à nos côtés, sans oublier le lieu de son origine. Elle le regarde, » elle y aspire, elle y reste comme attachée.... » Telles sont les pointes de Sénèque, lorsqu'il parle de Dieu, de la vertu et de l'homme vertueux.

Il dit à Lucilius, Lettre XXXVI : « On blâme votre ami d'avoir » embrassé le repos, abandonné ses places, et préféré l'obscu- » rité de la retraite aux nouveaux honneurs qui l'attendaient. » Exhortez-le à se mettre au-dessus de l'opinion ; chaque jour » il fera sentir à ses censeurs qu'il a choisi le parti le plus avan- » tageux. » Pour lui, peut-être ; mais pour la société? Il y a dans le stoïcisme un esprit monacal qui me déplaît ; c'est cepen- dant une philosophie à porter à la cour, près des grands, dans l'exercice des fonctions publiques ; ou c'est une voix perdue qui crie dans le désert. J'aime le sage en évidence comme l'athlète sur l'arène : l'homme fort ne se reconnaît que dans les occasions où il y a de la force à montrer. Ce célèbre danseur qui déployait ses membres sur la scène avec tant de légèreté, de noblesse et de grâces, n'était dans la rue qu'un homme dont vous n'eussiez jamais deviné le rare talent.

Il dit, Lettre XXXVIII, « Que la morale a plus d'énergie par » pensées détachées. » Je suis de son avis ; ces pensées sont au- tant de clous d'airain qui s'enfoncent dans l'ame, et qu'on n'en arrache point.

Il dit, Lettre XLI : « Dans le sein de l'homme vertueux,

Digitized by Google

» j'ignore quel Dieu, mais il habite un Dieu.... » Belle idée ! Sénèque pouvait ajouter : Et dans le sein du méchant, j'ignore quel démon, mais il habite un démon.

Lettre XLII. Qu'est-ce que l'homme léger? « C'est un oiseau » que vous ne tenez que par l'aile ; au premier instant il vous » échappera, et ne vous laissera dans la main qu'une plume. »

Je trouve, Lettre XLIII, sur la vie cachée, que ce fut moins l'orgueil que la honte qui créa les portiers chez les Romains. De la manière dont on vivait, entrer dans une maison sans se faire annoncer, c'était prendre le maître ou la maîtresse en flagrant délit.

Lettre XLIV : « La philosophie est la vraie noblesse : nul n'a » vécu pour la gloire d'autrui. »

« Savez-vous quels sont les aïeux vraiment dignes d'être en- » viés ? C'est Socrate, c'est Cléanthe, Épicure, Zénon, Platon, » mais le hasard de la naissance ne vous les donnera pas..... » Sachez vivre et mourir comme eux, vous aurez recueilli leur héritage, et vous serez compté parmi leurs descendans.

Lettre XLV. Les chicanes futiles de la dialectique seront méprisées de tout bon esprit, n'en déplaise, dit Sénèque, à nos stoïciens, que j'approuve ou blâme à mon gré, « parce que je ne » m'asservis à aucun maître, que je ne porte la livrée de per- » sonne, et qu'en respectant les sentimens des grands hommes, » je ne renonce pas aux miens. »

Même cause, même effet, en tout tems et partout. Celui qui connaîtra l'esprit du stoïcisme ne sera point étonné qu'un amalgame de philosophie et de théologie ait fait des disciples de Zénon des moulins à sophismes et des *bluteurs* de mots.

Lettre XLVI, il fait l'éloge d'un ouvrage de Lucilius.

Il dénombre, Lettre XLVII, la multitude des esclaves. « C'est un » consulaire subjugué par sa vieille femme ; un riche, par sa ser- » vante ; un jeune noble, par des filles de théâtre : cette dernière » servitude, la plus volontaire de toutes, est la plus honteuse. »

« Tu te crois libre, et tu baises furtivement la main d'une » jeune esclave. »

« Il n'est pas de roi, dit-il ailleurs, qui ne descende d'un

Digitized by Google

» esclave, ni d'esclave qui ne descende d'un roi..... » Il n'y a point de cour où l'on n'eût besoin d'un officier dont la fonction fût de se trouver tous les matins au chevet du monarque, et de lui citer cette maxime commune.

Après avoir exposé, Lettre XLVIII, les devoirs de l'amitié, il s'écrie de deux amis : « Ce sont deux hommes solidaires sous le » destin..... » Et après avoir traité, Lettre XLIX, de la mort et de la briéveté de la vie, il tombe sans ménagement sur les puérilités de la dialectique de son école. « Aujourd'hui, dit-il, » la rapidité du tems me confond, ou parce que le terme ap- » proche, ou parce que je commence à calculer mes pertes. Eh! » laissez-là vos arguties : j'ai sur les bras une grande affaire ; » la mort me poursuit, la vie m'échappe : conseillez-moi. »

« Qui construisit le premier vaisseau? Qui donna les premiers » jeux? l'Aventin a-t-il toujours été dans l'enceinte de Rome? » Ce passage ne doit-il pas être restitué de cette manière? N'est- » ce pas ainsi qu'il faut entendre cette légende? Cette médaille » est-elle ancienne ou moderne? A quelle époque a-t-elle été » frappée? Voilà des recherches bien dignes d'un homme! Ne » vaudrait-il pas mieux ne s'occuper de rien que de ces riens, » tandis que l'art de se rendre heureux, qu'on étudierait toute » sa vie, serait encore ignoré.?... » Cette sentence austère de Sénèque brûle quelques milliers de volumes. Est-elle juste? ne l'est-elle pas? et faudrait-il en effet dédaigner toute étude qui n'aurait pas un rapport immédiat avec la connaissance des devoirs et la pratique des vertus?

.....

Je vais passer rapidement sur les Lettres qui suivent; on formerait un volume de ce qu'elles offrent de remarquable.

L'éloge de Lucilius; la description des bains de Baies; les différentes classes de sages; que peu d'hommes connaissent leurs défauts; les infirmités auxquelles notre philosophe était sujet; la maison de Vatia, à l'entrée de laquelle on aurait pu graver, comme au fronton de la plupart de nos palais : *Ci gît le bonheur;* son séjour à Baies; la possibilité de méditer, d'étu-

Digitized by Google

dier, d'écrire au milieu du tumulte; du premier mouvement dans la passion; de la division des êtres, selon Platon; de la disette de la langue latine; de la différence de la joie et de la volupté; de l'objet méprisable des vœux et des prières du vulgaire; de la soumission du sage à la nécessité : « La nécessité » n'est que pour le rebelle; le sage n'obéit point au destin; ils » veulent tous deux; » voilà ce qui remplit l'espace de la XLIXe Lettre à la LXIIe, où notre philosophe se reproche d'avoir pleuré sans mesure la perte de son ami Sérénus, et nous dit : « Vous avez inhumé votre ami; eh! bien, cherchez quelqu'un à » aimer. » Comme si ce quelqu'un-là se trouvait en un moment. Il ajoute : « La douleur est de tous les tableaux celui dont le » spectateur se lasse le plus promptement : récente, elle intéresse; vieille, elle est fausse ou insensée; l'on s'en moque, et » l'on fait bien. » Cela est-il vrai? Il m'a semblé qu'on l'admirait, qu'on la louait, et qu'on la fuyait.

Quoi! l'on se moque d'un époux, d'un amant, d'un fils, inconsolable de la mort de sa femme, de sa maîtresse, de son père, de son ami! Il n'en est rien; et pour répondre à Sénèque dans sa manière, je lui dirai : « Nous sommes touchés de tout » ce qui nous promet des regrets éternels. Nous voulons nous » survivre à nous-mêmes dans le cœur de ceux que nous laissons » après nous. Le tribut que la tendresse décerne à la cendre des » autres nous est garant de celui que les personnes que nous » chérissons et qui nous chérissent rendront à la nôtre; et comme » nous nous sommes flattés que, si nous venions à les perdre, » nous ne les oublierions jamais, nous les accuserions volon» tiers d'ingratitude s'il nous venait en pensée qu'un jour nous » en serions oubliés. L'expérience journalière ne nous détrompe » point d'une aussi douce illusion : notre vanité nous excepte » d'une loi générale, et nous ajoutons foi à cette espèce d'en» gagement des vivans avec les morts, comme des femmes si » souvent trompées croient encore aux sermens d'un dernier » amant. Si on laisse l'homme qui pleure seul avec sa douleur, » tant mieux; c'est la meilleure compagnie qu'il puisse avoir :

Digitized by Google

» pour celui qui a les regards attachés sur l'urne de sa femme » ou de sa fille, est-il rien de plus importun que la présence de » celui qui rit? »

Sénèque prétend, Lettre L, « que le vice est dans l'ame une » plante étrangère; que la vertu s'y trouve dans son terrain, et » qu'elle s'y enracine de plus en plus, parce qu'elle est dans » l'ordre de la nature, dont le vice est l'ennemi..... » Cela est-il bien vrai? Pourquoi donc tant de vicieux, si peu de vertueux, au milieu de tant de prédicateurs de vertu? Pourquoi tant de besoins, et si peu de succès de l'éducation dans la jeunesse? tant de conseils et si peu de fruit dans l'adolescence et dans l'âge viril? tant de fous dans la vieillesse? tant d'indocilité dans l'esprit, au milieu de la ruine des sens? La passion parle toujours la première, et la raison se tait ou ne parle que tard et à voix basse. Sénèque ne se contredit-il pas, lorsqu'il reproche à Apicius d'inviter à la débauche une jeunesse portée au mal, même sans exemple?

A l'en croire, « les bois tortus peuvent être redressés, les » poutres courbées s'amollissent à la chaleur humide : pourquoi » donc, ajoute-t-il, l'ame même endurcie dans le vice ne se » corrigerait-elle pas?... » Je parlerais contre l'expérience, si je niais la possibilité de ce prodige; mais, mon respectable philosophe, les raisons que vous empruntez de la flexibilité et de la mollesse de la substance spirituelle sont bien frivoles. N'êtes-vous pas en contradiction avec vous-même, lorsque vous assurez ailleurs que la vertu une fois acquise l'est pour toujours, que la vertu ne se désapprend pas? Hélas! c'est alors qu'on serait tenté de convenir avec vous que la substance spirituelle est bien flexible, bien molle; mais si elle est telle pour revenir du mal au bien, telle elle doit être aussi pour retourner du bien au mal.

Il raconte au même endroit une petite anecdote domestique : il garda la folle de sa femme, comme une des charges de sa succession. « J'ai peu de goût, dit-il, pour ces espèces de mons- » tres; et si j'avais à m'amuser d'un fou, je ne l'irais pas cher- » cher hors de moi. Elle a perdu subitement la vue; mais une

Digitized by Google

» chose incroyable et vraie c'est qu'elle ignore qu'elle est aveugle, » et ne cesse de prier son conducteur de la déloger d'une mai- » son où l'on ne voit goutte. Nous rions d'elle, et nous lui res- » semblons. »

Lettre LII. « Le moraliste devrait rougir de honte, si l'on » oublie la vertu dont il parle, pour remarquer son éloquence... » En général, quelle que soit la cause que vous plaidiez, qu'on ne vous trouve éloquent que quand vous vous serez tû; c'est à la force et à la durée des impressions que vous aurez faites, à ramener, de réflexion, sur votre talent.

Sénèque était si faible, si glacé, qu'il nous dit, Lettre LVII, qu'il passait presque l'hiver entier entre des couvertures.

On voit, lettre LVIII, que la langue latine s'était appauvrie, comme la nôtre, en se polissant; effet de l'ignorance et d'une fausse délicatesse : de l'ignorance, qui laisse tomber en désuétude des mots utiles; d'une fausse délicatesse, qui proscrit ceux qui blessent l'oreille ou gênent la prononciation. Alors des expressions d'Ennius et d'Attius étaient surannées, comme plusieurs de Rabelais, de Montaigne, de Malherbe et de Regnier le sont aujourd'hui. Au tems de Sénèque, Virgile commençait à vieillir. De toutes les machines, il n'y en a aucune qui travaille autant que la langue, aucune d'aussi orgueilleuse et d'aussi passive que l'oreille; et l'une et l'autre tendent à se délivrer d'un mal-aise léger, mais continu.

Il dit sur la vieillesse, « qu'il est doux de rester long-tems » avec soi, quand on est devenu soi-même un spectacle conso- » lant pour soi; cependant qu'il y a plus d'inconvéniens à at- » tendre les infirmités et à vivre trop long-tems, qu'à mourir » trop tôt, et qu'on n'est pas loin de la peur de finir, quand on » laisse arriver le destin, sans oser faire un pas au-devant de lui... » Et j'ajouterai : A quoi bon rester, quand on n'est plus propre qu'à corrompre le bonheur, à troubler les devoirs et à empoisonner les jours de ceux que la reconnaissance et la tendresse attachent à notre côté? N'attendons pas qu'ils nous donnent congé; nous avons vécu, permettons-leur de vivre. Et ne craignons pas que ce

Digitized by Google

conseil soit funeste aux vieillards : ils ont tous la peur de mourir ; la vie n'est vraiment dédaignée que par ceux qui peuvent se la promettre longue ; ils ne la connaissent pas, comment y attacheraient-ils de l'importance ou du mépris? Ils vivent, comme ils font tout le reste, sans y réfléchir.

Sénèque dit, Lettre LX : « L'enfant croît au milieu de la ma- » lédiction de ses parens ; » et si l'on se rappelle les actions dont il est témoin, les propos qu'il entend dans le foyer paternel, on ne trouvera pas l'expression exagérée.

Lettre LXIII : « De toutes ces femmes tendres qu'on a eu tant » de peine à retirer du bûcher, à séparer du cadavre de leur » époux, citez-m'en une qui ait eu des larmes pour un mois. »

Le jour de la mort d'un époux est un jour d'hypocrisie solennelle.

Elle trahissait hier celui qu'elle pleure aujourd'hui.

Le deuil a fermé la porte aux amis, mais non pas à l'amant.

Le cadavre de l'époux est sous le vestibule, et l'adultère dans son lit.

Le consolateur n'est qu'un importun qui vient rappeler l'humidité dans des yeux secs.

Lettre LXIV, où il traite de la vénération pour les anciens philosophes : « Tous, dit-il, ne sont pas dignes d'applaudir au phi- » losophe. » Quelle douceur trouverait-il à l'éloge de celui dont le blâme ne le touche pas? On n'ambitionne la louange que de celui dont on craindrait le reproche. « Fabianus parlait en public, » mais on l'écoutait avec décence ; quelquefois il s'élevait un cri » d'admiration, mais arraché, mais produit par la grandeur des » idées. »

« Sachons mettre de la différence entre les applaudissemens de » l'école et ceux du théâtre. » Et pourquoi ? Ils sont accordés les uns et les autres à la vertu et au talent..... « Gardez toutes ces » démonstrations bruyantes pour les arts qui captent les suffra- » ges ; la vertu ne veut que des respects.... » Je crains que ces distinctions ne soient plus subtiles que solides. Au théâtre le spectateur, dans l'école le disciple, ne rompent le silence que

Digitized by Google

parce ce qu'ils ne peuvent plus le garder. L'enthousiasme est le même ; et ce n'est pas à l'homme, c'est à la chose grande, honnête, que le premier applaudissement est adressé.... « Le philo- » sophe a beaucoup perdu à s'être trop familiarisé.... » Je n'en crois rien... « Il lui faudrait un sanctuaire au lieu d'une place... » L'endroit où il s'explique dignement est toujours un sanctuaire... « Il faut à la philosophie des prêtres, et non des courtiers... » Je ne lui veux ni les uns ni les autres.

Il expose, Lettre LXV, les opinions de Platon, d'Aristote et des stoïciens sur le monde : on voit ici que le système de l'optimisme n'est pas d'hier, et que celui des indiscernables fut connu dès le tems du proverbe : qu'on ne se baigne pas deux fois dans le même fleuve, et que l'homme et le fleuve ont changé.

La Lettre LXVI, sur l'égalité des biens et des maux, n'est qu'un tissu de sophismes.

Il traite, Lettre LXVII, du bon; Lettre LXVIII, du repos du sage, qu'il arrache de ce recoin du globe pour le lancer dans les plaines de l'immensité. Je consens qu'il y fasse un tour, mais je ne veux pas qu'il y séjourne : s'expatrier ainsi, ce serait n'être ni parent, ni ami, ni citoyen.... « Le stoïcien voit du » haut des cieux combien c'est un siège bas qu'un tribunal, une » chaise-curule.... » De dessus une chaise-curule, un tribunal, on voit combien c'est un rôle insensé que de se perdre dans les nues : vues monastiques et anti-sociales. J'aime mieux ce qui suit.

« C'est une puérilité que de se retirer de la foule, pour l'ap- » peler : c'est appeler la foule que de faire de sa retraite la nou- » velle publique. » C'est une sotte vanité que de s'affliger ou de s'offenser quand elle ne vient pas : c'est ajouter à l'éclat que de la repousser quand elle vient. Et qu'importe qu'on parle ou qu'on se taise de vous, pourvu que vous vous retiriez à tems? Le malade craint-il ou souhaite-t-il qu'on dise qu'il s'est mis au lit?

« Attaquer ses vices quand on est vieux, c'est lutter contre » un ennemi victorieux, lorsqu'on n'a plus ni force ni courage.

Digitized by Google

» A peine un siècle suffirait-il pour discipliner des passions ac-
» coutumées à une longue licence. »

Ici Sénèque ne permet au sage de se mêler de l'administration publique ni dans toutes les contrées, ni en tout tems, ni pour toujours.

Il me semble que je l'entends s'adresser en ces termes au candidat qui le consulte : vous présumez trop de votre amour pour le bien ; votre santé délicate ne suffira pas à la fatigue de votre place ; vous êtes d'un caractère trop faible, ou trop raide ; colère et caustique, vous ne sympathiserez pas avec les habitans de la cour. Vous allez vous précipiter dans un chaos d'affaires, d'où ni votre zèle, ni vos talens supérieurs ne vous tireront pas. Vous serez desservi par ceux mêmes qui vous appellent à l'administration ; vos subalternes vous trahiront ; vos prôneurs vous feront des ennemis ; vos enthousiastes vous nuiront ; vous serez malhonnêtement attaqué, peut-être trop vivement défendu ; vos projets les plus sages seront ou rejetés par l'envie, ou croisés par l'intérêt personnel ou par la haine ; il viendra un moment où vous ne saurez ni comment rester, ni comment sortir. Préférez le repos, vivez avec vous-même et avec vos livres : dans les tems de peste, on se renferme.

L'homme d'état qui craint de perdre sa place n'osera jamais de grandes choses ; son oreille, toujours ouverte aux sollicitations des hommes puissans, est toujours fermée aux plaintes du peuple. Il faut qu'il sache attendre sa disgrâce sans pâlir, l'apprendre sans murmurer ; il faut qu'il dise : « Mon maître avait
» un bon serviteur ; il n'en veut plus, tant pis pour lui : il serait
» bien singulier que Ménès pût se passer de Diogène, et que
» Diogène ne pût se passer de Ménès. » Il est des circonstances où les hommes revêtus des premières places ne sont pas élevés ; ils sont en l'air.

La Lettre LXIX est de l'inconvénient des fréquens voyages.

La Lettre LXX est du suicide.

Voici les causes principales du suicide. Si les opérations du gouvernement précipitent dans une misère subite un grand nom-

Digitized by Google

bre de sujets, attendez-vous à des suicides. On se défera fréquemment de la vie partout où l'abus des jouissances conduit à l'ennui, partout où le luxe et les mauvaises mœurs nationales rendent le travail plus effrayant que la mort, partout où des superstitions lugubres et un climat triste concourront à produire et à entretenir la mélancolie, partout où des opinions moitié philosophiques, moitié théologiques, inspireront un égal mépris de la vie et de la mort.

Les stoïciens pensaient que, la notion générale de bienfaiteur ne nous faisant point un devoir de garder un présent que nous n'avons pas sollicité et qui nous gêne, soit que la vie fût un bien ou fût un mal, la doctrine du suicide n'était nullement incompatible avec l'existence des dieux. Ils allaient plus loin : le suicide, que la loi civile et la loi religieuse proscrivent également, est un des points fondamentaux de la secte; selon cette école, « le sage ne vit qu'autant qu'il doit, non autant qu'il le pourrait; » le bonheur n'est pas de vivre ; mais le devoir, mais le bonheur est de bien vivre. »

Les opinions tombent ou se propagent selon les circonstances ; et quelles circonstances plus favorables à la doctrine du suicide, que celles où un geste, un mot, une médisance, une calomnie, le ressentiment d'une femme, la haine d'un affranchi, une *grande* fortune, la délation d'un esclave mécontent ou corrompu, la jalousie, la cupidité, l'ombrage d'un tyran, vous envoyaient au supplice dans le moment le plus inattendu ? C'est alors qu'il faut dire aux hommes : « Mourir plus tôt ou plus tard, n'est rien : bien » ou mal mourir, voilà la chose importante ; bien mourir, c'est » se soustraire au danger de vivre mal. La fortune peut tout sur » celui qui vit encore ; rien contre celui qui sait mourir... Le » centurion va venir... Eh bien ! il faut l'attendre. Pourquoi » se charger de sa fonction, et épargner l'odieux de ta mort au » tyran qui l'envoie ?... Mais que j'attende ou n'attende pas, » le vieux centurion des dieux, le tems, est toujours en marche... » La sagesse éternelle n'a ouvert qu'une porte pour entrer dans » la vie, et en a ouvert mille pour en sortir. On n'est pas en

Digitized by Google

» droit de se plaindre de la vie : elle ne retient personne; vous » vous en trouvez bien? vivez; mal? mourez. Les moyens de » mourir ne manquent qu'à celui qui manque de courage. Si » c'est une faiblesse de mourir parce qu'on souffre, c'est une » folie de vivre pour souffrir. Mourir, c'est quitter un jeu de » hasard où il y a plus à perdre qu'à gagner. Pourquoi crai- » gnons-nous de mourir? C'est que nous sommes d'anciens lo- » cataires que l'habitude a familiarisés avec les incommodités » de notre domicile : c'est une ridicule terreur d'être pis, qui nous » empêche de déloger. Notre croyance dans les dieux est bien » faible, ou nous avons de l'être suprême une étrange opinion, » si nous éprouvons tant d'aversion à l'aller trouver. La frayeur » du moribond calomnie le ciel. Est-ce un bon père ou un » tyran farouche qui t'attend? » (Let. LXXI.)

« La nature n'est qu'une succession continue de naissances et » de morts. Les corps composés se dissolvent; les corps dis- » sous se recomposent. C'est dans ce cercle infini que s'accom- » plissent les travaux du grand architecte. »

« Dans une attaque d'asthme je fus tenté plusieurs fois, dit en- » core Sénèque, de rompre avec la vie; mais je fus retenu par la » vieillesse d'un père qui m'aimait tendrement. Je songeai moins » à la force que j'avais pour me donner la mort, qu'à celle qui » lui manquait pour supporter la perte de son fils. » (Let. LXXVIII.)

Les hommes ne se considèrent pas assez comme dépositaires du bonheur, même de l'honneur de ceux auxquels ils sont attachés par les liens du sang, de l'amitié, de la confraternité. La honte d'une action rejaillit sur les parens; les amis sont au moins accusés d'un mauvais choix; un corps, une secte entière est calomniée. Il est rare qu'on ne fasse du mal qu'à soi.

En lisant Sénèque, on se demande plusieurs fois pourquoi les Romains se donnaient la mort; pourquoi les femmes romaines la recevaient avec une tranquillité, un sang-froid tout voisin de l'indifférence? Les combats sanglans du cirque, où ils voyaient mourir si fréquemment, avaient-ils rendu leur ame féroce? Le mépris de la vie s'élevait-il sur les ruines du sentiment de l'hu-

Digitized by Google

manité ? Revenaient-ils du spectacle convaincus que la douleur de ce passage qui nous effraie est bien peu de chose, puisqu'elle ne suffisait pas pour ôter aux gladiateurs la force de tomber avec grâce, et d'expirer selon les lois de la gymnastique ?

Ce n'était ni par dégoût, ni par ennui, que les anciens se donnaient la mort ; c'est qu'ils la craignaient moins que nous, et qu'ils faisaient moins de cas de la vie. Le dialogue suivant n'aurait point eu lieu entre deux Romains.

« Voyez-vous cet endroit ? c'est la bonde de l'étang, le lieu des » eaux le plus profond. Vingt fois j'ai été tenté de m'y jeter. »— Pourquoi ne l'avez-vous pas fait ?—« Je mis ma main dans l'eau, » et je la trouvai trop froide... » — Dans un autre moment vous l'auriez trouvée trop chaude ; celui qui tâte l'eau, ne s'y jette pas.

Les conseils, le courage philosophique sont les deux objets de la LXXIe Lettre. Rien de plus grand et de plus beau que la peinture du courage philosophique. « . . . Élevez votre ame, mon » cher Lucilius ; renoncez à des recherches frivoles, à une phi- » losophie minutieuse qui rétrécit le génie. »

« Il faut une grande ame pour apprécier de grandes choses... » Les petites ames portent dans les grandes choses le vice qui » est en elles.... » C'est la raison pour laquelle on donne le nom de *têtes exaltées* à ceux qui marquent une violente indignation contre des vices communs qu'on partage, ou qu'on a quelque intérêt à ménager. Pour fréquenter sans honte les grands pervers, et pour en capter la faveur sans rougir, on amoindrit leur perversité : c'est autant pour soi que pour eux qu'on sollicite de l'indulgence. Mon enfant, je crains bien que vous n'ayez le cœur corrompu, lorsqu'on cessera de vous reprocher une tête exaltée. Puissiez-vous mériter cette injure jusqu'à la fin de votre vie !

« Il n'y a point de vent favorable pour qui ne sait pas dans » quel port il veut entrer.... » Cela est vrai ; mais la maxime contraire ne l'est-elle pas également, et le stoïcien ne pouvait-il pas dire : Il n'y a point de vent contraire pour celui à qui tout port convient, et qui se trouve aussi bien dans la tempête que dans le calme.

Digitized by Google

Il prouve, Lettre LXXII, que la sagesse ne souffre point de délai; et, Lettre LXXIII, que le philosophe n'est point un séditieux, un mauvais citoyen.

Et comment pourrait-on être de bonne foi, et regarder le philosophe comme un ennemi de l'état et des loix, le détracteur des magistrats et de ceux qui président à l'administration publique? Qui est-ce qui leur doit autant que lui? Sont-ce des courtisans, placés au centre du tourbillon, avides d'honneurs et de richesses; pour qui le prince fait tout, sans jamais avoir fait assez; dont la cupidité s'accroît à mesure qu'on leur accorde? Des hommes que sa munificence ne saurait assouvir, quelque étendue qu'elle soit, l'aimeraient-ils aussi sincèrement que celui qui tient de son autorité une sécurité essentielle à la recherche de la vérité, un repos nécessaire à l'exercice de son génie.

« Le commerçant dont la cargaison est la plus riche, est ce-» lui qui doit le plus d'actions de grâces à Neptune. »

Le magistrat rend la justice; le philosophe apprend au magistrat ce que c'est que le juste et l'injuste. Le militaire défend la patrie; le philosophe apprend au militaire ce que c'est qu'une patrie. Le prêtre recommande au peuple l'amour et le respect pour les dieux; le philosophe apprend au prêtre ce que c'est que les dieux. Le souverain commande à tous; le philosophe apprend au souverain quelle est l'origine et la limite de son autorité. Chaque homme a des devoirs à remplir dans sa famille et dans la société; le philosophe apprend à chacun quels sont ces devoirs. L'homme est exposé à l'infortune et à la douleur; le philosophe apprend à l'homme à souffrir.

Si l'on attenta quelquefois à la vie du prince, fut-ce le philosophe? Si l'on écrivit contre lui un libelle, fut-ce le philosophe? Si l'on prêcha des maximes séditieuses, fut-ce dans son école? A-t-il été le précepteur de Ravaillac ou de Jean Châtel? C'est le philosophe qui sent un bienfait, c'est lui qui est prompt à le reconnaître, et à s'en acquitter par son aveu.

Ce sujet mériterait bien d'être traité de nos jours. La ques-

Digitized by Google

tion se réduirait à savoir s'il est licite ou non de s'expliquer librement sur la religion, le gouvernement et les mœurs.

Il me semble que si, jusqu'à ce jour, l'on eût gardé le silence sur la religion, les peuples seraient encore plongés dans les superstitions les plus grossières et les plus dangereuses. Si la république avait le même droit[1] au tems de l'idolâtrie, nous serions encore idolâtres; on fit boire la ciguë à Socrate sans injustice; les Néron et les Dioclétien ne furent point d'atroces persécuteurs.

Il me semble que si, jusqu'à ce jour, l'on eût gardé le silence sur le gouvernement, nous gémirions encore sous les entraves du gouvernement féodal; l'espèce humaine serait divisée en un petit nombre de maîtres et une multitude d'esclaves; ou nous n'aurions point de lois, ou nous n'en aurions que de mauvaises; Sidney n'eût point écrit; Locke n'eût point écrit; Montesquieu n'eût point écrit; et il faudrait compter au nombre des mauvais citoyens ceux qui se sont occupés avec le plus de succès de l'objet le plus important au bonheur des sociétés et à la splendeur des états.

Il me semble enfin que si, jusqu'à ce jour, l'on eût gardé le silence sur les mœurs, nous en serions encore à savoir ce que c'est que la vertu, ce que c'est que le vice. Interdire toutes ces discussions, les seules qui soient dignes d'occuper un bon esprit, c'est éterniser le règne de l'ignorance et de la barbarie.

Un philosophe disait un jour à un jeune homme qui avait rassemblé dans un petit ouvrage une foule d'autorités recueillies de nos jurisconsultes en faveur de l'intolérance et de la persécution : Sais-tu ce que tu as fait? Tu as passé ton tems à ramasser

[1] Toutes les éditions que j'ai consultées reproduisent ce passage tel qu'il est imprimé ici; il est pourtant évident qu'une faute s'est glissée quelque part. Quel est ce *même droit* dont parle Diderot? Pour lier toute la phrase, il faut entendre, ce me semble, non *le droit de garder le silence*, mais *le droit de commander le silence*, le droit d'étouffer toute liberté de discussion. Cela ne se trouve pas dans le texte : est-ce à l'auteur qu'on doit imputer la faute? Ed.

Digitized by Google

des fils d'araignée pour en ourdir une corde à étrangler l'homme de bien et l'homme courageux.

Sénèque démontre, Lettre LXXIV, qu'il n'y a de bon que ce qui est honnête, et, Lettre LXXV, que la philosophie n'est point une science de mots. « En quoi, dit-il, consiste la liberté du » sage ? A ne craindre ni les hommes ni les dieux. »

On est philosophe ou stoïcien dans toute la rigueur du terme, lorsqu'on sait dire comme le jeune Spartiate : Je ne serai point esclave.

O la belle éducation que celle où l'on nous aurait appris à nous fracasser la tête contre une muraille, plutôt que de porter un vase d'ordures !

« Celui qui s'est rendu maître de soi, s'est affranchi de toute » servitude. »

« On donne du tems et des soins à tout ; il n'y a que la vertu » dont on ne s'occupe que quand on n'a rien à faire. »

« L'homme vertueux ne craint ni la mort ni les dieux. »

« L'opulence pourra vous venir d'elle-même ; peut-être les » honneurs vous seront-ils déférés sans que vous les sollicitiez, » et les dignités vous seront-elles jetées. Il n'en sera pas ainsi de » la vertu : vous ne l'obtiendrez que de vous-même, et vous ne » l'obtiendrez pas d'un médiocre effort. Mais, à votre avis, la » certitude de s'emparer de tous les biens d'un coup de main ne » mérite-t-elle pas une pénible tentative ? »

« S'il faut s'immoler pour la patrie, s'il faut mourir pour le » salut de vos concitoyens, que ferez-vous ? — Je mourrai. — » Mais, songez-y, votre sacrifice sera suivi de l'oubli et payé » d'ingratitude. — Que m'importe ! je n'envisage que mon action ; » ces accessoires lui sont étrangers ; et je mourrai..... » Voilà l'esprit qui domine dans toute la morale de Sénèque. Il ne dit pas un mot qui n'inspire l'héroïsme, et c'est la raison peut-être pour laquelle il est si peu lu et si peu goûté. On ferme l'oreille à des avis qu'on ne se sent pas la force de suivre ; ils importunent parce qu'ils humilient.

On a dit de celui qui se plaisait à la lecture d'Homère, qu'il

Digitized by Google

avait déjà fait un grand progrès dans la littérature. On pourrait dire de celui qui se plaît à la lecture de Sénèque, qu'il a déjà fait un grand pas dans le chemin de la vertu.

On voit, Lettre LXXVI, que Sénèque ne rougit point de prendre des leçons dans un âge avancé.

« Admirez, dit-il à Lucilius, combien je suis de bonne foi avec » vous, par la nature du secret que je vais vous confier. Je fais » un cours de philosophie : voici le cinquième jour que je me » rends à l'école dès la huitième heure. Ne serait-ce pas le comble » de la folie que de ne pas apprendre parce qu'on n'a pas ap- » pris? Je suis donc redevenu écolier ! Pourquoi non? Et plût à » Dieu que ce travers, si c'en est un, fût le seul de ma vieil- » lesse ! Que dira-t-on? Ce qu'on voudra ; il faut savoir entendre » l'injure de l'ignorant, et se mettre au-dessus de son mépris. »

« Quoi ! la vieillesse ne m'empêchera pas d'aller au théâtre » et de me faire porter au cirque ; il ne se donnera pas un combat » de gladiateurs sans moi, et je n'oserai me transporter chez » un philosophe ! Sachez toutefois que dans l'école où je vais » m'instruire j'enseigne aussi quelque chose : c'est qu'il faut ap- » prendre jusque dans la vieillesse. Un fameux joueur de flûte » attirera un grand concours ; et l'endroit où l'on enseigne ce » que c'est qu'un homme, comment on le devient, restera dé- » sert ! »

« La science et la vertu sont deux grandes choses. Celui qui » est sans vertu, possesseur de tout le reste, est rejeté..... » Rejeté ! Où? Par qui? Le méchant a-t-il de l'esprit? il sera recherché par celui qui s'ennuie ; de la richesse? à deux heures sa cour sera pleine de cliens, et sa table environnée de parasites ; des dignités? on se pressera dans ses antichambres.

Dans les sociétés corrompues, les avantages du vice sont évidens ; son châtiment est au fond du cœur, on ne l'aperçoit point. C'est presque le contraire de la vertu.

Sénèque prétend encore qu'il est indifférent qu'on ensemence une vaste étendue de terre ; qu'on jouisse de grands revenus ; qu'on reçoive les hommages d'un cortège nombreux ; qu'on boive

Digitized by Google

des liqueurs délicieuses dans de brillans cristaux... Cela serait à souhaiter; mais cela n'était pas plus à Rome de son tems, que cela n'est à Paris du nôtre.

Il n'en est pas moins vrai que le bon vaisseau, ce n'est pas celui qui est le plus richement chargé, et la bonne épée, celle dont la poignée est damasquinée et le ceinturon enrichi de pierreries : il n'en est pas moins vrai qu'on se moque de tems en tems de l'idole de boue devant laquelle on se prosterne; mais on se prosterne.

Il entretient Lucilius, Lettre LXXVII, de la flotte d'Alexandrie, et de la mort de Marcellinus.

C'est là « qu'en généralisant le mot de César à un soldat qui » lui demandait la mort, et l'adressant à la multitude de ceux » qui craignent de mourir, on dirait presque à tous les hommes. » *Tu crains de mourir? Est-ce que tu vis?* »

« A les entendre, il n'y aurait point de vie qui ne fût trop » courte..... » Celle des grands hommes, des hommes vertueux, des hommes utiles, l'est toujours : c'est ce qu'annonce le deuil public après leur trépas. Il eût mieux valu sans doute que l'auteur de *Mahomet*, d'*Alzire*, de *Brutus*, de *Tancrède*, et de tant d'autres chefs-d'œuvre, mourût quinze jours plus tôt, au retour de son triomphe; mais il vaudrait encore mieux qu'il vécût. Comment se remplira le vide immense qu'il a laissé dans presque tous les genres de littérature? Je dirais que ce fut le plus grand homme que la nature ait produit, que je trouverais des approbateurs; mais si je dis qu'elle n'en avait point encore produit, et qu'elle n'en produira peut-être pas un aussi extraordinaire, il n'y aura guère que ses ennemis qui me contrediront.

Je veux vivre. — « Et pourquoi veux-tu vivre? » Parce que je suis homme de bien; parce qu'en mourant je serai regretté du malheureux que je ne secourrai plus; parce qu'en m'en allant, je laisserai vacante une place dont je remplis les fonctions avec activité, intelligence et fidélité.—Quoi! stoïcien, ces motifs ne te satisfont pas? — « Non, mourir est une des fonctions » de la vie. » — Mais cette fonction, assez indifférente en soi,

Digitized by Google

est fâcheuse pour ma femme, pour mes enfans, pour mes concitoyens, et je la remplirai le plus tard qu'il me sera possible. — « A ce compte, il n'y a point de vie qui ne soit trop courte. » — De vie bien employée? il n'en faut pas douter. Le méchant endurci, je l'exhorterais sans scrupule à se tuer; mais l'homme de bien qui se tue commet le crime de lèse-société, et j'arrêterai sa main, si je puis.

Sénèque dit, à propos de Marcellinus, je crois : « L'homme » fort se reconnaît jusque sur son oreiller. » (Let. LXXVIII.)

Sénèque dit de lui-même : « Depuis long-tems je n'ai rien à » gagner ni à perdre... » Cela est faux de tout point... « J'ai plus » de provision qu'il ne m'en faut pour une carrière qu'il m'est » indifférent de fournir plus loin... » Sénèque, instituteur d'un jeune prince à qui votre présence en impose, ministre des provinces de l'Italie, redoutable antagoniste des courtisans vicieux, protecteur des honnêtes gens, quelque bien que vous ayez fait, est-ce qu'il ne vous en reste plus à faire?

Il parle, Lettre LXXVIII, des maladies et du motif qui l'empêcha de se délivrer d'une existence douloureuse; Lettre LXXIX, de Charybde, de Scylla et de l'Etna.

On rencontre dans cet auteur des mots d'une délicatesse charmante, aux endroits où on les attend le moins. C'est là qu'il dit de la gloire, qu'elle est à la vertu ce que l'ombre est au corps; que l'amour de la vertu est un élan continuel de l'ame vers son origine céleste; que c'est être né pour bien peu de monde que de n'avoir vécu que pour son siècle, et que, pour un œil perçant, le mensonge est diaphane.

Lettre LXXX, de la frivolité des spectacles, et des avantages de la pauvreté.

Il est bien aisé, dira-t-on, de faire l'éloge de la pauvreté, quand on regorge de richesses. C'est alors qu'il est bien plus difficile encore d'être pauvre, quand on n'est pas un avare; et c'est ce que Sénèque sut faire. Il est bien plus difficile de n'être pas corrompu par la richesse, et Sénèque ne le fut point. Censeurs, suspendez un moment votre jugement; voyez ce que la richesse

Digitized by Google

produit sur tous ceux qui vous environnent ; et songez que, pour empoisonner vos ennemis, il ne vous manque qu'un puits d'or.

« La misère, la maladie, le mépris, l'ennui, la vieillesse, » la douleur, la méchanceté, l'intolérance, l'injustice, les per- » sécutions, la tyrannie, tous les vices, toutes les infortunes, » sont autant d'orateurs éloquens qui nous exhortent à mourir. »

Lettre LXXXI, des bienfaits et de la reconnaissance.

« Vous vous plaignez d'un ingrat ! si c'est le premier que vous » ayez fait, homme bienfaisant, félicitez-vous ou de votre bon » jugement, ou de votre bonne fortune. »

« Parlez au bienfait, comme le brave centurion à son soldat : » Camarade, il faut aller, mais il ne faut pas revenir. »

« Si vous avez à peser un service avec une injure, juge dans » votre propre cause, la prudence veut que vous ajoutiez du » poids aux services que vous avez reçus, et que vous en ôtiez à » l'injure qu'on vous a faite. »

« Au fond du cœur reconnaissant, le bienfait porte intérêt. »

Un homme disait qu'il ne pouvait s'empêcher de haïr celui qui lui faisait du bien. Quel impertinent orgueil ! On lui répondit : Si vous êtes conséquent, vous devez aimer à la folie celui qui vous fait du mal. Eh ! mon ami, accepte mes offres ; je ne te demande en retour que l'impunité du service que je te rends.

Lettre LXXXII, de la mollesse. C'est là qu'apostrophant l'efféminé, il lui dit : « O l'homme vraiment digne d'être livré à la » vie ! »

Toute la philosophie se réduit au mépris de la vie, au mépris de la mort et à l'amour de la vertu. Ce texte laconique fournit à Sénèque une abondance incroyable d'idées neuves, originales, ingénieuses, fortes, délicates, souvent grandes, quelquefois sublimes. En le lisant, j'ai plusieurs fois été forcé de m'écrier : Non, je ne serai jamais un sage ! Ses pensées sur la mort me paraissaient si raides, que, m'appliquant à moi-même le mot que je viens de citer sur un lâche qui craignait de mourir, je me suis dit : O l'homme vraiment digne d'être livré à la vie !

« La mort, image du sommeil, l'est aussi de la vie inoccupée. »

Digitized by Google

« La demeure de l'oisif est un sépulcre. »

Si vous demandez pourquoi Sénèque revient si souvent sur le mépris de la vie et de la mort, c'est que vous ne pensez pas qu'au moment qu'il vous parle le licteur vous lie les mains.

« On craint autant de n'être nulle part que d'être dans les en-» fers..... » Je l'ai entendu dire, mais je n'en ai rien cru.

« Si vous balancez, c'est fait de la gloire... » Quoi ! un instant d'agonie flétrirait une action héroïque ! Ah ! Sénèque, vous êtes trop sévère. La difficulté de vaincre un ennemi ajoute à l'éclat de la victoire.

Dans la même Lettre, il revient encore sur les subtilités de l'école de Zénon : « Si on l'en croyait, on proscrirait cette science » à l'aide de laquelle on environne de pièges celui qu'on inter-» roge, pour le conduire à des aveux imprévus, à des réponses » contraires à sa pensée. Il faut être plus simple quand on cherche » la vérité. » *Un mal n'est pas glorieux : la mort est glorieuse ; donc la mort n'est pas un mal.* Ce ne fut pas une pareille sottise que Léonidas adressa aux défenseurs des Thermopyles : « Com-» pagnons, leur dit-il, dînez comme des hommes qui ce soir doi-» vent souper aux enfers. »

Les sujets des Lettres LXXXIII, LXXXIV, LXXXV, LXXXVI et LXXXVII sont très-variés. Il s'agit de la présence de Dieu à nos pensées ; de ses infirmités ; des vains raisonnemens des stoïciens sur l'ivresse ; de son régime : « Je me baigne à froid, dit-il ; à » ce bain succède un dîner sans table, après lequel je n'ai pas » besoin de me laver les mains. » (Let. LXXXIII.)

On voit, et dans les ouvrages et dans la vie privée de Sénèque, que son bonheur était parfaitement isolé de sa richesse ; que son régime était austère, et qu'il pouvait tomber dans la pauvreté, je ne dis pas sans se plaindre, mais sans s'en apercevoir.

« La vertu, dit-il, passe entre la bonne et la mauvaise fortune, » et jette sur l'une et l'autre un regard de mépris. » (Let. LXXVI.)

Sénèque fut encore moins enorgueilli de sa vertu que de sa richesse. Sa vertu me le fait respecter ; la modestie de ses aveux me le fait aimer.

Digitized by Google

« Mon matelas est à terre, et moi sur mon matelas. Des deux » vêtemens que j'ai, l'un me sert de drap, l'autre de couverture. » Nous dînons avec des figues. Mes tablettes font ma bonne » chère quand j'ai du pain, et me tiennent lieu de pain quand il » me manque. Ma voiture est grossière, et mes mules sont si » maigres, qu'on voit bien qu'elles fatiguent. J'en rougis; je ne » suis donc pas sage. Celui qui rougit d' unemauvaise voiture, » sera vain d'une belle. Ah! Sénèque, tu tiens encore au juge- » ment dés passans. » (Let. LXXXVII.)

Celui qui parle ainsi de lui-même vaut bien plus qu'il ne veut se faire valoir.

Je lis, Lettre LXXXV : « Quoi ! dans une lutte qui intéresse le » bonheur de l'homme et la gloire des dieux, je ne rougirais » pas de me présenter avec une alêne... » C'est le défaut qu'on reproche à Sénèque, mais on n'en cite aucun exemple, et je défie ses détracteurs d'en citer un seul *sur la vertu*, où le ton ne réponde pas à l'importance du sujet.

N'est-ce pas une chose bien singulière d'entendre Sénèque, Lettre LXXXVIII, réduire l'étude des beaux-arts à l'inutilité pour le sage, et attacher de l'importance à savoir si le tems existe par lui-même; s'il y a quelque chose d'antérieur à la durée; si elle a commencé avant le monde; si elle existait avant les choses, ou les choses avant elle?

J'avoue que s'il y a des questions oiseuses et étrangères à la sagesse, ce sont celles-là. J'en dis autant des disputes sur la nature de l'ame.

« N'apprendrai-je jamais à ignorer quelque chose? »

Dites beaucoup de choses, si vous voulez en bien savoir une.

Nausiphanès prétend que l'on ne peut non plus démontrer l'existence que la non-existence des êtres; Parménide, que rien de ce que nous voyons n'existe réellement; Zénon d'Elée, qu'il n'existe rien. On ne comprend guère ni comment des hommes célèbres chez les anciens ont avancé d'aussi étranges paradoxes, ni comment ils ont été renouvelés de nos jours par des hommes non moins célèbres; mais à la honte de la raison humaine, ce qu'on

Digitized by Google

ne conçoit point du tout, c'est comment ces sophistes n'ont jamais été solidement réfutés. L'évêque de Cloyne a dit : Soit que je monte au haut des montagnes, soit que je descende dans les vallées, ce n'est jamais que moi que j'aperçois ; donc il est possible qu'il n'existe que moi... et Berkley attend encore une réponse. Lier l'existence réelle de son propre corps avec la sensation, n'est point une chose facile.

Ses lettres sur la lecture, les exhortations et les conseils, l'opinion des péripatéticiens sur les passions, la maison de campagne de Scipion l'Africain, les bains anciens et les bains de son tems, la culture des oliviers, la frugalité, le luxe et les richesses, sont pleines de principes et de détails intéressans. En voici quelques-uns tels qu'il se présentent à ma mémoire.

Le salaire d'un acteur était de cinq mesures de froment et de cinq deniers. Celui qui disait à Ménélas : « Si tu ne restes en » repos, tu périras de ma main... » cet autre qui débitait avec emphase ces vers : « Je commande dans Argos, Pélops m'a » laissé un vaste empire... » étaient payés à tant par jour, et couchaient dans un grenier. Comment concilier ces faits avec la fortune immense et la juste considération dont jouissait un Roscius, et d'autres comédiens? car Sénèque ne fait ici aucune distinction d'un bon et d'un mauvais acteur, et parle évidemment de ceux qui jouaient les premiers rôles. Ces hommes rares étaient apparemment enrichis par les gratifications des Scipions, des Lælius, qui les admettaient à leur table, et qui savaient apprécier l'utilité de leurs talens.

Sans Sénèque et Martial, combien de mots, de traits historiques, d'anecdotes, d'usages, nous aurions ignorés !

La conformité de nos mœurs et de celles de son tems est quelquefois si singulière, qu'on revient de la traduction à l'original, pour s'en assurer. « Je voudrais bien, dit-il, que Catòn » rencontrât un de nos élégans, précédé de ses coureurs, de ses » postillons, de ses nègres, tous enveloppés dans le même tour- » billon de poussière..... » (Let. LXXXVII.) On se croirait presque sur la route de Versailles.

Digitized by Google

« Pour connaître la vraie hauteur de l'homme, voyez-le nu. »

Savez-vous l'inscription commune à toute société ? La voici : « C'est ici qu'on voit un nain sur la montagne, et un colosse » au fond d'un puits. »

« Point de gloire sans le malheur. Point de haine plus dan- » gereuse que celle qui naît de la honte d'un bienfait qu'on ne » saurait acquitter... » (Let. LXXXI.) Je le sais par expérience.

« Lorsque Attalus parle, la vérité qui se fait entendre par sa » bouche éloquente s'empare de moi, me transporte ; mais, sorti » de son école, rentré dans la société, le commerce des gens » du monde a bientôt éteint la chaleur qu'il m'avait communi- » quée. »

« Je ne m'abstiens pas, je me contiens, ce qui est plus dif- » ficile. »

« Attalus faisait grand cas des lits durs ; celui où je couche » à mon âge ne reçoit pas l'empreinte de mon corps. »

Ah ! si les maîtres savaient profiter de la raison saine et de l'ame bouillante de leurs innocens et jeunes élèves !

Ces traits que j'ai transcrits sans ordre, se trouvent les uns dans les lettres qui précèdent, les autres dans celles qui suivent.

L'enthousiasme de la vertu lui dictait dans la LXXXVIIIe Lettre tous ces paralogismes que la manie de se singulariser a ressus- cités de nos jours.

« La force, dit-il, n'éprouve point de terreurs, elle les brave, » elle en triomphe ; les beaux-arts accroîtront-ils en nous cette » qualité ? ... » Pourquoi non ?

« La probité, ce trésor de l'ame humaine, que rien ne peut » séduire, avec laquelle l'homme dit : Frappez, brûlez, tuez, » je ne trahirai point un secret... les beaux-arts la donneront-ils ? » Élèveront-ils à ces sentimens magnanimes ?... » Comme la morale et la philosophie.

Que Sénèque pousse son énumération aussi loin qu'il voudra, je persisterai dans la même réponse, et je lui dirai, d'après mon expérience, d'après l'expérience des bons et des méchans, que l'imitation d'une action vertueuse par la peinture, la sculpture,

Digitized by Google

l'éloquence, la poésie et la musique nous touche, nous enflamme, nous élève, nous porte au bien, nous indigne contre le vice aussi violemment que les leçons les plus insinuantes, les plus vigoureuses, les plus démonstratives de la philosophie. Exposons les tableaux de la vertu, et il se trouvera des copistes. L'espèce d'exhortation qui s'adresse à l'ame par l'entremise des sens, outre sa permanence, est plus à la portée du commun des hommes. Le peuple se sert mieux de ses yeux que de son entendement. Les images prêchent, prêchent sans cesse, et ne blessent point l'amour-propre. Ce n'est pas sans dessein ni sans fruit que les temples sont décorés de peintures qui nous montrent ici la bonté, là le courroux des dieux. Raphaël est peut-être aussi éloquent sur la toile que Bossuet dans une chaire.

Digitized by Google

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC TERTIO SENECÆ VOLUMINE

CONTINENTUR.

Pag.

Novi Editoris Præmonitio..... 3

Frid. Ern. Ruhkopfii ad L. Annæi Senecæ Epistolas Morales Præfatio..... 5

Joannis Schweighæuseri ad Epistolas Morales Præfatio... 13

L. ANNÆI SENECÆ AD LUCILIUM EPISTOLÆ MORALES.

Epistola I. De temporis usu..... 41

— II. De itineribus et de lectione..... 47

— III. De eligendis amicis..... 52

— IV. De mortis metu..... 58

— V. De philosophiæ ostentatione et de vera philosophia..... 69

— VI. De vera amicitia..... 73

— VII. Fugienda est turba..... 78

— VIII. Cui rei sapiens operam impendere debeat. 85

— IX. De sapientis amicitia..... 92

— X. De solitudinis utilitate..... 103

Digitized by Google

EPISTOLA XI. Quid valeat sapientia ad emendanda vitia. 106
— XII. De senectutis commodis, et morte ultro appetita..... 110
— XIII. Quæ debeat esse sapientis fortitudo. De futuro ne solliciteris..... 116
— XIV. Quomodo corpori consulendum..... 124
— XV. De corporis exercitationibus..... 133
— XVI. De utilitate philosophiæ..... 140
— XVII. Sine mora amplexandam esse philosophiam : paupertatem esse bonum..... 144
— XVIII. De oblectationibus sapientis..... 149
— XIX. Quæ sint quietis commoda..... 156
— XX. De hominum inconstantia..... 162
— XXI. De vera philosophi gloria..... 168
— XXII. De dandis monitis. De fugiendis negotiis. 174
— XXIII. In philosophia veras esse voluptates... 181
— XXIV. De futuri metu : de morte..... 185
— XXV. De solitudinis periculis, de paupertatis commodis..... 198
— XXVI. Senectutis laudes..... 201
— XXVII. Nullam nisi in virtute veram voluptatem..... 206
— XXVIII. Inutiles esse ad sanandam mentem peregrinationes..... 211
— XXIX. De inopportunis monitis..... 214
— XXX. Exspectandam esse æquo animo mortem, exemplo Bassi allato..... 220
— XXXI. De contemnenda vulgi existimatione... 227

Digitized by Google

Pag.
EPISTOLA XXXII. Hortatur ad philosophiam..... 233
— XXXIII. De sententiis philosophicis..... 236
— XXXIV. Gratulatio et hortatio ad pergendum. 242
— XXXV. Non nisi inter bonos amicitia..... 244
— XXXVI. Quam sit commoda quies : de votis vulgi : de contemnenda morte..... 246
— XXXVII. De fortitudine quam suppeditat philosophia..... 252
— XXXVIII. Laudat breves sermones..... 254
— XXXIX. De incommodis bonæ fortunæ..... 256
— XL. Quæ deceat philosophum eloquentia..... 259
— XLI. Deum in viro bono sedere..... 266
— XLII. Rarissimos esse viros bonos..... 270
— XLIII. Sapienti semper vivendum quasi palam esset..... 274
— XLIV. Veram in philosophia nobilitatem..... 276
— XLV. De vana dialecticorum subtilitate..... 279
— XLVI. De libro Lucilii, philosophico ut videtur, judicat, laudatque eum..... 286
— XLVII. Clementer habendos esse servos..... 288
— XLVIII. De futilitate sophisticarum disputationum..... 296
— XLIX. De brevitate vitæ : ideo nugis abstinendum..... 303
— L. Plerosque sua vitia non videre : quæ si videamus, nunquam desperanda sanatio est..... 308

Digitized by Google

Pag.

EPISTOLA LI. Eligendum esse sapienti aptum quo vivat locum..... 312

— LII. Omnes sapientiam affectantes indigere adjutorio : bonum ducem eligendum.... 319

— LIII. Plerosque vitiorum suorum ignaros esse, quæ philosophia et ostendit et sanat... 326

— LIV. Se suspirio affectum esse, jamque morti esse propinquiorem eique omnino paratum..... 332

— LV. De Vatiæ villa : de bono maloque otio... 335

— LVI. Ubique sapientem tranquillum esse et studiis vacare ; contra, malum ubique esse inquietum..... 341

— LVII. Primos animi motus vel sapientis in potestate non esse..... 348

— LVIII. Explicat quomodo omnia quæ sunt Plato diviserit..... 353

— LIX. Voluptatis et gaudii discrimen. — De humana stultitia..... 368

— LX. Contemnenda esse quæ vulgus cupit..... 377

— LXI. Se paratum esse morti..... 379

— LXII. De temporis usu..... 381

— LXIII. Non immodice deflendos esse amicos.. 383

— LXIV. Q. Sextii et veterum sapientium laudatio. 388

— LXV. Opiniones Platonis, Aristotelis et stoicorum de causa. His cogitationibus animum attolli ad sublimia..... 392

Digitized by Google

Pag.

EPISTOLA LXVI. Bona æqualia esse : virtutes æquales esse 402

— LXVII. Quidquid bonum est, optabile esse... 423

— LXVIII. Otium commendat, et quale esse debeat, docet 430

— LXIX. Sapientiæ nocere frequentes peregrinationes 435

— LXX. De morte ultro appetenda 438

— LXXI. Unum bonum, honestum : omnia bona paria esse 449

— LXXII. Omnia esse relinquenda ad amplexandam philosophiam 464

— LXXIII. Immerito philosophos seditiosæ mentis argui 470

— LXXIV. Nihil bonum esse, nisi honestum... 477

— LXXV. Philosophiam non verba captare, animos curare 490

— LXXVI. Se quanquam senem adhuc discere. — Iterum nil bonum, nisi honestum, probat 496

— LXXVII. De classe Alexandrina. — De morte Marcellini 511

— LXXVIII. Non timendos esse morbos 519

— LXXIX. De Charybdi, Scylla et Ætna. — Sapientes inter se pares esse 530

— LXXX. Quam commoda sit paupertas 538

— LXXXI. An grati esse debeamus in illum qui, postquam beneficium contulerat, nocuit? 543

Digitized by Google

Pag.

Epistola LXXXII. Contra mollitiem; deinde contra dialecticorum argutias..... 554

— LXXXIII. Deum inspicere hominum animos. — Revertitur ad stoicorum argutias, præsertim de ebrietate..... 565

— LXXXIV. Alternis legendum et scribendum; quis fructus e lectione sit colligendus.. 576

— LXXXV. Ne moderatos quidem affectus in sapiente tolerandos..... 583

— LXXXVI. De villa Africani ejusque balneo: de oleis serendis..... 598

— LXXXVII. De frugalitate et luxu: an divitiæ bonum sint?..... 608

— LXXXVIII. Artes liberales in bonis non esse, nihil ad virtutem conferre..... 624

Clarissimi viri *Diderot* de Epistolis Senecæ testimonium.. 647

FINIS TERTII VOLUMINIS.

Digitized by Google